Do. Iac. de Arena Parmensis,
SVPER IVRE CIVILI.



IACOBI DE ARENA
PARMENSIS, VIRI CLARISSIMI IVRIS VTRIVSQVE PROFESSORIS Commentarij in vniuersum Ius Ciuile, Argumentis cuique Legi affixis adornati, nunc tandem in studiosorū Iuris prudentiæ gratiam in lucem typis primùm excusi prodeūt: qui quid commodi & splendoris Causidicis omnibus sint allaturi, facilè deprehendet qui ijs legendis suā operam collocauerit. Adiectus est his præterea Index omnium ferè sententiarum & rerum, quæ vtiles nobis visæ sunt, & dignæ quæ annotarentur.

Cum priuilegio Regis.

M. D. XLI.

Ad Lectorem.

EN TIBI, OPTIME LECTOR, DAMVS COMmentarios Iac. de Arena in vniuersum Ius Ciuile, nunquã antehac typis excusos: quos à situ carieq́ nuper vindicauimus: nacti scilicet vetustissimum exemplar manu scriptũ, quod cum blattis & tineis iandudum rixabatur: adhęc à Librario satis oscitanter transcriptũ. Erat enim tam multis in locis mutilum ac deprauatum: vt dum illud restituere conamur, multo plus laboris hauserimus, quàm Hercules ipse, cùm ἀυγέιου κόπρον è stabulis repurgat: atque haud scio an pluris ipsi authori cõstiterit editio, quàm nobis restitutio. Sed hoc tædium libenter deuorauimus in gratiam studiosorum Iuris Ciuilis. Superfluum porrò arbitrati sumus authorem ipsum lectorum animis commendatione nostra insinuare: cùm ipse satis sua se lectione commendet, dum nodos iuris ingeniose dissoluit, dissidentiaq́ in speciem iurisprudentum responsa acutè conciliat: atque hæc tam breui verborum compẽdio præstet, vt nihil ab eo possis demere. Negari certe non potest Bartolum ac Baldum (quos in hac arena duos Milones cæteri suspiciũt) pleraq́ ab hoc nostro authore mutuatos esse: quem & in controuersis sententijs magno cõsensu plerunq́ sequuntur. Bene vale candide lector, & his nostris lucubrationibus feliciter fruere.

Catalogus eorum quæ HOC IN VOLVMINE HABENTVR.

¶ Lectura (que fm vetero exemplaris fidem additionum nomine inscribitur) prestantissimi vtraqz censura Jureconsulti do. Jacobi ab Arena Pergameni, super Codice.

¶ De nouo codice faciendo.

Summarium.

1 Uerba debent reduci ad eorum propriam significationem, z nu.2.
3 Possessio eo probatur continua quando nullus immediate possedit.

HEc que. ¶ Scilicet correcta, id est, dñ erunt correcta ea q̄ visa sunt corrigēda zc. Et sic gl. antiqua que dicit hic, scilicet iam correcta, bona est, si remoueatur inde illud iam, quod est ibi. Si vero sit ibi iam correcta, non est bona. ¶ In presenti. dic vt in gl. vel, id est, vt a tēpore nostri imperij: vt ponitur. j. de offi. prefec. pret. affri. l. j. ¶ Rebus. cōmunibus. dic vt in gl. vel. i. respublice romane. ¶ Oportet. id est opportunum vel vtile est. sic de offi.
1 pretec. preto. affri. l. j. Et sic verba † debent reduci ad eorum propriā significationem: simile dicam. pro hac questione facit. ff. de aqua quotidi. z esti. l. j. §. qd autem scriptum est zc. hoc etiam videtur probare glo. ord. ff. de iti. actuqz priua. l. j. §. hoc autem interdicto pretor zc. in gl. quid prodest. in fi. gl. licet Dy. non videatur approbare illud. Item probat Dy. ff. solu. matri. l. j. z ibi tangit istā questionem in teste, qui dicit se vidisse continuo possidere: si dicatur ꝙ interdū dormiebat, z per hoc velit quis eius testimonium improbare quasi falsum dixerit, salua
2 bitur per hanc literam: quia verba † debent intelligi se
3 cundum propriam significationem: vnde si dicit † se vidisse possidere cōtinue tali z tali tēpore, nec alius immediate possedit: satis videt̃ probari. ꝙ cōtinue possederit probat̃. ff. de admi. tut. l. iij. §. j. de aqua quoti. z esti. l. j. §. qd aūt. de flu. l. j. §. itē flu. de cōsecra. di. v. c. nunꝙ. ¶ Que iuris diuisione. Dicit glos. hoc referas ad id quod de similibus non contrarijs. Et pone exemplum per. l. post diuisionem. z per. l. cum putarem zc. Sed certe ibi non loquitur in similibus, sed in contrarijs. Procedit vlterius glos. dicens ꝙ referatur ad cōtraria, z ponit exemplum per easdem leges: sed ad hoc z illa exempla mihi non placent: nam debemus ponere exempla que sint in C. non in. ff. Dic ergo exemplum de similibus: vt. j. de excu. tut. l. si liberti. alia lex dicit idem. j. si aduer. li. quos retrahi. nam iuris diuisione adiuuantur. De cōtrarijs pone exemplū. j. de pactis. l. ex conuentione. z. j. sine censu z reli. l. si ex conuentione. nam in vna loquitur de estimatione vera: in alia de estimatione ficta. vt sciat̃ quantū res sit facta deterior. per. l. j. de iur. do. l. si inter virū.

¶ De summa trinitate z fide catholica. Rubrica.

Summarium.

1 Delinquens sortitur forum ratione delicti.
2 Ignorātia nō excusat quē a pena in penalibus statutis.

CUnctos. ¶ Quid si agitur per triuisinū Padue ꝙ consuetudo q̄ est in ciuitate Padue seruetur. Dic ꝙ aut agitur de voluntaria iurisdictione, z inspicit̃ locus vbi agitur: vt. j. de emanci. lib. l. j. aut de contentiosa, z tunc aut est ad litis ordinationem, z tunc seruabitur: vt de testi. l. iij. in fi. Aut ad decidendum, z tūc locus contractus z consuetudo ipsius z que erat tempore contractus, licet hodie alia sit ibi: vt. ff. de euict. l. si
a fundus. z de vsuris. l. j.[a] Si queratur an cōsuetudo Padue facta ad litis decisionem faciat pro triuisino z possit ea vti. Dic ꝙ non: quia sicut non nocet ei ad decisionem litis: ita nec prodest. pro hoc facit. j. epistola liquet. ibi, equum quippe est. vt qui iur̃. zc. ¶ Quid de mercatore qui apportat merces aliūde per ciuitatem Padue contra prohibitionem, an tenetur. dic ꝙ sic: nam ipse de
1 linquit z sic factus est † ratione delicti de foro Padue: z z sic eius consuetudinem debet sequi. possunt etiam Paduani illam. l. inducere. j. de edifi. priua. l. an in totum. ij.
2 respon. etiam si aliunde portauit quia scire debuit † consuetudinem hanc z inquirere: z maxime cum de talibus communiter per Italiam sit talis consuetudo not. ca
b sus in contrarium in. l. si quis post hāc. j. de edifi. priua.[b]

a ¶ An autē loci consuetudinem iudex delegat⁹ seruabit: dic vt plene no. in decre. xij. dis. illud. in fine.

b ¶ Uide de hac materia vt not. Alb. gandini in rubri. de rebus vetitis extra territorium non portandis, in. vij. q. circa fi. libri in fi. tit.

Summarium.

1 In penis corporalibus parui nō veniunt acerbius puniendi ꝙ magni: z qualitas delicti distinguit qualitatem pene.

1 NEmo. ¶ Non dicas ꝙ † cōmuniter pena corporali magis puniat̃ paruus ꝙ magnus, licet in pecunia aliud sit: nam reprobatur per legem. ff. de penis. quedam. que loquitur in corporali. Sed dicendum est ergo ꝙ quedā delicta sunt magna militibus que plebeis parua vel nulla, z tunc magis puniatur miles ꝙ alius: vt dicta. l. quedam. At hic maius erat delictum plebeio z seruo ꝙ clerico z militi: z ideo magis punitur.

LIquet. ¶ Ibi, nisi errore damnato. Facit pro eo qd quotidie fit. Excōmunico te nisi satisfacias. z dic de hoc vt not. extra de iureiuran. cum quidam. z. xl. distinctio. quid autem.

¶ De sacrosanctis ecclesijs. Rubrica.

Summarium.

1 Relictum monacho relinquitur ecclesie.

HAbeat vnusquiqz. ¶ Quid si relinquat̃ alicui de ecclesia nunquid ipse vel ecclesia habebit? Dic
1 aut † non potest habere propriū, vt quia monachus z tunc ipsi ecclesie est quesitum. nam ꝙ eis queritur: queritur ecclesie vt in authen. ingressi. Aut est talis qui potest habere proprium, z tūc aut est in administratione z acquiritur ecclesie: nisi legetur ab eo qui sit sibi cognatus vsqz ad quartum gradum. j. in authen. licentiam. Si vero sit alius refert dicatur nomen appellatiuum: vt sacerdoti talis ecclesie: z tunc ecclesie. Aut propriū, vtputa domino tali, z tunc sibi queritur. ff. de annu. leg. l. annua. §. a titia. Si vero dixit vtrunqz, scilicet proprium z appellatiuum, refert ꝙ precedat vt illa attendatur: vt. ff. de stipu. seruo. l. si com
c munis seruus.[c] Jacobus de arena.

c ¶ Hāc opi. tenet Old. z vide alia q̄ hic not. per Cy. z etiam per Guil. de cu. ꝑ gl. Ja. but. z Guil. in. l. z q. de iur. om. iud. z i. l. tale pactū. §. fi. ff. de pact. i. c. vlt. de testa. li. vj. z i. c. qm̄ abbas. extra de of. z po. iud. dele. in. c. regisisti. extra de testa. per Ar. in. c. statutū. de rescrip. lib. vj.

Summarium.

1 Illa regula, in pari causa melior est conditio possidentis: non habet locum in condictione sine causa.

NEmo. ¶ Repetat̃. cōdictione sine causa. j. de agrico. z censi. quemadmodū. Nec obst. ꝙ in pari causa zc. quia illud

1 non habet locum † cum agitur condictione sine causa, vt
in contractu inualido: vt no. ff. de alea. l. fi. Jaco. de are.

AD instructionē. ¶ Sed nūquid
ad muros ciuitatis. Dicit gl. ꝙ non: & alle-
gat. j. de excusa. mu. l. fin. Sed certe credo ꝙ
sic. nam dicit lex ꝙ deberet conferre. Non obst. l. contra.
quia ibi loquitur de ipsa fabricatura murorum que est
munus sordidum. Sed aliud in soluendo pecuniam vt
id fiat. Jaco. & facit pro Jac. ff. de vacatio. mu. l. in ho-
noribus. §. philosophis.

Summarium.

1 Ingressurus monasterium potest libere testamētum
condere, et eius testamentum ingressu ipso non irritatur.
2 Eque fauorabilis est causa ecclesie vel monasterij sicut
& dotis.
3 Monachus potest conueniri de cōsensu sui abbatis ad
id ad quod tenebatur ante ingressum: sed sententia ve-
nit executioni mandanda super bonis que deuenerunt
ad monasterium, si ingresso succedat.

Authentica.

SI qua mulier. ¶ Quid de te-
stamēto quod
ante fecerat, an rūpatur vel valeat? Dicit gl.
ꝙ rumpatur si nihil sit relictum ecclesie: quia
habetur loco filij, per. §. sed hoc in presenti. Sed Jaco.
1 bal. dicit † ꝙ non irritatur per ingressum: et hoc pro-
bat, quia lex dicit ꝙ ille qui vult ingredi debet ante in-
gressum testari, quia post non poterit. in aut. de mona-
chis. §. illud consilium. in aut. hec constitu. interpre. con-
sti. sed frustra daret illud consilium si testamentum post-
ea infirmaretur per ingressum. Non obstat. §. sed hec in
presenti. quia nō dicit ꝙ monasterium habeatur loco fi-
2 lij: sed ideo nō fit restitutio, quia potuit † dare monaste-
rio sicut licitum est dare occasione dotis. in aut. de restit.
§. quamobrem. ff. ad trebelia. a filia. & l. mulier. §. cum
proponeret. Ego credo testamentum non irritari per in-
gressum, quia bona cum suo onere transirent in eccle-
siam vt eo mortuo heres institutus habeat ea & ante ni-
hil. Nam possibile est ꝙ heres institutus prius moriatur
ꝙ testator, & sic tunc res remanerent penes monasteriū.
Nam vera mors respicienda est. de donatione inter vi-
rum & vxorem. ff. l. sed si mors. j. de do. inter vir. & vxo. l.
res. & ꝙ bona sic transeant in monasterium cum onere
& expectādam veram mortem: dico ꝙ per dictas leges
ff. ad trebelia. ex facto. §. ex facto. de iur. fisci. l. statius flo-
rus. §. fina. Sed quid de eo ad qd tenebatur qui est mo-
3 nachus effectus. Dico ꝙ tenetur monachus, † & ipse cō-
uenietur de cōsensu abbatis: quod apparet, quia leges
dicunt ꝙ monachus cōuenitur: vt aut. vt cler. apud pro-
prios epis. & in aut. causa que fit cum monacho. sed sen-
tentia mandabitur executioni in bonis que deuenerunt
ecclesie seu ad monasterium. ff. de peculio. in arrogato-
rem. Jaco. de arena.

Summarium.

1 Minor potest ad diuisionem prouocare.

1 **IUbemus.** ¶ Credo † ꝙ minor
possit ad diuisionem
prouocare, licet communis opinio sit in con-
trariū: & hoc patet per legem. ff. de tutel. qui
habet. §. fi. & de auto. prest. l. inter pupillos. Jac. de are.

Summarium.

1 Ad validitatem alicuius actus plus operatur cō-
sensus omnium de congregatione vel capitulo ꝙ duo-
rum aut trium.
2 Alienatio rei ecclesiastice immobilis est interdicta.

Authentica.

HOc ius porrectū est.
¶ Ibi: creditor autem is intelligitur &c. Sed
hoc quomodo probatur: glo. dicit hic vnum
quod reprobatur in glos. que est in corpore aut. de alie. &
emphy. §. si vero. s̄m predictū modum in gl. non creden-
tem. coll. ix. Et de hac materia distingue s̄m Guil. de cu.
vt in. l. fi. ff. de exercito. ¶ Ego autē sic distinguo, aut cer-
tum est ꝙ in vtilitatem ecclesie non peruenit, & non tene-
tur: aut ꝙ peruenit, & tunc tenetur. quia incertis &c. Sed si
est dubium, tunc subdistinguo: aut mutuatū fuit omni-
bus de capitulo, aut prelato tantum: si omnibus, tūc sa-
tis probatur in vtilitatem ecclesie processisse pecuniam.
1 extra de fideicom. c. pe. nam † consensus omniū facit va-
lere qd non facit consensus duorū vel trium. j. de fideicō.
quoties. sic potest loqui. s. e. iubemus nullam. Nec ob. l.
iubemus nulli. q̄ dicit: nec si omnes cū religioso &c. quia ibi
2 loquitur in alienatione † rei ecclesiastice immobilis q̄ est
interdicta: sed accipere pecuniam mutuo non est inter-
dictum, & hoc maxime dico habere locum si ipsi fuerūt
diligentes ꝙ credatur pecuniam in vtilitatem ecclesie
processisse. j. qui & aduer. quos. l. j. Si vero mutuata sit pe-
cunia prelato aut ex consensu & voluntate capituli, & tūc
idem: vt in eo. c. extra de fideius. Si sine consensu capitu-
li, tunc probat: & sic loquitur hic, & probatur versum, quia
ecclesia pecunia indigebat ad aliquod opus faciendum,
quod postea factum est. argu. de exercit. l. fi. vel quia soluta
fuit creditori qui non potuit exceptione remoueri, vt. ff.
ad maced. l. sed iulianus. §. si filiusfa. accepit. Do. Cyn.
hic not. ꝙ si prelatus & totum capitulum confitētur pe-
cuniam versam in vtilitatem ecclesie quod satis est &c.

¶ De episcopis & clericis Rubrica.

OMnes. ¶ Uer. verum si appa-
ritor. ¶ Ex hoc dicit
do. Ubertus, ꝙ determinatur questio
que fuit de facto. Quidam Parmensis
erat potestas Rheginus, petebatur a
quodam suo creditore Parme quoddā
debitum, queritur quomodo sit citandus. Certe vide-
tur ꝙ iudex Parmensis possit eum citare per hanc lite-
ram vel saltim potest peti per literam a iudice Rhegi-
no ꝙ transmittatur: vt. ff. de custodia reorum. l. prima.
Sed hoc non poterat ibi habere locum, cum ipse sit po-
testas, si ad hoc deuenit ꝙ poterit Parme citari ad do-
mum, vt dicunt iura notoria. j. de anna. exceptio. vt per-
fectius. quod vi aut clam. aut qui aliter.

Summarium.

1 In criminibus non exceptuatis si delinquendi vo-
luntas non egreditur fines, delinquens isto iure non pu-
nitur: secus si progreditur ad actum.

SI quis nō dicam ra-
1 pere. ¶ Circa hanc materiam † distingue
cum quis habet voluntatem delinquendi,
aut voluntas remanet in finibus, aut progreditur ad
actum: si ad actum, aut actus perficitur, aut imperfe-
ctus relinquitur: vt in casu. C. ad leg. cornel. de sica. l. ij. &
tunc aut propter penitentiam aut propter impossibilita-
tem. Si voluntas remaneret in suis finibus non puni-
tur quia cogitationis penam &c. ff. de penis. cogitatio-
nis. de acquiren. posses. possideri. & l. si apud te. nisi aliud
casualiter reperiatur vt in crimine lese maiestatis. j. ad
leg. iuliam maiesta. l. quisquis. de ijs qui ad eccle. confu.
l. presenti.

l. presenti. in princip. Si autem voluntas delinquentis progrediatur ad actum, siquidem actus perficitur punitur: licet postea penituerit. ff. de furtis. qui ea mente. ⁊ ff. vi bonorum raptorum. l. penulti. de postula. l. prima. de calumnia. l. j.

Summarium.

1 Economus si sit non soluendo, non propterea tenetur ecclesia.
2 Tutore existente non soluendo an teneatur minor.
3 Ecclesia magis subiacet fraudi ꝙ minor.

Authentica.

Qui res iam dictas.

1 Quid si economus non est soluendo † an teneatur ecclesia. glos. querit ⁊ videtur dicere ꝙ sic: sed certe non credo ecclesiam teneri. Nam in penam contrahentis inductum est: vt non teneatur ⁊c.
2 Aliud in minore † qui tenetur: vt. j. de prediis mino. ⁊
3 l. si predium. quia † ecclesia magis subiacet fraudi ꝙ minor. Jacobus de arena.

Summarium.

1 Excommunicatus propter contumaciam de non comparendo: comparens debet absolui.
2 Idem in excommunicato pro iudicato nō soluto, quia soluens absoluitur.
3 Eremita potest testari.

Authentica.

Item nulla cōitas.

1 Dic per finem huius authen. † quando quis excommunicatur, an veniens extrahatur de excommunicatione. Dic aut excommunicatur quia non venit, ⁊ tunc veniens debet extrahi de excommunicatione. j. de prescri. triginta annorum. si quis emptionis. §. penul. ff. vt in posses. leg. is cui. §. si ex duobus.
2 Aut † quia non satisfecit, ⁊ tunc ita demum si satisfecit: vt dicto. §. si ex duobus. ⁊ ff. de priui. cred. l. cum quis. de
3 ver. sig. ex parte. ⁊ in. l. si quis presbyter. An aūt † eremita possit testari: dic ꝙ sic, vt in decre. ⁊ de hoc not. extra.

Summarium.

1 Casus omissus a iure canonico remanet in dispositione iuris ciuilis.
2 Sententia lata contra monasterium mandatur executioni contra monachum, ⁊ nu. 4.
3 Per ingressum monasterij non tollitur obligatio.
5 Monachus ratione delicti ante ingressum commissi sortitur forum ecclesiasticum, et tenetur sicut de contractu inito.
6 Mutatio domicilij non facit iurisdictionem prorogari.
7 Debitor in fraudem creditoris sui ingrediens monasterium non sortitur forum ecclesiasticum.

Authentica.

Causa que fit cū monacho.

1 Ibi: secundum leges. Not. † leges seruari in foro ecclesiastico, quod est verum si ius canonicum non dicit aliquid in casu illo: vt de hoc nos. extra de oper. noui nunciatione. c. j. ⁊ credo principium legis magis debere intelligi, ꝙ monachus fit in iudicio. Nam video qualiter prohibeatur: et hoc dicit litera: causa que fit. ⁊ sic condemnabitur, ⁊ fiet executio contra bona que fuerunt ipsius. Nam senten-
2 tia lata † contra vnum mandabitur executioni contra alium, vt al's contingit. ff. de peculio. l. licet. §. idem scribit. Preiudicauit enim ecclesie sententia que sciuit monachum litigare. ff. de regu. iur. sepe. §. scientibus. Non enim est capite minutus: qd patet, quia succedit agnatis. j. cod. deo nobis. Quare ergo non debet conueni-
3 ri: non enim est liberatus † per hoc ꝙ ingrediatur monasterium cum non sit de modis quibus obligatio tollatur: ⁊ hoc secundum quod dicit hic fieri debet: expone, scilicet exhibitio monachi. Nam mandabit episcopus abbati ꝙ monachum coram se venire faciat. Po-
4 test etiam intelligi † ꝙ in persona monachi formetur petitio, et respondebit abbas vel syndicus monasterij, et fiet executio in bonis que ab eo peruenerint ad ecclesiam. ff. de capi. diminu. tutelas. §. si de libertate. institu. de acquisitio. per arroga. §. fina. Uel etiam conuenietur monasterium: vt in authen. sed hodie. ⁊ aut defendet monachum insolidum, aut fiet missio in bona que eius fuerunt: vt dicto. §. fi. de acquisi. per arroga. ⁊. l. tutelas. §. si libertate. Sed primum magis approbo: de duobus
5 alijs approbo vltimum. Sed quid † de delictis que fecit ante ingressum an tenebitur: dic ꝙ sic. Nam nemo delictis ⁊c. ff. de capit. diminu. l. ij. §. penul. ⁊ fi. Et de hoc cognoscit episcopus. argu. huius authen. Nam hec authen. loquitur de contractu ante celebrato. Idem ergo in delictis cum equiparentur: vt auc. qua in prouincia. ⁊ sic per ingressum fit de iurisdictione alterius. forū enim mutauit: quia prius debebat conueniri sub iudice ciuili,
6 modo conuenitur sub ecclesiastico. Secus † si mutasset domicilium tantum: nam tunc debet conueniri sub eo qui erat iudex suus tempore contractus. j. de iurisd. om.
7 iud. iuris ordinem. Quod est verum † nisi fraudulenter ingrediatur: nam tunc reducendum est ad iudicem secularem. ff. de re milit. qui cum vno. §. non omnis. ⁊. l. fi. j. qui milita. non pos. l. j. lib. xij. Non obst. j. de actio. l. fin. nam ibi non mutauit domicilium, ⁊ hec dico vera tam in clerico ꝙ in monacho. Jac. de are. Et vide qd not. extra de obliga. ad ratio. c. j. per Jo. andr. ⁊ bene quod presumo si post accusationem vel reprehensionem de crimine factam ad secularem uitam transiret: vt. ff. de bonis eorum qui ante sententiam mortem sibi consciuerūt. l. fin. §. j. Dy.

Summarium.

1 Promittens vbiqꝫ soluere, an possit vbiqꝫ conueniri.

Si qs in cōscribēdo.

Dic ꝙ clericus secūdum hec iura habet priuilegium vt non trahatur ad defensorem ciuitatis in prouincia: sed ad presidem in ciuitate Constantinopol. vt conueniatur coram prefecto pretorio, ⁊ non sub alio, etiam sub quo alter laicus conueniretur: ⁊
1 huic priuilegio fuit renunciatum. Sed an si quis † promisit soluere in quolibet loco, vbiqꝫ poterit conueniri? Uidetur ꝙ non, quia iam cogeretur quis nauigare ⁊c. ff. de iudicijs. heres absens. Econtra, ꝙ sic. ff. de administratio. tutorum. l. Titium ⁊ Meuium. §. fin. secundo responso. Respondeo si aliquis locus est expressus, ⁊ postea generalis clausula, dicam vbiqꝫ teneri respondere, et posse conueniri: vt dicta. l. Titium et Meuium. §. finali. Jacobus de arena.

Summarium.

1 Tutorem dans an sue iurisdictioni subiectum dare debeat, ⁊ nu. 2.
3 Testimonium ferre veritatis, opus pium est.

GEneraliter. ¶ Sed quis dabit exorcistam tu-
torem hodie cum presens non sit iudex cleri-
corum episcopus. Nõ videtur, quia † ille qui
1 dat debet habere eum cui dat suppositum sue iurisdi-
ctioni: vt. ff. de tutor. ⁊ curato. datis ab. l. j. ⁊. iij. ¶ Pote-
2 stas. Nota quia † oportet ꝙ qui dat, habeat tutorem in
sua iurisdictione. j. qui dari tuto. poss. Neq; potest dici
ꝙ tutor submittat se iurisdictioni presidis: vt ⁊ al's quis
se submittit college: vt. ff. de manumis. vindic. l. a preside.
¶ Econtra quod non valeat, nam renunciare non po-
test priuilegio: extra de foro compet. si diligenti. ¶ Sed
a ad hoc responderi posset ꝙ ibi loquatur quod non pos-
sit se subiicere alteri iurisdictioni ad litigandum, se-
cus videtur ad hoc factum, sed certe nec in iis que non
consistunt in litigando potest se subiicere, veluti vt testi-
3 monium dicat coram iudice seculari: † ꝙ tamẽ est opus
pietatis dicere veritatem, et non possit, dicitur extra
de foro compe. si diligenti. vel potest dici quod pupillus
submittat se iurisdictioni episcopi.

a ¶ De his questionib⁹ hic not. per Iac. de are. ⁊ de multis aliis materiã quorum cũq; religiosorũ vel conuersorũ tãgẽtib⁹, quo ad oẽs eorũ gestus tam vlti. voluntat. ꝙ inter viuos plene ꝑseq̃re in spe. de stat. mo. vbi habes d' h circa. lxvi. q̃ones not.

Summarium.

1 An per ingressum monasterii liberetur quis a pa-
tria potestate, ⁊ quid de presbytero.
2 Hereditate ad monachum delata eo repudiante an de-
feratur monasterio.
3 Seruus si adire recuset, potest a domino compelli.
4 Monacho adeunte, commoda et incommoda trans-
eunt in monasterium.
5 Monacho ante aditionem mortuo hereditas non trãs-
mittitur ad monasterium sed per restitutionem potest
succedere.
6 Frater minor succedẽs patri vel consanguineo cui que-
rat hereditatem.

1 DEo nobis. ¶ † An monachus
liberet a patria po-
testate. Not. ꝙ sic. ff. de mino. si ex causa. §. et
pomponius. Quid de p̃sbytero. Dicit Ber.
ꝙ sic vt no. extra. de etate ⁊ qual. cum decorum. sed Ho-
stien. contra. ibidem not. Sed parum darem, ⁊ si rema-
neret in potestate cum saltem quo ad obedientiã transit
vt teneatur obedire abbati, ⁊ vt monasterio acquirat.
2 ¶ † Sed an si deferatur ei hereditas, ⁊ ipse adire eam no
lit, monasterium adibit? Videtur ꝙ sic. j. de bo. que lib.
cum non solum. §. j. ¶ Econtra ꝙ nõ: q2 si seruus institui
tur oportet ꝙ ipse adeat, ⁊ precedente iussu. ff. de acquir.
3 here. l. si quis mihi bona. §. iussum. ⁊. l. si ea. † potest enim
seruus compelli adire, ꝙ si non adiuerit nõ efficitur do-
minus heres. ff. si quis omis. cau. te. l. j. §. j. de iur. deli. cũ a
liquis. de hered. ven. l. iij. Non ob. l. cum non solum. quia
ibi loquitur in aduẽtitia hereditate vbi si filius nõ vult
esse heres pater adit si vult, ⁊ non obligatur per hoc fi-
lius nec est heres, ⁊ ideo lex patri permisit: sed si adiret,
esset heres ⁊ obstrictus creditoribus. Sed in profectitia
si adiret nec momento staret penes eum. ff. de acquir. he
red. l. placet. Unde lex voluit eũ debere adire, q2 sibi non
4 nocet: si non adit nõ querit. sic in monacho, q2 † adeũdo
monasterium habet commoda ⁊ incommoda. Sed an
monasteriũ poterit repudiare licet non possit adire? Cre
do ꝙ sic. ff. de succes. edic. l. j. §. per seruum. ⁊ sic mirabile
ꝙ repudiat ⁊ non adit: quod autem dicitur patrem non
repudiare hereditatem filio delatam. j. de repudiã. poss.
5 l. ij. loquit' in aduentitia. ¶ Quid si est mortuus † anteq̃
adeat, nunquid monasterium vlterius adhibit? videtur
quod non, quia nõ est adita: ⁊ hereditas non adita non
transmittitur. Dic tamen ꝙ restituatur monasterium
ad adeundum. ff. de adeund. heredita. quidam. in prin.
6 ⁊. l. patronus. ¶ Quid † de fratre minore cuius ordo
non potest proprium habere, an succedat patri vel alte-
ri consanguineo? ⁊ videtur ꝙ non. ff. de iure fisci. in me-
tallum. de iis que pro non scrip. ha. si in metallum. Sed
posset dici cum habeat ordo patrem, scilicet ecclesiam
Romanam, ꝙ querat ipsi Romane ecclesie: sicut video
de eo filiofamilias qui habet filium in potestate aui con
stitutum qui non potest querere patri suo, ⁊ querit auo.
de bonis que libe. ꝙ satis. Unde iussu pape adit ⁊ eccle-
sie Romane querit: sicut est in seruo communi qd non
potest queri vni dominorũ, alteri queritur insolidum.
ff. de autorit. tuto. si communis. ⁊ licet queratur Roma
ne ecclesie, tamen frater habebit inde cibaria. arg. ff. de
alimen. l. seruos. ⁊ pro hoc. s. eo. raptores. Alii dicunt ꝙ
habebit ordo vt vendat: qd consentio in predicatoribus
qui habent mobilia, et ad hoc vt habeat vt vendat est
ff. de leg. j. cetera. §. si duobus. ⁊. l. si seruo. §. si cui. ⁊ de le-
a ga. iij. fideicommis. §. si seruo.[a] Jacobus de arena.
¶ Additio. Sed an pater tenetur facere mentionem
in testamento de filio in ordine constituto: saltem vt sibi
debitam relinquat. et distingue, aut est tale monasteriũ
qd potest habere proprium in cõmuni vt monachorũ, ⁊
tunc tenetur pater debitam sibi relinquere portionẽ: vt
hac. l. aut est tale ꝙ non potest habere propium in com-
muni, ⁊ tunc non tenetur de tali filio facere mentionem:
vt sunt fratres minores: vt in aut. de sanc. epis. §. nulli. et
§. interdicimus. Franc. autem dicit de hoc vt not. extra
per Hostien. de probat. c. in presentia. Unde dicunt ali-
qui ꝙ semper debent institui, quia si conuentus non po-
test acquirere, acquirat superiori vel Romane ecclesie:
vt. C. de bonis que libe. l. que satis. Et est causa ꝙ tenea-
tur ei relinquere legitimam. xxx. q. vlti. §. vlti. vbi dicitur
ꝙ imo purgatur vitium ingratitudinis propter ingres-
sum religionis. Oldra.

¶ De episcopali audientia. Rubrica.

Summarium.

1 Maiores magistratus non possunt durante offi-
cio conueniri: quod limita quatuor modis vt tribus nu
meris sequentibus.
2 Magistratus minores ꝯueniunt' durãte officio: vt nu. 6.

SI presens. ¶ Dic cum ali-
quis est in magi-
stratu, aut vult agere, aut alius vult eũ
conuenire. Si vult agere, aut est solus ⁊
non potest. ff. de iur. om. iud. qui iurisdi-
ctioni. nisi vt procurator faciat, qui litẽ
agat coram ipso vt redigat actionem in tutũ si esset tem
pore peritura. ff. de offic. presid. senatus. Si vero non est
solus sed est ibi alius potest se subiicere alii. ff. de iurisdic.
om. iud. l. est receptum. ita tamen vt non sit personaliter
1 in iudicio. ff. de iudiciis. pars literarum. ¶ † Si autem
alius velit conuenire ipsum: ⁊ dic aut est de maioribus
⁊ non potest. ff. de in ius vocand. l. secunda. ⁊ ex quibus
causis maio. l. sed ⁊ si. §. aduersus. quod intelligo in loco
2 illo. Sed fallit in casibus in quibus † potest conueniri ⁊
in eodem loco vbi est magistratus: vt hic, vbi conueni-
tur per positionem exceptionis, licet improprie dicatur
3 conueniri. Item si † non sit adulteriũ, conuenitur vt ca-
ueat de respondendo finito officio. ff. de adulte. si adulte
4 riũ cum incestu. §. si. Item fallit quando se † submisit: vt
5 dicta. l. est receptũ. Item † quãdo delinquit in officio. j.
ad leg. iuliam repetund. l. iubemus. in authen. vt iudi-
6 ces sine quo. suffra. §. necessitatem. Si vero sit † de mino-
ribus conuenitur etiam durante officio. ff. de iniuriis. l.
nec magistratibus. ad leg. aquiliam. quemadmodum.
§. si magistratus. Si autem sit in magistratu magno ⁊
alibi q̃ ibi conuenitur, dic vt in glos. Jaco. de are.

Summarium.

1 Curator bonis datus tenetur facere inuẽtarium.
2 Episcopus suscipiens in se onus rerum relictarũ pro ca-
ptiuorum redemptione tenetur inuentarium facere.
3 Curator ad litem non facit inuentarium, ⁊ nu. 4.

De creationibus.

DE creationibus. ¶ An curator ad litem faciat inuentarium queritur, et videtur ꝙ sic: quia omnis curator facit. j. de admi. tuto. tutores. ⁊ generaliter loquitur, ⁊ generaliter
1 intelligitur. ff. de offic. preto. l. iij. Item curator † datus bonis facit inuentarium. ff. de bo. auto. iudic. possid. l. fi.
2 ff. de ven. in poss. mitten. l. j. §. si periculum. Nam † ⁊ episcopus cum suscipit res relictas pro redemptione captiuorum, facit inuentarium. s. de episco. ⁊ cler. nullus. §. cum autem. Item quod facit generalis ⁊ specialis. ff.
a rem pupil. sal. fore. l. si ad species.[a] Item qđ iuris est de toto ⁊c. ff. de rei vendica. que de tota. Item sic in descriptione bonorum ad fiscũ venientiũ: nam etiam actiones ponuntur. j. de bonis vacan. l. si quando. ⁊ l. si vacantia.
3 §. que forma. Econtra videtur † ꝙ non faciat inuentarium, quia datur liti, ⁊ nihil corporale habet sub sua custodia, sed officium exercendi actionem tantum: ⁊ hoc est qđ dicitur: inuiti adolescentes curatorẽ non accipiũt preterꝙ ad lites. institu. de curato. §. inuiti. Nam dabitur ad litem mouendam non tamen habebit instrumenta. item pro hoc. j. de procur. maritus. j. de in litem dan. tuto. l. ad protegendam. ¶ Quid ergo ponet in inuentario? nam non habet nisi litem, que nihil est: dubius est enim litis euentus. ff. de peculio. quod debetur. ¶ Preterea nonne potest esse lis ⁊ non esse instrumenta? Quid enim si est ex parte rei ⁊ nulla instrumenta sint ibi, quid ponet in inuentario? Certe videtur absurdum quod faciat inuẽtarium, quia non est de quo. Dicet aliquis, ponet instrumenta. Sed respondeo, pone ꝙ non sint instrumenta vel si sint, non sequitur ꝙ ea debeat habere, licet litem exerceat. Nam video alibi quod aliquis litigat, et tamen non habet instrumẽta. ff. de carb. edi. sed ⁊ si is. §. ij. ⁊. §. fi. Item lex dicit ꝙ cum recipit res facit inuentarium: vt dicta. l. nullus. sed cum ipse non recipiat, q̃ procurator litis ⁊c. ff. de solu. hoc iure. Ergo nullo tempore faciet inuentarium ⁊ hoc respectu credo ꝙ non obst. illa l. hoc iure. ⁊. l. nullus. ⁊ ad hoc cum recipit faciat inuen-
4 tarium: facit. j. arbit. tut. l. fi. Unde credo † ꝙ facere non teneatur. Non obstat. l. si quando. quia ibi debet ponere quamcunqꝫ rem que veniat ad curam suam: sed quod instantiam ponat nusꝙ auditum fuit. Sed an datus ad vnam rem tãtum faciat inuentariũ. dic vt. ff. de cur. bo. dã. l. ij. Sic in curatore ad vnum negotium: quia non tenetur facere inuentarium: vt in Spe. de actore. munus. §. j. versi. impubes autem. Jaco. de are.

¶ De iis qui ad ecclesiam confugiunt. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Diffinitiua sententia facit de non debitore debitorem.

PResenti lege. §. Cum autẽ. ¶ Sed si secundum veram sententiam non ferretur diffinitiua lite non contesta. sed fit missio ⁊ venditio: nonne tantumdem habet actor per missionem et venditionem ex interlocutoria sicut si ferretur diffinitiua, quid ergo ad rumbum? ¶ Respõdeo, venio ad rum-
1 bum. Nam si diffinitiua † fertur nõ debitor efficitur debitor: vt. j. de iureiuran. actori. nec retractatur sententia nisi per beneficium restitutionis. ff. de iudiciis. si pretor. §. marcellus. Sed quãdo per interlocutoriam fit missio ⁊ venditio: si fiat ob falsum debitum non valet ipso iure. ff. de bonis autorit. iudi. possid. cum vnus. ⁊ ne vis fi. ei. l. prima. §. hec verba. ad carbo. l. tertia. §. impuberi. ⁊ de fideicom. liberta. l. cum vero. §. hoc senatus. ⁊ de leg. prestan. l. filium. §. si quis bonorũ. Item si fit venditio tanꝙ contra latitantem qui non latitabat ipso iure non tenet. ff. ex quibus causis in possess. eatur. fulcinius. §. si quis. possedit. Jacobus de arena.

¶ De legibus. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Priuilegiũ violantes qua pena veniunt puniendi.
2 Quid in priuilegio in corpore iuris redacto vel non redacto.

1 QUe ex relatio. ¶ Dic † circa priuilegia violata, quia aut certa pena est a lege imposita, ⁊ illa seruetur: vt patet. s. de sac. sanc. eccle. l. placet. aut non est certa pena imposita, ⁊ tunc aut pri-
2 uilegium † est in corpore iuris redactum, ⁊ tunc punitur in quinqꝫ libras auri: vt in. l. si ecclesie. s. de episc. ⁊ cleri. aut non est redactum in corpore iuris, ⁊ tũc in triginta libras auri: ⁊ hoc quia maius est delictum ⁊ maius periculum in priuilegio non redacto in corpore iuris, ꝙ in redacto in corpore iuris. Jaco. de arena.

a ¶ Uid bar to. ⁊ doct. in dicta. l. si ad species.

Summarium.

1 ☞ Quot modis fraus legi fieri dicatur.
2 Que sunt vires legis: vide vsqꝫ ad finem.

b
1 NOn dubium. ¶ Fit fraus[b] † ibi quatuor modis, fm gl. communes. Sed certe † imo aliis modis multis: nam fit de iuramento ad iuramentum. ff. de iurepa. qui contra. ⁊ l. adigere. §. si patronus. Quandoqꝫ de quantitate ad quantitatem. ff. de iurepatro. si libertus. Item de loco ad locum. de condi. et demon. cum ita. Item de tempore ad tempus. j. de commer. ⁊ merc. mercatores. Alij ponũt hoc exẽplum. ff. de mi. l. iij. §. j. Item de facto ad factũ. j. si manci. ita fu. alie. l. fi. Item de nomine ad nomen. in aut. vt nulli iudicum. Interdum de signo ad signũ. j. de assess. nemo. ⁊ l. fi. Et
2 super † hac lege dic, quia interdum lex negotio non assistit. Interdum resistit, interdum destruit. Si non assistit, tũc intelligitur relinquere illud in eodem iure quod habuit a iuregentium. ⁊ dicitur assistere, quando approbat, ⁊ tunc actio ⁊ exceptio datur. Dicitur non assistere quando resistit non approbando nec reprobando. Unde quando lex negotio non assistit, considero: aut est delictum, aut sententia, aut contractus. Si delictũ, ⁊ tunc aut non assistit propter defectum substantialis delicti, aut propter odium vsualitatis. Primo casu non est delictum, ⁊ sic non punitur, ⁊ sic loquitur. ff. de furt. falsus. §. qui alienum. ⁊. §. si quis in homine. ⁊ sic loquitur. j. de plag. presens. ¶ Additio. (Ubi lex simpliciter prohibet ⁊ non vltra progreditur annullando factum cõtra legis prohibitio. nõ valet vt hic, tamen cũ vltra progreditur et tractat qualiter annihiletur dando actionem vel exceptionem quod fieri nõ debuit, factum tamen tenet: sed tenere non videtur comprehendẽte effectu, quia nihil interest ⁊c. vt in reg. iuris. Item cum vltra progreditur affirmãdo factum illicitum quod fieri non debuit factum tenet: vt. ff. de interdic. ⁊ re. l. relegatorum. §. ad tempus. ⁊ de feriis. l. j. §. j. Et ratio predictorum est, quia vbi lex vltra progredit̃ stat̃ clausule speciali: vt in. l. doli. clausula Dy.) ff. de adul. l. pe. Si vero non assistat propter odium vsualitatis, tunc relinquitur puniendum imo plus punitur. s. de epis. audien. l. iij. ff. de penis. aut facta. §. fi. ⁊. l. seq. Si vero sit sententia cui lex non assistat tenet per autoritatem rei iudicate. ⁊ sic loquitur. §. biduum. quando appellã. sit. l. j. ⁊ pro hoc ad trebellia. seruo inuito. §. cum pretor. hoc fallit quãdo lex non assistit propter inordinatũ processum: vt patet. j. de sen. ⁊ inter. l. prolatam. nam tunc non valet. Item fallit quando sententia est obreptitia. ff. de fideicommis. liberta. l. cum vero. §. subuentum. ff. ad trebellianum. l. tertia. §. puberi. cum similibus. Si vero non assistit lex contractui

b ¶ Et d hoc no. extra de priuileg. ca. quanto.

subdistinguo, aut non assistit propter defectum substan
tialitatis, aut propter defectum intrinsece solennitatis,
aut propter aliam causam, vt propter defectum prime
idoneitatis. Siquidem non adsit contractui propter de
fectum substantialitatis vt est videre in emptione: vbi
desideratur consensus, si non fuit tunc contractus est
infirmus.ff.de contrahen.emp.in vẽditionibus. Si pro-
pter defectum intrinsece solennitatis vt quando non re-
spondetur incontinenti interrogationi: tunc aut est cõ-
tractus ciuilis, aut iurisgentium. Si ciuilis ⁊ tunc non
valet contractus de iure ciuili nec de iuregentium, nec
naturalis oritur obligatio. ff.de verbo.obliga.l.j.§.j. Si
iuregentium est contractus, valet vt eod.titu.l.si stipu-
latus.§.fina. Si propter defectum persone idoneitatis,
aut quia quis stipulatur alteri, tunc naturalis obligatio
paratur ⁊ vtilis est fideiussoris datio, dominij non impe
ditur facta traditio, non est inutilis pene adiectio.ad pri
mum.ff.de nouati.l.j.⁊ ad legem falcid.si pupillus.ꝙ fi-
deiussoris datio teneat habetur.ff.de fideiuss.si quis.§.j.
dominij nõ impeditur facta traditio. ĩ. si quis alteri vel
sibi.l.multum. Non est inutilis pene adiectio. institu. de
inutil.stip.§.alteri. Si vero negotio lex resistit, tunc aut
resistit effectui aut forme, ⁊ contradicit effectui quando
lex prohibet ita acquiri: contradicit forme, hoc est quia
prohibet vendi. Cum contradicit effectui, tunc aut ge-
neraliter lex exemit a dominio, vt in libero homine ⁊ re
sacra, ⁊ tunc est differentia vtrum fiat contractus affi-
nis effectui prohibitionis vt est quando aliquis obliga-
tur ad dandum: nam dare est accipientis facere. insti. de
actio.§.sic itaq;.ff.de verbo.oblig.vbi autem. in fi. tunc
si fiat talis contractus in libero homine vel re sacra non
valet.institu.de inuti.stip.in princip. ⁊ de verb.oblig. in-
ter stipulantem. §.sacra. Si certus nõ sit affinis effectui
prohibitionis, vt est venditio: nam venditor non tene-
tur rem accipientis facere.ff.de contrahen.empt.si rem
ita.§.qui rem.de actio.empti.ex empto.in princ.tunc ha
bet locum quod dicit lex: aut neuter scit ⁊ oritur obliga-
tio, aut vterq; ⁊ non oritur, aut emptor tantum ⁊ tunc
similiter, aut venditor ⁊ tunc sic. ff. de contrahen.empt.
cum liberi. et.l.si in emptione. §.item si. et.l.dominij. Si
vero specialiter lex prohibet alienationem, vtputa tali
alienari vel rem talem, tunc aut est prohibita alienari fa
uore, aut odio, si odio: aut odio acquirẽtis, aut odio do-
miniũ obtinẽtis. Si fauore aut publico, aut priuato. Si
publico non transit dominiũ imo idem vẽdicat qui alie-
nauit.insti.quibus aliena.licet.in princ.de agrico.⁊ cens.
quemadmodum.nec valet consensus.de rei vxo.acti.l.j.
§.cum ⁊ lex. nam fauore publico subueniendum est do-
tibus: vt probatur.ff.solu.matrimo.l.j. Si priuato fauo-
re inhibetur alienatio, tunc aut fauore obtinẽtis domi-
nium, aut fauore tertij. Si fauore obtinẽtis dominium
vt est in minore ⁊ ecclesia, ⁊ tunc quatenus contractus
tangit fauoratum est nullum: quatenus tãgit alium qui
non est habiturus regressum contra minorem vel eccle-
siam tenet cõtractus, ⁊ sic loquitur dicta.l.de pred.mi.
⁊ si is.⁊ sic loquitur. s̃. de sac.sanc.eccl.l.iubemus. ⁊ aut
qui res iam dictas.ĩ.ad velleia. aut. siue a me. Si fauore
tertij vt si libertus alienat in fraudem patroni, tunc illa
alienatio est prohibita fauore patroni, ⁊ tũc si fit in frau-
dem legis non valet ipso iure si fiat sine patroni consen-
su. Si fit in fraudem patroni tunc valet sed retractatur,
quatenus est legitima.ff.de iurepatro. l.si libertus. Sed
si patronus consentit non reuocatur.ff.si in fraudem pa
troni.non videtur.ĩ.si in frau.pa.l.ij. Si vero odio acqui
rentis res immobilis confiscatur. de heretic. si quis or-
thodoxe.⁊ ne iude.christia.mancip. Si odio dominium
obtinentis illi qui erant proximiores christiani reuocãt:
vt de hereticis, manicheos.de apostatis, apostatarum:
⁊ sic per predicta lex resistit effectui. Si vero lex resistat
forme tunc loquitur hic vt non valeat venditio ⁊ quic-
quid sequitur.ff.de fideiussor. cum lex. ⁊ tunc considera
quia aut resistit ⁊ vltra non procedit: ⁊ sic loquitur hic ⁊
dicta.l.cum lex.⁊ est exemplum de lege.s̃.de sac.sanc.ec-
cle.l.nemo martyres.institu.de nupt. §.affinitatis. ff. de
testibus.l.iij.§.lege iulia. aut vltra procedit: et tunc aut
destruendo, aut aliam penam imponendo. Si destruen-
do ⁊ sic loquitur hec lex.⁊.ff.de tuto.⁊ curato.da. l.si tu-
tor petitus. Si aliquam penam imponẽdo: vt.ĩ.que res
vendi non possunt.⁊ que res obliga.non poss.⁊ tunc ob-
seruatur illa lex, quia contenti esse debemus pena.l. com
prehensa.de verborum oblig.l.doli. ⁊ de penis, sanctio.
⁊ destruit interdum ipso iure, ⁊ tunc contractus est nul-
lus.de dolo.l.eleganter.⁊.l.arbitrio. Interdum per mo-
dum exceptionis: ⁊ sic loquitur titul. ad macedo. ⁊ vel-
leianum, per totum. de doli exceptione.per totum. In-
terdum per actionem ⁊ tunc aut est turpitudo ex parte
vtriusq; et repetit fiscus, aut ex parte accipientis tan-
tum ⁊ repetit qui dedit.ff.de condic.ob turp.causam.l.j.
ij.⁊.iij. Si queras an confirmat, dic aut lex dat certam
formam confirmationi ⁊ tunc illa seruatur: vt patet.ĩ.
de contrahen.emptione. l. prima. ⁊. ff. si maior fact.rat.
habue.per totum. Si vero lex non dat certam formam
confirmationi, tunc aut non est processum ad traditio-
nem ⁊ non confirmatur. ff. de verbo. obliga. si stipulat.
si est processum sic.ff.de fundo dota.l.penulti. ⁊ de vsu-
cap.cum iure. Jaco.de arena. ¶ Additio. Vide que
not. Dy.extra de reg.iur.c.que contra ius.

Summarium.

1 ☞ Si statuto cauetur ꝙ si fiat contractus excedens
quinquaginta libras auri adsint tres testes: talis contra
ctus ante tale statutum factus coram duobus testibus
solum, non arguitur.
2 Si statutum dictet vsuras non petendas vltra certum
modum: extenditur ad eas que debentur ex contractu
precedenti odio vsurarum.
3 Stante statuto ꝙ bannitus sit exemptus a banno si sol-
uat triginta, ⁊ alio statuto caueatur ꝙ non eximatur a
banno nisi solutis centum: bannitus autem posterius
statutum petẽs eximi stabit dispositioni posterioris non
anterioris statuti.
4 Lex aut statutum futuris dat formam negotijs.
5 Dispositio authen.hec constit.interpre.priorem constit.
habet locum in futuris ingredientibus monasterium
non in ingressis ante constitutionem.

Leges ⁊ constitutio.

¶ Questio hic fit in gl.⁊ taliter deciditur si-
cut ibi scriptum est. Sed certe ista questio est
satis ambigua, ⁊ ideo credo aliter dicendũ: ⁊ sic aut ista
lex pertinet ad solennitatẽ contractus, ⁊ tunc veterẽ ser
1 ua, ⁊ sic loquitur glos.nostra, ⁊ † est exemplũ. Lex noua
dicit: si fiat contractus de quantitate excedente lib. aur̃.
quinquaginta ꝙ sint tres testes.ĩ.si cert.pet.l.fi. ¶ Quid
si factus est ante legem illam coram duobus, nonne va-
lebit? certe sic.simile.ĩ.de testa.iubemus.in fi. Si vero lex
2 sit imposita † super exactione facienda vel non facienda
ex contractu, vt est exemplũ: dicit lex noua ꝙ nullus pe-
tat vsuras nisi vsq; ad certum modum, licet tunc contra
ctus precesserit: legis tamen exactio ex contractu modi-
ficabitur per.l.postea factam.ĩ.de vsur.eos.in fi. melius
in.l.pen. ¶ Et ex his satis determinatur questio que fuit
in ciuitate ista: ⁊ do. Guid. de suza. fuit in vna opinione
cum do. Principallo ⁊ do. Boactino: alij omnes fuerũt
3. in cõtraria. ¶ Questio erat talis. † Statutum vetus cõ-
tinebat ꝙ banniti eximerentur a banno solutis.xxv.lib.
emendationem recepit per nouum statutum: ⁊ dictum
est in nouo ꝙ quilibet volẽs exire de banno soluat.c.lib.
tandem quidam bannitus ante statutum nouum factũ
dicebat post statutum nouum, volo exire de banno: dice
bat potestas, solue centum, dicebat ipse nõ debeo solue-
re nisi. xxv. queritur quid iuris. Et certe videtur ꝙ iste
4 bannitus soluat cẽtum, q: lex imposita † est exemptioni:
vnde dat formam futuris exemptionibus banni, nõ ta-
men futuris bannitis: si ergo vult eximi soluat centum.
Sicut video lex dicit ꝙ si quis vult probare solutionem
debiti ex contractu celebrato in scriptis debet probare
per quinq;

per quinq́ testes: nunquid illa lex habet locū in contractibus celebratis ante legē illā, si post legem fiat solutio? Certe sic.ĩ.de testi.testiū.similiter in vsuris: vt dixit, nam ibi imponitur.l.future exactioni licet cōtractus precesserit, sic ⁊ hic future exemptioni lex imponitur licet bannus precesserit. ⁊ hanc sententiā tenuit.d. Guido, ⁊ idē ego credo. Alij dixerūt per hāc gl. ꝙ illud statutū daret formam futuris bannitis, sed certe nō dicit de bannis, sed de exemptionibus bannitorū futuris, non futuris bānitis. ¶ Diceret aliquis ꝙ ꝑ hoc faceret in auť.hec constitu.interpret. nam lege veteri poterat monachus testari, superuenit lex noua, ⁊ statuit ꝙ non posset: nunquid hec lex noua trahetur ad iam ingressos, an tantū
5 ad futuros ingrediētes? Certe dicitur in illo titulo † hec constitu. ꝙ habet locum in futuris ingredientibus ⁊ nō in ingressis ante legē illā qui adhuc supererant: ⁊ sic qui ante est ingressus nō tenetur lege postea facta. Sed certe non obstat lex illa: quia lex noua proposita est sub isto tenore ꝙ in futuris ingredientibus locum habeat: nam lege veteri statutum est ꝙ monachus possit testari, lex noua superuenit ⁊ statuit ꝙ quilibet ingressurus monasteriū tenetur anteꝙ̄ ingrediať de bonis suis relinquere: q̄r postea non poterit, ergo loquiť de futuris ingredientibus non de iam ingressis. ⁊ hoc dicit.§.illud.de monachis. vnde dico. ¶ Additio. (Idem tenet dominus Richardus malumbre, in questione sua. Statutum est in ciuitate ꝙ quicunq́ priuatus venderet salem ⁊c.) ꝙ centum soluere teneatur si vult de banno eximi. Quid enim si hodie fieret statutū ꝙ quilibet volens agere debeat talem formā seruare in libello formando: ⁊ aliquis de contractu facto ante statutum vellet agere ⁊ tenere formam anteriorem, nōne male faceret? Certe sic: nam proposita est lex seu statutum super iudicio nouo non super contractu, vnde etiam si contractus sit antiquus in nouo iudicio tenetur nouam seruare legē, ita in questione nouum statutum factum est super nouis exemptionibus non super nouis bannis: si quandoq́ fuerit bannitus qui nouam exemptionem petat, dicam eum nouam legem debere seruare. Jacob.

¶ De iuris ⁊ facti ignorantia. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Minor extranei repudians hereditatem beneficio minoritatis potest eā recuperare: secus in maiore annis vigintiquinq́, ⁊ nume.3.
2 Repudiante minore, si extranei hereditas distrahatur, ad eam nullus patet accessus, ⁊ probatur nume.5.
4 Per aditionem dominia rerū hereditariarū querūtur.
6 Minor contra hereditatis possessorem auditur toto minoris etatis tempore ⁊ toto tempore indulto ad restitutionem, ⁊ eo adulto facto vsq́ ad quadriennium.

Cum ignorantia.

1 ¶ Si querať † an hereditas repudiata possit adiri. dic aut hereditas est extranei, aut ascendentium, si extranei, tunc nō potest.ĩ. de repudian. heredi. sicut. nisi sit minor, quia tunc recuperat per tractatū de mino
2 ribus, nisi iam sit † hereditas distracta: quia tunc etiam minor repellitur.ff.de minorib. ꝙ si minor.§.sceuola. Si vero sit hereditas ascendentium considera. ¶ Aut est
3 heres † suus ⁊ tunc aut hereditas est ad alium applicata: quia alius adiuit vel res distracte sunt: ⁊ tunc excluditur: quia per aditionem est dominium rerum heredi
4 tariarum in aliū trāslatū cū per aditionē † dominia rerū hereditariarum querantur.ff.de acquir.posses.cum hereditas. Idē si res sunt distracte de aditione probatur.
5 ff.ad tertul.filij.§.j.de distractione. † loquitur.ĩ.de repudianda heredi.l.fina. nam distractis rebus non admittitur: vt ibi, nisi sit minor: vt ea.l.§.fina. Si vero hereditas non est adita non est ad alium applicata vel per venditionem hereditatis, vel per aditionem, nam illa duo equipollent: tunc si est maior intra quadriennium au
6 ditur, si minor † toto tempore minoris etatis ⁊ toto tempore indulto ad restitutionem, ⁊ eis lapsis, etiam intra quadriennium. ⁊ hic est casus.ĩ.de repud.heredi.l.fina. ⁊ ita intelligitur.ff.de iur.delibe. si quis suus. ¶ Si vero non sit suus tūc aut tractatur de hereditate matris, ⁊ tunc si est alij applicata nō potest: al's sic intra annum per dictā.l.filij.§.j. Si vero tractetur de hereditate patris per emancipatum tunc aut est alij appplicata vt fratribus, ⁊ non potest admitti: vt hic, ⁊.ĩ.quādo non pet. l.vnica. nam in alium est translata per aditionem: aut non est alij applicata, ⁊ tūc admittitur intra tempus petend. bonorū posses.ff.de colla.bonorum.l.nunquam. ⁊ dicta.l.filij.§.j. hodie tamē videtur ꝙ emācipatus reuocet sicut suus in auť. de heredi.ab intest. Jaco.

Summarium.

1 ☞ Dominus conuentus noxaliter negans seruum in sua potestate esse, non tenetur sine noxe deditione.

Error facti.

¶ Ad cōtrarium signatū de interroga.act.§.si ita. dic cū quis confitetur aliquid aut ad litis preparationem, aut ad litis decisionem: si ad litis preparationem, aut respondet negando, aut confitendo, si negando potest confiteri verum ante litem contestatam contra se ad hoc vt euadat penam que sibi per negationem imponebatur a iure: vt est in eo qui negat se heredem cum sit pro parte qui in solidū cōuenitur: vt de interrog.act.de etate.§.qui tacuit.
a nō, q2 desiderat plenam cause cognitionem & decreti interpositionem: & quia iudex debet dare viatorē qui referat pecuniam esse versam in vtilitatem pupilli: vt. ff. de reb. eorū. l. magis. §. nō passim. Item q2 talibus diebus silere debet horrida vox preconis: vt. C. de fer. l. dies festos. ibi: nulla admonitio. Itē probabilius argue. Decreti interpositio necesse est ꝙ fiat apud acta iudice pro tribunali sedente & examinante et approbante causas propter quas venditio conceditur in quibus admonitiones fiunt & testes rogātur, que omnia debent diebus iuridicis fieri: vt. C. de pred. mi. l. vlti. idem Guid. de suc. & ideo iudex debet sedere pro tribunali, licet hic male
2 seruetur: nam coram † iudice debet causa exponi per tutorem, & ꝙ est es alienū, & ꝙ nō est aliūde cōmode vnde possit solui, & demū iudex sciet ab agnatis pupilli si res ita se habeat, & sic postea dicere debebit: cum appareat talem pupillum debere tantam quantitatē: nec aliunde possit soluere, permitto rem immobilem vēdi & interpono autoritatem & decretum, & de hoc fiet instrumētum, & postea cum isto instrumento ibit tutor & vendet. & sic debet de iure fieri, vt dicit. §. ne passim. sic ego facerem si deberē emere rem pupilli: licet de consuetudine accedat coram iudice & petit interponi decretum, & ipse vendit, & iudex interponit decretum: similiter in vēditione rerū
3 ciuitatis: vt. j. de vend. re. ciui. l. ij. lib. xj. Item † in rebus ecclesiasticis, vt in auf. hoc ius. dic ergo ꝙ nō potest fieri diebus feriatis: vt de confir. tuto. l. confirmando. de bonorū possess. l. iij. §. fi. nec obstat hec lex: quia hic loquitur de volūtaria iurisdictione. Item fauore libertatis, nam ad libertatem serui dum manumittuntur, & filij dum emancipantur. Iaco. de are.

Summarium.

1 Citatio facta die dominico vt quis die feriato cōpareat non valet.
2 Minor viginti annis in testamento manumissus, licet postea efficiatur maior liber non efficitur.
3 Preceptum de cōparendo est sententia cōminatoria.

1 Dies festos. ¶ Sed an possit fieri † preceptum die dominico qđ alia die nō feriata compareat? Videtur ꝙ sic: quia tempus citationis dirigitur in tēpus in quo potest vnus vocari vt & donatio valet inter virū & vxo. que cōfertur in tempus quo desinunt esse vir & vxor: vt. l. si eum. cū. l. seq. ff. de dona. inter virum & vxorem. & ff. de heredi. insti. l. in tempus. & de manumis. testa. l. si quis locuples. Sed cōtra videtur per hanc literam que dicit: preconis horrida &c. si ergo facit contra hanc legem, ergo non valet, vt. s. de leg. l. nō dubium. Item pro hoc, si minor † viginti annis manumit-
2 titur in testamento, licet postea efficiatur maior non confirmatur libertas in testamento data, j. de testam. mili. l.
3 si rufinus. Item est † quedam sententia cōminatoria: vt j. de ijs qui ad eccle. confug. l. presenti. & probatur in. l. cū clericis. s. de episco. & cler. ergo non est ferenda tempore feriato, & tutius est non valere, licet de facto contra seruetur. Item pro hoc facit illud generale: qđ ab initio nō valet tractu temporis non conualescit: vt. ff. de reg. iur. qđ ab initio. Sed pone ꝙ die non iuridico citatur aliquis vt cōpareat die feriato, an valet talis citatio? Videtur ꝙ non. ff. de fer. l. j. & si, quis in ius vocat. l. ij. Item quia citatio videtur in se habere errorem, & quoties &c. ff. qui satisda. cogā. l. quoties. econtra ꝙ valeat videtur extra de dolo & contu. c. cum dilecti. ff. de donat. inter virum & vxo. l. si donatio. §. fina. Decretiste solent sic tenere: aut citatur vt die dominica siue feriata aliquid faciat in causa, & tunc non valet citatio, quia in causa non est aliquid faciendum die feriata: vnde si citatur vt debeat respondere, nō valet quasi in se citatio illa habeat expressum errorem, vt dictis legibus. Si vero citetur vt cōpareat, cum etiam die dominico possit dari libellus: vt probatur. ff. de adulte. l. miles. §. lex. videtur ꝙ valeat citatio, & sic est differentia an citetur vt respondeat, an vt compareat. Alij dicūt ꝙ si citatur vt respondeat valet citatio, & tenetur respondere sequenti die nō feriata: vt sic duo videatur cōtinere citatio, scilicet expresse diē citationis & tacite sequentem diem si prima sit feriata, sicut duo sunt precepta arbitri &c. ff. de arbit. l. celsus. simile de heredi. instituen. l. ij. de lega. j. l. si mihi & tibi. Sed hoc non videtur bene dictum, quia sententia non debet pro parte valere, & pro parte non. ff. fami. hercis. l. in hoc iudicio. vnde cum sit citatio quedam sententia: vt. s. de epis. & cler. l. cum clericis. ibi sententiarū tuarū. si non valet in expressa, nec valet in tacita: & ideo consilium est vt inseratur in citatione: si incidit in diem feriatam sequēs nō feriata pro termino habeatur. super hoc etiam vide qđ not. extra de elec. c. cupientes. in gl. quid si electus. in iij. q. li. vj. & in. c. nemo potest. in fi. gl. li. vj. de reg. iur. Iac.

a ¶ Hec vera & ideꝫ tenet Spe. in ti. de fer. §. fi. ver. vlt.

¶ De iurisdictione omnium iudicum. Rubrica.

Summarium.

1 An partes possunt in iudicem cōsentire vt certam ferat sententiam.
2 Non potest fieri prorogatio de negotio ciuili ad criminale.

1 Non quidem. ¶ Dicit glos. † ꝙ non possunt in iudicem consentire vt ferat certam sententiam sicut in arbitro: sed forte aliud est in arbitro cū de substantia arbitrij sit controuersia. ff. de arbitris. §. quis. aliud in iudice. per. l. de re iudi. si cōuenerit. ff. cōmu. de leg. in hoc iudicio. Itē dic ꝙ ita demum tenet prorogatio si ipse iudex generalis est illius cause: si enim sit iudex de meritis que fiunt & volumus eum facere iudicem de questione fundi non possumus, j. de testa. testamenta. sed prorogatio fit ſm quosdam semper in eodē iure & statu quo erāt priores: vt. ff. de preca. l. si ma-
2 nente, quare nō potest † fieri prorogatio de ciuili negotio ad criminale, vel econtra. Sed an possumus facere iudicem eum qui in aliqua causa est delegatus. glos. dicunt ꝙ sic. & pro hoc. j. eo. priuatorum. sed certe. l. illa magis facit cōtra: nam dicit ꝙ nullus preest, sed delegatus nō preest: sed subest cum iudiciario more fungatur. s. de iudic. a iudice. & decretalis est expressa ꝙ non possit extra de offic. & pote. iud. deleg. c. penul.

Tris ordinē. ¶ Cum multis modis sortiatur quis forum, & sortiatur ratione paterne originis quo ad quid: sed tamen glos. videtur dicere ꝙ non in. l. assumptio. quia iam oportet

nos querere &c. sed videtur quod sic, vt.l.libertus.§. in adoptiuo.ff.ad municip.quare potest dici si nepos natus sit viuente auo quod sequitur originem aui: vt nota. arg.ff.de sena.emancipatum.&dicta.l.assumptio.§.fi.& l.si ille.j.de decur.lib.x.Jaco.de are.

Summarium.

1 Si aliquis traxit aduersarium ad extraneum iudicem, ante litem contestatam potest penitere: post contestationem non.

1 In criminali. Dic quod si aliquis traxit aduersarium ad extraneum iudicem, ante litem contestatam potest penitere: quia verba debent accipi cum effectu. & pro hoc.ff.de in ius voc. l.quamuis.sed post litem contestatam non potest penitere, quia iam per tractum est ius quesitum alteri. Jac.

Summarium.

1 Uniuersitas & ciuitas dant iurisdictionem: tamen non habent eius exercitium.

1 Per iniquum. Dic quod vniuersitas dat iurisdictionem: sed non habet exercitium nisi confirmetur per superiorem. Nam ciuitas dat iurisdictionem: sed eam tamen non potest exercere nisi per superiorem fuerit confirmatum, in auth. de defen.ciuita.§.interim. & multo magis quedam professio. Item dic quod licet det iurisdictionem, non tamen merum imperium: quia illud datur a lege: vt de offic.eius cui manda.est iurisdi. l.j.Sed nonne iurisdictio datur a lege. Respondeo sic per electionem illorum de vniuersitate. Jaco.de are.

Ubi conueniatur qui certo loco dare promisit. Rub.

Ubi certo. In glos.ij.in fin. Prima vera secus si non esset appositus locus solutionis, quia tunc locus contractus spectaretur si aliquam moram ibi fecerit contrahens: vt dicta.l.heres absens.§.j. &.§.at si quis.&.§.labeo.& pro hoc facit optime.ff.de arbitr.si cum dies.§.penul. & dicta.l.heres absens.§.vlti. ibi si in prouincia domicilium habuit & cum dicat si ibi non habet domicilium, non conuenitur. Oldra.

Ubi in rem actio exerceri debeat. Rubrica.

Summarium.

1 Si quis dicat se alieno nomine possidere non ei creditur vt sic declinatoriam proponat & habeat terminum ad denunciandum domino.
2 Dicens se alieno nomine possidere & petens eo nomine dilationem ad denunciandum domino: si postea dicat se suo nomine possidere non auditur nisi ante litis contestationem.
3 Emphyteota & fructuarius qui naturaliter possident tenentur rei vendicatione & sic non possunt declinare iudicium.
4 An ciuiliter possidens teneatur rei vendicatione.
5 An per iudicium quod fit contra naturaliter possidentem fiat preiudicium contra ciuiliter possidentem & econuerso.
6 Utilis actio quam habet emphyteota vel vasallus prefertur directe quantum ad ius agendi.
7 Sententia lata contra ciuiliter possidentem, preiudicium parit naturaliter possidenti eo sciente.
8 An per executionem interrumpatur prescriptio.
9 Quid sit summatim cognoscere.
10 Quando actor est missus in possessionem rei debitoris & veniant alij et velint habere commodum ex ea missione, debent ostendere de iure suo.
11 Secundum decretum an interponitur in reali secundum opinionem legistarum & canonistarum.

Si quis alterius.

1 Sed an ex eo ipso quod quis dicit se possidere alieno nomine creditur sibi, vt sic declinet iudicium, & detur sibi terminus ad denunciandum domino. Respon.non, nam detentio sua facit eum obligatum rei vendicationi, & quod pro se tenear de rei vendicatione.l.officium.s.de alie. iud.mut.causa.l.vnica. Item proponit exceptionem declinatoriam, & in except.&c.vt.ff.de probatio.l. in exce
2 ptionibus.de excep.l.ij.ergo probet. Sed quid si dicit se aliquis possidere nomine alieno, data est sibi dilatio ad denunciandum domino, postea vult dicere se possidere nomine proprio an potest. Uidetur quod non quasi contra ius.j.de furt.l.j. Sed dic ante litem contestatam potest, post non.s.de nox.l.electio.§.si is.de interro.act.de etate.
3 §.fi. Super eo autem quod queritur an qui habet ius in re teneatur rei vendicatione, vt est emphyteota & fructuarius. Dic quod secunda sententia est tenenda vt non possit declinare iudicium qui naturaliter possidet: cum possideat sibi naturaliter. & ad hoc facit de contro.feud. inter vasal.c.j. Sed videtur etiam quod non habens ius in re non declinet: vt de rei vend. officium. & depositi.l. bona fides.sed dic istud in immobili, illud in mobili, quia res mobiles facilius possunt celari, & ideo qui non habet ius in re tenetur rei vendicatione, immobiles autem non possunt celari. quando & qui. quar.pars ex bo.l.ij. Hodie dicunt quidam in mobili idem: vt auth. qua in prouincia. ibi vero autem &c. & si est timor sequestrabitur.ff. qui satisd.cog.l.si fideiussor.
4 Super eo autem quod queritur an ciuiliter possidens teneatur rei vendicatione: que questio formatur hic per Accur.&.ff.de rei vend.in rubrica, & in.l.pomponius.§.si is.ff.de vsufru. Credo quod teneatur: nam patet quod ciuilem restituere potest, nam per possessionem quis nanciscitur. Si aliquis emit rem & traditur sibi: vt.ff.de acquir.pos.l.j.in prin.&.ff.de rei vend.l.si ager. Sed si habes proprietatem alius vsumfructum, nonne potes vendere proprietatem & tuam possessionem ciuilem mihi, & sic dominium.ff.vsufruc.quemadmo.caue. l.omnes.§.fi.& idem dicam si per sententiam conuincatur vt teneatur tradere illam ciuilem. & do. Petrus rube.allegabat ad hoc.ff.de fundo dota.l.si fundus. sed illa lex non facit, quia ibi non possidebat dominus aliquo modo etiam ciuiliter. Item probo quod ciuiliter possidens teneatur rei vendi.quia contra ciuiliter possidentem datur actio ad exhibendum.l.iij.§.fin.ergo & rei vendi. vt.ff.de vsufru. l.j.& prealleg.l.iij.ad exhibe. Sed quomodo naturaliter possidens non declinat iudicium, propter hoc quod alius ciuiliter possideat, & ciuiliter possidens declinat iudicium, pro hoc quod dicat alium possidere naturaliter. Sed que
5 ro an per iudicium quod agitur contra naturaliter possidentem fiat preiudicium contra ciuiliter possidentem, & econtra: vt si dominus fuit in causa pro sua ciuili, an preiudicetur emphyteote, vel vasallo? Et certe regula videtur facere quod non, quia res inter alios acta &c. sed consuetudo feudorum allegata videtur facere quod preiudicet. Super hoc videtur posse forte dici, an altero sciente: & tunc sententia preiudicat, an altero ignorante: & tunc non. de re iudi.sepe.§.scientibus.nam qui habet ius in re: vt quia naturaliter possidet, vel etiam ciuiliter potest adesse cause et probare de iure suo.j.de liber.cau.principaliter.ff.de appel.si per lusorio. Alij dicunt aut conuenitur naturaliter possidens: tunc non preiudicat ciuiliter possidenti
6 indistincte: quia emphyteota vel vasallus habet ius agendi & defendendi, imo sua vtilis prefertur directe.ff. si ager vec.l.i. Sed quando conuincitur al's conuenitur vel agit ciuiliter possidens: tunc sententia non preiudicat naturaliter presidenti cum naturaliter presidens habeat maius

beat maius ius in eo, ꝛ tunc dicunt ꝙ aut sciuit naturaliter possidens, ꝛ tunc preiudicatur ei, aut nō, ꝛ non fiat ei preiudicium, vt. d. §. scientibus. ¶ Sed glos. etiam de
7 naturaliter possidente videtur tenere hic† ꝙ si eo sciente fertur sententia cōtra ciuiliter possidentē fiat ei preiudiciū: sed in alio videt̄ idē cū nō possit ꝓhiberi defensio, licet vsus feudorū videat̄ velle contrariū, vt in sum. de rei vend. ꝛ. ff. de rei vēdi. no. ꝙ potest cōueniri rei vēdic. licet
8 hic ponat in dubio. ¶ Sed circa hoc † quod dicit ꝙ prescriptio interrumpatur non videtur bene dictum, cum tantum per contestationē interrumpatur. ff. pro empto. alienam. Ad hoc dicunt quidā ꝙ hic respexit noua iura: sed que fit interruptio per executorem. j. de prescrip. xxx. anno. cum notissimi. in princ. Sed certe si quis velit intueri veritatem ille due leges loquuntur in prescriptione que currit contra negligentem: vt est prescriptio triginta vel quadraginta annorum, cuius negligentia rūpitur eoipso ꝙ citatur aduersarius: quia contra negligētes ꝛc. j. de anna. excep. l. fi. Item non dicit hic ꝙ per solum executorem arctetur, sed dicit quasi lite contestata: quasi dicat ad interrumpendam prescriptionem desideratur contestatio, sed hoc non potuit fieri propter absentiam domini, ꝛ ideo habetur pro contestata vt interrūpatur: ꝛ habetur quasi contestata, quia fuit solicitus in cōueniendo possidētem, ꝛ ille contra meā intentionem differt ꝛ habet dilationem ad denunciandum domino si non specialis veniat nec mittat, quia non stat per me: quo minus litem contester, sed per absentiam: vnde lex fingit quasi contest. ꝛ sic est specialis casus, ꝛ sic non trahendus ad consequentiam: nec dicat quis ꝙ ideo cum quis citatur si non venit sic lis contesta. habeatur: quia id verum est in eo casu quē ponit hec lex. dic ꝙ habeatur pro contest. quo ad interruptionem non quo ad sententiam, quia tunc non seruatur ius in proprietate si ferretur sententia diffinitiua: vt. l. properandum. §. si eo autem. ꝛ ista opinio non est hic, sed in decre. vt lit. non
a contest. quoniam. vbi est textus qui est hic. ¶ Circa id[a]
9 autem † qđ dicit summatim, dic quō fit summatim cognitio. Et quidē dicit Azo per iuramentum calumnie. arg. ff. ad exhiben. l. thesaurus. sed. l. j. de bon. auto. iudi.
10 possi. dicit † ꝙ quando actor est missus in possessionē rei debitoris ꝛ veniant alij ꝛ velint habere cōmodum ex ea missione, debent ostendere de iure suo, ꝛ hoc credo. Nec obst. qđ hic dicitur summatim, quia expono, id est summatim siue extra ordinem, quia tantum cognoscitur de iure presentis, ꝛ nō de iure absentis, quasi dicat, aliquas presumptiones dabit quibus ostendet rem ad se pertinere. Et si querit̄ quid recuperet rediēs. Dic aut agitur reali, aut personali: si reali aut fit missio ante litem contestatam, ꝛ dico ꝙ auditur intra annum solutis expēsis prestita cautione iudicio sisti: vt in. l. si quis emptionis. nisi in casu huius. l. vbi habetur quasi contra. vbi nō auditur de possessione sed de proprietate. Si sit lis contest. vere tunc est factus possessor ille qui missus est. j. quomo. ꝛ quan. iud. consentaneum. Si lata sit diffinitiua sententia: tunc est exclusum omne ius ei: vt de iudic. properandum. §. sin autem reus. hec in rei ven. ¶ Quid in hypothecaria dicunt quidam idem qđ lit. contesta. vel quasi audiatur tantum de proprietate: quia pignoris ꝛc. j. de pigno. pignoris. ¶ Sed hoc videtur mirū: nam quare debet probare de proprietate cum ego confiteor suam: nam pignus manet in bonis debitoris. j. de pigno. act. pignus. Unde videtur mirum si dicimus eum audiri de ꝓprietate: nam possidet nomine debitoris. ff. de vsucapio. l. pignori. Ad hoc sic dic: si non sit lis contest. tunc oblatis expensis recuperat possessionem intra annum, post annum non recuperat nisi probet indebitum, vel ꝙ res non erat obligata: ꝛ ita auditur de proprietate. l. de iure pignoris. Si vero sit lis contest. auditur de proprietate, id est de iure pignoris: si probauerit indebitum vel rem non esse obligatam si erat debitor qui conueniebatur hypothecaria: secus si alius extraneus, nam tūc ipse debet probare de vera proprietate si velit sibi restitui possessionem. Si vero fuerit lata diffinitiua sententia: tunc non auditur aliquo modo, vt dicta. l. properan

dum. §. sin autem reus. Si vero agit personali, tunc non efficitur quis possessor per id quod mittatur in possessionem. ff. ex quibus causis in posses. eatur. l. cum legati. vti possi. si duo. §. creditores. nisi in casu qui ponitur. ff. vt leg. no. cauea. postꝗ. §. j. Sed quando missus efficitur possessor vsqꝫ ad quod tempus auditur. Respondeo in reali vsqꝫ ad decē annos vel viginti dicit gl. sed in personali vbi fit possessor auditur alter de proprietate vsqꝫ
11 ad triginta annos. Sed an secundū † decretum interponitur in reali: dic ꝙ non. Decretaliste dicunt ꝙ ex voluntate potest interponi. extra de eo qui mit. in posses. cau. rei seruan. ca. j. ꝛ non ex necessitate. extra de dolo ꝛ contu. contigit. Doctores nostri dicunt ꝙ non interponitur ꝛ assignāt talem rationem: q2 per secundū decretum applicatur dominium. de dam. infec. l. si finita. §. iulianus. ergo in rei vendi. non potest habere locum: quia qui agi dicit se dominū: si ergo peteret per secūdū decretum applicari sibi dominium esset contrarius sibiipsi: quia ꝙ meum est ꝛc. institu. de leg. §. si rem. ¶ Sed certe fateor ꝙ qui mittitur in possessionē ex secundo decreto ex causa dam. infec. efficitur dominus, sed non est ita in quolibet: nam in quibusdam actionibus primo. l. in primo decreto potest dici ꝙ fiat custos, per secundum possessor, nam missiones habent illum effectum vt edicta dicunt: nam in noxali qui mittit̄ ex scđo decreto efficitur dn̄s. ff. si ex noxa. cau. aga. l. ij. de noxa. electio. Item qui mittitur per. d. l. postꝗ. fit statim possessor. Item qn̄ mittitur ex cau. dā. infec. per primū efficitur custos per secūdum dn̄s. Si alter erat dn̄s vel parat̄ sibi causa vsucap. in personali non effici dn̄s sed custos: ꝛ quādocūqꝫ veniat alter ꝛ velit subire iudiciū recuperat possessionem si ideo missus erat, q2 alter nō veniebat, secus si ideo q2 nō satisfaciebat, q2 tunc nō discedit quousqꝫ sibi satisfiat: vt in pos. leg. is cui. §. imperator. quare potest dici ꝙ illa sit ratio quare in reali nō interponunt̄, q2 post per lapsum anni efficit̄ quis possessor sicut efficit̄ per secūdū decretū, ergo nō est necessariū: tamē si quis velit petere ꝙ interponat̄ bene audit̄ ꝛ decernet̄ possessor per secundū decretū ꝛ nō poterit ab eo auocari nisi iudiciario ordine. Jaco.

a ¶ Dic ꝙ vbi agit̄ petitorio sit plena cognitio, vbi possesso. sufficit summaria vt no. xxv. q. v. Judicantē. ꝛ B vt in possessorio agitur de mittēdo in possess. cā rei seruāde: vt ex̄ vt lite non contest. qn̄ frequenter. in fi.

¶ De inofficioso testamento. Rubrica.

Si mater filijs. ¶ Sed nūquid corrigitur hec lex per auf. ex causa. vt legata debeantur etiam vbi non potuit mutare: cum illa loquatur de preteritione facta a matre. Et dicunt quidam ꝙ sic: sed certe loquitur in iam natis, ꝛ imputat omissionē cause que non potest cadere in posthumo. Unde preteritus a matre aget querela ꝛ non prestabit legata: posthumus a patre dicet ipso iure nec legata prestabit. Jaco.

Authentica.

Nouissima. ¶ Hodie debet iure institutionis: sed que est ratio. Respon. ratio redditur, de leg. prestan. filium. Item dic ꝙ sit opus in quota instituti. in auf. vt cum de appel. cog. §. ꝛ hoc disponimus. ꝛ. l. gallus. §. in omnibus. ff. de lib. ꝛ posth. ꝛ si nō sufficit aget ad supplementū. j. e. l. omnimodo. ꝛ in auf. vt cum de app. cog. §. illud quoqꝫ. Jaco. de are.

Summarium.

1 Qui dixit sententiam nullam ꝛ succubuit ꝛ postea vult appellare, an sit audiendus.
2 Si quis habuit terminū ad proponendum omnes exceptiones, an possit alias post tempus proponere.

1 Contra maiores. ¶ Ex hac. l. probatur ꝙ † qui dixit sententiam nullam et succubuit ꝛ vult postea appellare erit audien

dus, quasi non cucurrerit ei tempus appellationis interposite. Et per solutionem contrarij quam facit glos.
2 de.§.qui autem.instituf.de excusa.tuto.colligitur ꝙ † si quis habuit terminum ad proponendum omnes exceptiones, an possit alias post tempus proponere. ⁊ dicit aut erant contrarie: ⁊ tunc non potuit eas simul proponere, ⁊ non imputatur nec cōputatur tempus. Si vero non sunt contrarie in omnibus computatur tempus ⁊ amplius nō auditur.arg.dicti.§. ¶ Quod ergo dicitur nemo prohibetur pluribꝰ exceptionibus ⁊c.ff.de excep. nemo.verum est si non eodem tempore proponat contrarias: sed per decre.pastoralis.datur ei consiliū vt eas proponat sub conditione. Jaco.

Filijs matrem. ¶ Dic ꝙ quādo mater instituit filios heredes sub cōditione emācipationis, q̄ suspicabit̄ de patre ꝙ si pater emancipet non erit tutor filiorū, de tuto.⁊ cura.da.scire oportet. Sed quid si pater nunq̄ emancipet ⁊ moriunt̄. Respondeo si habuerūt substitutum, tunc substitutus admittatur, al's dicunt quidam ꝙ heredes erūt matris ab intestato: quia cū sint in articulo mortis nō possunt vlterius emancipari, ⁊ sic succedunt ab intesta. per.l.de condi.institu.l.fina. Sed certe illa loquitur in suo qui est heres ⁊ ignarus, sed non sic in matre: vnde dico qđ ad consanguineos vxoris veniet hereditas. Jaco.de are.

Summarium.

1 ☞ Si testis deponat ꝙ Titius possidet sunt plusq̄ triginta anni, quomodo veniet intelligendum illud plus.
2 Dictum testis debet esse clarum ⁊ certum.
3 Qui iurat quodāmodo videtur testis in causa sua.
4 Testis deponēs aliquem esse deceptum vltra dimidiam iusti pretij, non habet necesse dicere de quātitate.

Si quis in suo. ¶ Cum minuscula hic
1 appelletur quarta, colligitur arg. † ad testes qui dicūt tātum tempus est ⁊ plusq̄ triginta anni: vtputa possedit.xv.an.⁊ plus qūo intelligit̄ illud plus, scil3 quarta totius, ⁊ sic.xx.⁊ sic probatum debet probari: nam lex dicit ꝙ prolatio plus ad minusculam quantitatē refertur. de ver.sig.hec adiectio. Sed certe
2 non credo. Nam dictū † testis debet esse certum, vt in.l. male.⁊ clarū, vt in.l.si quo tpe.ff.de peti.here.hac inutili adiectione reiecta, vt in.l.j.ff.de verb.oblig.⁊.l.hec adiectio. ⁊ hic loquitur in legali dicto. Item merum, quia sicut appellatione filij a lege continentur nepotes: aliud si ab homine, imo dicūt per hoc nō adijci tempus: nam
3 qui iurat † quodāmodo videtur testis in causa sua.arg. de fideicōmis.l.si.qui si adijciat plus nihil operatur adiectio.de in lit.iuran.l.cum furti. Jaco. ¶ Additio. (Et vide circa hoc que not.per Guil.de cug.ff.si quis cau.l. ⁊ si post tres. Imo videtur ꝙ vbi requiritur ꝓbatio ex-
4 cessiua † quātitatis, vt ꝙ quis sit deceptus vltra dimidiam iusti pretij sufficit probatio testis deponētis ꝙ res valebat vltra, l3 non deponant de quātitate vltra. ar.c. cum causam.extra de testib.⁊ ca.cum causam.extra de emp.⁊ vendi.)

Summarium.

1 ☞ Ingratitudo filij morte non expirat: hinc videtur argumentum ꝙ noceat nepotibus.
2 De fidelitate testis agitur post mortem per modum exceptionis, vt nume.3.

1 **Si quis filium.** ¶ No. † agi de ingratitudine post mortem filij, sic dicam de fideli-
2 tate testis † posse agi post mortem.j.de testi. l.fina.de adulte.l.penult. Nec obstat ꝙ morte rei finitur crimen: quia respondeo verum est vbi queritur de pe-
3 na † testi imponenda, sed per modum exceptionis potest queri post mortem.ad quod.s.vbi cause fisca.l.non defense. Jaco.de are.

Summarium.

1 ☞ Qui liberam obtinuit testamenti factionem nō potest filium exheredare.

1 **Si quando.** ¶ Sed nunqd † qui impetrauerit liberā testamenti factionem poterit filium exheredare? Dic ꝙ nō, quia nō est nostri moris ⁊c. vt.j.de emancip.l.nec auus. vbi hoc exprimat et dicat non obst.l.auus. Jaco.de are.

Summarium.

1 ☞ Si filius habuit in partem tantū quātum valet sua legitima, non potest querelare testamentum.

1 **Et generaliter.** ¶ Ex hoc.§.colligitur ꝙ † qui habuit in partem tantum quātum est sua legitima non poterit conqueri: licet pater de eo nihil dicat in testamento; ⁊ si minus est agit ad supplementum. Nisi forte vis dicere hoc hodie correctum, cum debeat habere iure institutionis. Sed posset responderi ꝙ non corrigitur: ⁊ loquitur eo casu quando pater habebat necesse aliquid filio relinquere: sed hic non tenebatur relinquere, ex quo in partem concessit sibi suam legitimam: tutius tamen est ꝙ in aliquo instituatur, ⁊ ipse postea cōputabit in quartam qđ datum sibi est in partem. Jaco.de are.

Summarium.

1 ☞ Falcidia minuitur per debitum bonorum subsidium.
2 An dos data pro filia cōputabitur ei in legitimam.

1 **Símus.** ¶ Queritur an † falcidia minuatur per debitū bonorum subsidium. Dic ꝙ sic, quia est vt es alienum.§.si quis impubes.in auf.de hered.⁊ fal.§.si quis autem non implens. Sed an cum de-
2 beat † fieri repletio ex ipsa substantia patris: nunquid dos data pro filia computabitur? Uidetur ꝙ non, quia dos processit a bonis patris.de dot.colla.l.fina.ad legē falcid.pater. Sed credo ꝙ dos debet fieri de substantia testatoris que nunc est in hereditate, vel que al's fuit defuncti ⁊ protracta est ad alium: vt.s.eod. quoniam nouella. Jacob.de arena.

¶ De petitione hereditatis. Rubrica.

Si post motam. ¶ Qui ante factum. Dic debet probare: vt hic, ⁊.j.de probatio.l.matrem.de episco.audi.l.⁊ si legibus. Econtra petitor videtur debere probare, quia petitoris est probare.j. de proba.l.actor.⁊ qđ hic dicit dic ꝙ ꝓbat eoipso ꝙ contrarium non probatur: vt.j.qui manu.non pos.l.super seruis.nam presumitur bona fides in habēte si nō apparet de mala.j.de prescrip.long.tempo.l.si longi.⁊.l.emptor. Jacob.de are.

Liber ante omnia. ¶ Dic ante omnia, id est ante litem cōtestatam: nam cum agitur de hereditate ⁊ dicitur ꝙ non est hereditas, primo querendum est an habuit testamenti

stamenti factionem.ff.de testa.l.si queramus.de iur. codicil.l.quidã re. Alij dicũt anteq̃ feratur sentẽtia diffinitiua, ⁊ nõ ꝓnunciat̃ de libertate nisi per consequentiã.j. de ordi.cog.l.ij.s.de ordi.iud.l.j. Uel dic si in modũ dilatorie opponatur habeat locum prima opinio: si vero in modum peremptorie tunc secũda. Jac.de are.

Summarium.

1 Ei qui dicit incumbit onus probandi.
2 Qui mentitur de titulo possidet pro predone.
3 Ante iudicium nemo cogitur de iure suo docere.

1 Cogi possessorẽ. ¶ Sed an † qui dicit se emisse, debet hoc probare. Respon.sic, al's videtur per mendacium dicere. de interrog.
2 actio.l.qui interrogatur.nam † qui finxit titulum, possidet pro predone.ff.si omi.cau.testa.l.j.§. non queramus. Si dicit ante litem contestatam quomodo hoc fiet: cum
3 nemo † cogatur ante iudicium de iure suo docere. de interro.actio.l.j. ¶ Respon.illud regulariter, ⁊ in his que pertinent ad peremptionem litis, sed per istud non perimitur intẽtio petitoris sed differtur: qd pꝫ q2 oportet q̃ petatur rei vendica. vnde est dilatoria, ⁊ super dilatoria debet pronunciari ante litis contestationẽ.s.de procur. l.ita demum. ¶ Sed an deberent fieri iste interrogationes per libellum. Respondeo non, vt not.de interrog.actio.in rubr.imo officio iudicis expeditur. Sed quando dicit do. Accur.in summa huius tituli: composito libello in petitione hereditatis ne frustra interrogetur, vnde debeo habere libellum ⁊ iudici offerre non aduersario, ⁊ tunc iudex de hoc queret. Sed quid si non curaui facere interrogari in princip.sed litem sum contesta.ipse vero probat ⁊ allegat titulũ an succumbam. Uidetur q̃ sic: quia ante lit.contesta. debui eam opponere quia dilatoria.j.de probat̃.exceptionem. sed illa loquitur in dilatoria solutionis non in dilatoria iudiciorum: nam tũc debet opponi ante lit.contesta.sicut declinatoria si tamẽ sciat eam sibi competere.j.de exceptio.l.fina. Sed si post litem contestatam incipit habere titu.ante allegat. Et dicunt quidam aut fuit bona fide, ⁊ tunc prodest ei, aut mala, ⁊ tunc non.arg.ff.de vsucapio.non solum.§.quod vulgo. Econtra qd non allegat: quia ab exordio fuit suppositus petitione hereditatis.s.l.ij.ff.eod.l.si rem ⁊ pretium. Jacob.de are.

¶ De rei vendicatione. Rubrica.

Quoties. ¶ Sed qualiter ꝓbat possessor vbi dicit probaueris imo actor. Respondeo actor probat q̃ prius emerat ⁊ q̃ res sibi tradita fuerat ⁊ sic propter prioritatem contractus presumebat̃ sibi rem ante traditam nisi possessor contra probet. Jaco.

Si fundum. ¶ Sed qualiter probatur de perceptione fructuum. Dicunt quidam, probatur q̃ ager fuit cultus ⁊ tantum communiter consueuit prestare.arg.ff.de lega.j.l.si fundum.⁊ de reb.cre. l.si fundum. Sed certe licet talis probatio admittatur in partibus nostris, non credo probabilem seu sufficientem, sed presumptionem facit: nam potest esse contra ⁊ non probat hoc esse ⁊c.j.de probat̃.neq3 natales.j.vnde cogna.l.non hoc querendum.sed credo debere probari quantũ recepit, vt hic dicit̃: vel potest dici fieri ſm pretiũ rei, quia econtra ex quantitate fructuum consideratur pretium.ff.de lega.j.l.si fundũ per fideicõmis.⁊ in aut.de non alie.§.qd autem.in fi. Jaco.de are.

Indicia. ¶ Licet hic ponatur rei indicium pro vera probatione: tamen exemplum est de indicio tali. Nam indicium est, si vẽdidisti mihi rem ⁊ te sciente ⁊ te patiente fuero in possessionem: probato hoc, satis probatur de traditione. Item si soluo tibi pensionem pro aliquo fundo: indicium est qd a te habeam.j.de agric.⁊ censi.l.litibus. Jacob.de arena.

Certum. ¶ Sed an bone fidei possessor tenetur de percipiẽdis post litem contestatam. Potest dici si careat titulo teneatur, al's non: nam equiparatur male fidei possessori.pro hoc facit.ff.de petit.here. l.sed si hac lege.§.cum motam. Jaco.de are.

¶ De seruitute ⁊ aqua. Rubrica.

Summarium.

1 Que necessaria sunt ad hoc vt quis prescribat seruitutem.
2 Quelibet res sui natura p̃sumitur libera nisi appareat contrarium.
3 In prescriptione seruitutis non debet probari titulus nec causa.

Si quas actiones. ¶ Exponitur vi vel clam ibi glos.sed non bene vt mihi videtur: sed non debemus dicere vi, vt si cõtra denunciationem: clam, quando sciuit se prohiberi, vel scire debuit: vt.ff.de regu.iuris.l.quo tutela.§.in factum. qd vi aut clam.l.j.§.j. et.l.prohibere.§. fina. Sed
1 dic † q̃ ad hoc vt quis prescribat seruitutẽ, oportet q̃ sit dominus rei cui acquirit. Item q̃ ille contra quem prescribitur sit dominus, nam non dominus non querit.ff. cõmu.pred.l.j.⁊ hinc est q̃ socius rei cõmuni non potest querere.ff.de seruitu.vrb.pred.l.si vnus. vnde sicut per pactum non potest querere nec alter constituere, ita nec prescribere: licet sit arg.contra. quia aliquid potest fieri tempore qd non pacto.ff.de seruitu.vrb.predi.l.sed ⁊ si inter me ⁊ te.de diuer.⁊ temp.prescri.l.si longius.debet etiam inter alia habere bonam fidem prescribens. Sed an presumatur bona fides: videtur quod sic.s.de rei vendica.l.domum.in princi.⁊ hoc ideo quia bona fides habetur ex ignorantia que presumitur. de probat̃.versus. ¶ Item ille asserit qui dicit alium vel clam vel precario possidere, ergo debet probare.ff.de probatio.l.ei in
2 cumbit. Econtra q̃ non, † quia quilibet debet scire rem quamlibet liberam nisi contra appareat: quia sui natura quelibet res est libera nisi probetur serua.j.eod.alterius.⁊.l.si tibi. ⁊ cum sciat alienam debet scire q̃ non competit sibi ius faciendi in ea aliquid: nam in rebus alienis ⁊c.s.de pactis.l.fina.ergo si facit mala fide facit. nam qd suum non est ⁊c. vnde vi.l.fina.de vsucapio.l.sequitur. quasi ipse qui dicit. nam clam possidet ⁊c.ff.de acquiren.possess.l.nam possidere.in princip.si ergo sine causa vtor, videor habere malam fidem nisi probetur causa. ¶ Quid dicemus, si tenes secundam opinionem
3 videris male dicere: quia † in prescriptione seruitutis non debet probari titu.ff.de seruitutibus.l.si quis diuturno.⁊ de aqua plu.arcend.l.fina. Si non debet probari titu.ergo nec causa: ergo presumitur bona fides, nisi contra probetur. Sed si tenes primam qd presumitur bona fides contraria est glos.que est.ff.de itinere actuq3 priua.l.j.§.ij. vbi dicit, q̃ debet probare qd nec vi, nec clam, non precario possedit.⁊ dicit ibi glos.q̃ debet probare q̃ emerit a tali. Sed si hoc probat, ergo probat titulum. dico ergo ⁊ credo q̃ debet dicere quod credit seruitutem deberi non titulum: vt dictis legibus, ⁊ quẽadmodum seruitus amittatur. l.seruitute. cum similibus. Sed dicas, quomodo probat q̃ credit seruitutem deberi. Dicunt quidã, q̃ per iuramentum.argumen. de his qui ad eccle.confug.l.presenti. Ego credo q̃ debet probare qd actor suus vel alius fidedignus dixerat qd seruitus debebatur: qd quidem nõ est probare titulum sed

errorem, et sic ostendo bonam fidem. Sed si hoc non probetur, vel necesse est ꝙ habeat malam fidem, vel ꝙ errauit in iure: & si errauit in iure vsucapio non procedit. de vsucapio. l. nunꝗ. imo in prescriptione hic habentur paria, scire & scire debere. pro emptore. l. qui fundum. §. ij. Sed in prescriptione libertatis presumo bonam fidem: quia debuit credere rem talem esse, vt de natura debet esse. Item dic ꝙ in pscriptione seruitutis vt oportet qd aliquid fiat, puta dum vicinus vult eleuare, et ego denuncio sibi ne faciat: dicens me habere seruitutē, & ipse desistit ab opere, incipio prescribere ab eo tēpore seruitutē. ita dicit glos. nostra, sed lex nō allegatur, sed potest allegari: quia denunciatio facit aliquem possidere qui ante non possidebat. ff. de acquir. posses. l. possideri. §. si seruus. de vsucapio. l. si is qui pro emptore. l. j. §. si seruus. et ẜm hoc. quorum lega. l. j. §. queritur. Alij dicunt ꝙ prescribitur si fenestras habeā altiores domus mee & ille aperiuntur versus domū tuam. Jaco.

a ¶ De hoc hic no. ꝑ Ja. de butr. & .j. de pba. l. sciāt. per Jac. de are. & not. ex̄ de maio. et obed. c. cum in ecclesijs. vbi d hoc. et etiā ꝑ Inn. et ꝑ Archi. ij. q. vij. c. plerūq3. ad hoc not. ex̄ de iureiuran. c. cū impositionibus. lib. vj. & de verb. sig. c. j. e. li. & fuit hec q̄stio ꝑ Jo. and. publice disputata: & quod not. in ca. cū i ecclesijs. est verū ẜm In. Hos. Cy. et Jac. de are. & illud quod not. de iure cano. est verum. & vide qd no. in spe. de accusa. ꝟ. qd si accusatus. & facit. l. in senat⁹. ff. ad turpil.

Summarium.

1 ☞ Si quis molendinum fecerit alter faciendo nō potest ei preiudicium afferre.

1 SI manifeste. ¶ Ad questionem † que fit hic de molendino sic potest dici, ꝙ non possit alter secundo faciens, deteriorem conditionem meam facere: quia mihi fuit licitum. ff. de flumini. l. quo minus. si duxi per hoc ego habeo ius ducendi, & sic duco licite: si vis aliquid facere ad remotionem iuris mei non potes. ff. ne quid in flumine publi. l. j. §. sunt qui putant. pro hoc de aqua quoti. & estiua. l. hoc iure. §. ex flumine. de serui. rusti. predio. l. imperatores. in fi. & sic nō liceret superiori facere molendinū per qd auertatur aqua que venit ad meum. pro hoc. ff. de diuer. & tempo. prescrip. l. si quisꝙ. Econtra videtur ꝙ possit: quia tantum ius habet ad obtinendum quantum alter ad prohibendum, quia est in publicum. ff. ne quid in loco publi. l. ij. Item. l. quo minus. facit pro hoc licet allega. fuerit in contrarium. Item pro hoc hec. l. cum concor. hic positis. Item pro hoc de vsucap. l. fina. que contradicit. l. si quisꝙ. s. allegate. quare videtur ꝙ possit facere molendinum. Quid ergo dicemus? certe credo ꝙ si primus facit licite: secundus non possit facere propter quod impediatur primus. Si vero non fecit licite secundus poterit impedire eum faciendo aliud. ff. ne quid in loco pub. l. ij. §. si quid in publico. sicut & alleg. ff. de acquirē. rerum do. l. ꝗuis ꝙ in littore. & de ope. no. nun. l. j. §. nūciamus. & l. si quisꝙ. loquitur quando erat in possessione: cōtraria. j. de vsucap. loquit quādo desierat possidere. Jaco. & hanc distinctionem hic approbat Cy.

¶ Ad legem aquiliam. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ An & quando habeat locum rei iudicate exceptio.

EX morte ancille. ¶ In questione que fit in gl. allegatur lex de excep. rei iudi. l. si quis cum totū. §. plane. potest allegari & alia ratio: † q2
1 ad hoc vt habeat locū exceptio rei iudicate, oportet inter alia ꝙ agatur ad idem, sed cum modo agatur ad aliud merito exceptio rei iudicate non poterit obstare. Jaco. de are.

Summarium.

1 ☞ An maleficia possint probari per instrumenta.

COntra negantem. ¶ Dicit glos. probetur per testes vel instru-
1 menta. ex hoc † qd dicit instrumenta, videtur ꝙ maleficiū possit probari per instrumenta. ad quod. j. quorū appel. l. obseruare. Sed certe hoc nō obstat: nam damnum dicitur ab ademptiōe patrimonij. ff. de dam. infec. l. ij. Nam licet probetur ꝙ inciderit arbores, non propter hoc probatur damnum meum: sed oportet me probare ꝙ arbores erāt mee, & hoc probo per instrumēta, sed instrumentum non probat de delicto sed qd res fuerit mea: & ita potest intelligi qd hic dicitur de instrumentis. Alij dicunt ꝙ maleficia possunt probari per instrumenta: sed certe instrumenta habent fieri de consensu partium, nisi sint instrumenta denūciationum. ff. pro
a derelic. l. fina.[a] Jaco. de are.

¶ Familie herciscunde. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Filius an viuo patre dotē vxoris possit familie herciscunde iudicio percipere mortua vxore.

VXor tua si mortuo. ¶ Quid si viuo, scilicet moriatur vxor.
1 Respondeo † tunc datur actio familie herciscunde ad dotem percipiendam. ff. eo. l. si filia. §. ij. Sed quid si dos debet ex pacto vel ex lege municipali remanere: certe tunc veniet. ff. eo. heredes. §. fina. j. eod. l. si certum. licet soluatur matrimonium in vita patris, sed hic & in alijs rebus nō fuit pactū de lucrādo. Sed quero: pone ꝙ duo plaustra in strata sibi obuiant, qd alteri cedet. Respondeo potest dici sorte debere dirimi. argu. j. cōmu. de lega. l. fin. cum similibus. vel dic locum esse gratificandi per iudicem ad quem incontinenti decurrent. argu. ff. de relig. l. fina. vel dic tertio, & hoc de cōsuetudine obtinet vt is currus cedat q sine minori incōmodo perit. arg. ff. de euict. in creditore. j. de anno. & tribu. l. qd locus. lib. x. Jaco. de are.

Summarium.

1 ☞ Ubi nullū est testm̄, ibi nulla est heredis institutio.

QUoties. ¶ Quod hic dicit in gl. sed sic dico in prin. Ego intelligo quādo inter filios testat: sed si inter extraneos & diuidat omnia bona inter eos non videtur tunc aliqua institutio, & sic non valet testa-
1 mentum: quia † nullum est testamentum in quo non est heredis institutio. de ijs que in testa. delen. l. proxi. nam licet dicat testator: talis habet talem rem, nō pro hoc videtur heredem instituere. Sed nōne al's dicitur si quis dicat: relinquo bona mea videt testatus, sic vbi omnia relinquit: hic loquitur quādo singulis cetera predia reliquit, & sic res diuidendo. Jac. de are.

FIlij patris. ¶ In prima parte. l. filij fuerunt instituti in quota, vbi si filius habeat legitimā non conqueretur: si non habeat legitimā habet querelam ẜm iura antiqua ante. l. omnimodo. At quando equaliter instituūtur: sed vni reliquūtur maiora ꝙ alteri, qui habet minus non cōqueritur de inofficioso sed detrahit a coheredibus ꝙ habeat legitimam: vt hic in fi. et de here. insti. ex facto. Jaco.

Summarium.

1 ☞ Donatio iudicatur ẜm donantis animum et meritum donatarij.

Filie. ¶ Dici potest ꝙ quando pater emit aliquid nomine filij, aut res fuit tradita filio: ⁊ tunc obst. qd hic dicitur: sed si non sit tradita filio, sed patri: tunc videtur notare tantū adiectum in instrumento, ⁊ non facta donatio. j. si quis alte. vel sibi sub alte. no. l. ij. j. de castren. pecul. l. quisquis. lib. xij. ¶ Quod autem de liberis dicitur hic in glos. obst. ad id quod not. j. de colla. auf. ex testamento. vbi dicitur aliorum datorum ⁊c. Sed ipsi dicunt ob causam nō simpliciter: nam donata simpliciter non conferunt. de collat. illud. Sed certe † illud admittitur cum pater habuit donandi animū qui presumitur ex merito liberorum ⁊ facultatibus. ff. de donat. inter virum ⁊ vxo. l. vtrū. de leg. iij. si filie. Jaco. de are.

Summarium.

1 ☞ An in donatione facta a testatore habeat locum euictio.

1 Si cogitatione. ¶ Quod hic † dicit ꝙ donatione facta a testatore non agitur de euictione. contra. videt: quia hic fuit mutua traditio, licet eam testator ita disposuerit: tamen iudex se interponit cū mutue traditiones interuenerint, ⁊ sic fit quedam permutatio: ⁊ ideo habet locū familie herciscunde iudiciū: vt hic fuit, ⁊ re euicta videtur agi debere prescriptis verbis. Non ob. §. euictis. qr ibi contendit de prelegatis, ⁊ ita de lucro: secus quando contendunt de dāno, ⁊ hoc indicat. §. euictis. in secūdo dicto. ⁊ ad hoc ff. e. si pater. que precedit. l. Pomponius philadelphus. ⁊ sic videtur ꝙ omni diuisione facta a testatore de euictione agatur ⁊ habeat locum actio prescriptis verbis. ⁊ hec est humanior sententia. Jaco. de are.

Summarium.

1 ☞ Jure stricto filius potest habere legitimā suam in qualibet re hereditaria, secus de equitate.
2 An in vna re possit retineri falcidia.

Filius quem. ¶ Non placet opinio Joan. qr non debet computare nisi in quartam hereditarie fundi: ⁊ hoc innuit glos. ibi: sicuti si aliqua grauauatus esset dare. ¶ In ead. l. filium. in glos.
1 percepit. ibi: in vna re. cum queritur † vtrum possit filius habere legitimam suam in qualibet re hereditaria. Dic ꝙ sic de stricto iure: vt. j. de pec. l. iij. de equitate vero nō: quia si sunt duo fratres, ⁊ vnus petat legitimam suam in qualibet re, consulitur alteri fratri per viam iuris ꝙ debeat prouocare fratrem suum ad iudiciū ⁊ agere familiariter, ⁊ iudex assignabit sibi in vna re tantum partem suam, qui iudex non posset commode in qualibet re
2 sibi assignare. ⁊ sic intelligit lex ista. Oldra. ¶ Circa † id qd dicit, an in vna re possit retineri falcidia: dic ꝙ illud per gl. nō bene determinat, ⁊ dic ꝙ interdū plura relinquūtur pluribus, interdū plura vni, interdum relinquitur fideicōmissum vniuersaliter vni. Si plura pluribus de omnibus est defalcandū. insti. ad. l. falc. §. fi. ad. l. falci. in quantitate. ⁊ sic. j. ad leg. falcid. l. ij. ⁊ l. in imponenda. Hinc est ꝙ si sit vnum in quo falcidia non exercetur, nō per hoc magis grauantur alij: sed illud reputatur tanꝙ es alienum ⁊ detrahitur. ff. ad. l. falc. l. si post missionem. ⁊ l. si miles. ⁊ l. seq. Si vero plura relinquunt vni aut pluribus est defalcabile, ⁊ tunc falci. pro indiuiso resecat de quolibet vt quarta remaneat in hereditate, ⁊ in qualibet re habeat heres quartam. ff. ad legē falci. plautius. j. ad legem falcid. l. pe. sed licet pro indiuiso resecat, tamen iudex habet separare hanc communionem ⁊ videre quid vtriqꝫ expediat, non autem assignet in qualibet tertia, nam odium est inter eos ꝙ iudex perimit qui cognoscet de cōmuni diuidūdo actione nam in communi diuidūdo ita obtinet quia diuidit que sunt cōmunia. j. commu. diui. ad officiū. Item quia iudicem sequi oportet. C. commu. diui. iudic. j. quan. ⁊ quib. quar. pars debetur. l. ij. vbi dicit debere diuidi ingressum non per medium in qualibet re. ⁊ sic loquitur. l. pater. que sequit. l. amplius. de lega. j. Et ad hoc est arg. ꝙ in certa re habeatur falcidia. ff. ad leg. falci. l. si fundus legetur. si aliud sit non defalcabile, tunc defalcabile subit falcidiā vtriusqꝫ: vt de lega. ij. si duobus. ⁊ ad leg. falci. sed si non seruus. Si vero relinquatur fideicōmissum vniuersaliter vni hec pro indiuiso habet quartam, ⁊ est communio inter eos. ⁊ sic loquitur ad trebell. l. deducta. sed hec cōmunio est perimenda. Et cum hic tractatur de diuisione per familie herciscunde iudicium habet dirimere iudex: prout melius videbitur sibi ⁊ diuidat tanꝙ inter coheredes et tanꝙ inter heredem et fideicommissarium: nam habet dirimere cōmunionem: vnde potest pro quarta fundum assignare heredi, ⁊ sic potest solui, quia pro indiuiso competit de singulis rebus quarta sed diuisio non fit de singulis quando debentur eidem siue debeatur iure institutiōis, siue iure trebellianice, vt hic. ¶ Item scias qd hec lex intelligitur quatuor modis. Uno modo ſm antiquos. Alio modo ſm Jo. Alio modo ſm Azo. qui intellectus ponunt hic in gl. vt computet datum a coheredibus ⁊ hereditariā fundi portionē, ⁊ qd deest detrahat de hereditate. Alio modo legitur ſm eundem vt computet residuum in toto fundo ⁊ hic intellectus ponitur in summa hoc titu. ⁊ illum intellectum approbat. argu. l. nesennius. in fine. ff. ad leg. falcid. ⁊ l. antepenulti. vbi si duo sint heredes ⁊ vni prelegata sint quinqꝫ: alijs alia decem si ille cui legata sunt quinqꝫ velit ea petere tenetur cauere de non vtendo falcidia in decem si non vult cauere non petet sua quinqꝫ et de decem poterit defalcare. ¶ Sed contra hunc intellectum est ad trebel. l. deducta. §. numis. ibi, diuersa ⁊c. sed potest responderi quod illud diuersa refertur ad principium legis. Non obst. hec lex vbi fuit rogatus extraneis restituere, ⁊ sic rogatus extraneis restituere debet computare tantum hereditariam partem quando contra voluntatē defuncti vtitur falcidia: vt ad legē falcid. l. titia. Sed quando coheredi rogatur restituere: tunc cōputat totum prelegatum. Nec obstat hec lex, quia ipse potest respondere qd hic loquitur quando etiam ipsi extranei fuerint instituti. Sed certe. l. nesennius. ⁊ l. antepenulti. non videtur facere pro Azo. quia ibi dicit, aut non vult cauere: et tunc non petit suum prelegatum: ⁊ vtitur falcidia. Aut cauit, ⁊ tunc nō vtitur falcidia quia remansit: sed si iam solutum est legatum sine cautione ꝙ non possit defalcare aliud maius cum petitur ab eo non dicitur ibi, ⁊ si vult dicere ꝙ solum errore iuris similiter non repetet: vt. ff. de iuris ⁊ facti ignoran. l. cum quis. Sed potest defendi ꝙ hic erat in finibus ⁊ nihil erat solutum: adhuc dicebat fideicommissarius existitit conditio fideicomissi solue mihi: dicebat alter, etiā debeo habere quartam: certe iudex respiciet ius vniuscuiusqꝫ faciendo cōputari in quarta tam decem data ab heredibus, ꝙ hereditariam portionem predij, et residuum computari faciet in eodem predio: nam cum coheres est, fideicomissum non est extra quartam quod ab heredibus capitur. Jaco. de arena.

¶ Ad exhibendum. Rubrica.

Si res. ¶ Per hanc legem ⁊ ff. de cōdic. cau. data. l. si extraneus. ⁊ s. de diuer. rescrip. l. libellū. ⁊ j. quorum appel. non recipi. l. ij. cum his que ibi not. dicit do. Dy. qd quāuis dicatur. ff. de iudicijs. l. cum pretor. ⁊ ff. de procura. si maritus. ꝙ vnius inclusio est alterius exclusio: ceterorum tamen non intelliguntur excluse partes. Jacob. de arena.

¶ Explicit liber tertius.

Incipit liber quartus.

De rebus creditis, ⁊ de iureiurando. Rubrica.

Summarium.

1 Tria que concurrunt ad hoc vt actori deferatur iuramētum, quibus nō interuenientibus defertur reo.

1 **IN bone fid.** Dic† ꝙ quādo tria cōcurrūt defertur actori, al's reo. Primū est ꝙ actor sciat veritatem. Item ꝙ causa sit modica. Item ꝙ persona actoris sit honesta. Si hec tria concurrunt defertur actori iusiurandum: vt hic, ⁊ argu. ff. de legi. tuto. l. legitimos. al's si aliquod istorum deficiat defertur reo: nam si causa sit magna defertur reo. ff. eo. admonendi. Item si actor non sit honesta persona: vt ea. l. admonendi. Item si actor nesciret veritatem. Idem dico in crimine si agitur ciuiliter, secus si criminaliter: nam tunc debent probationes ⁊c. j. de probat. sciāt. j. de fal. l. vbi. ⁊ sic intelligitur. j. de iniur. l. lex cornelia. §. hac lege. Sed ponamus ꝙ actor plene probauit intentionem suam: reus semiplene probauit exceptionem suā, nunquid defertur sacramentū? Videtur ꝙ sic per hanc. l. in bone fidei. ff. eo. admonendi. Sed contra credo ꝙ debeat condemnari nec deferri iuramentū: vt. j. de testamen. nolumus. ⁊ l. hac consultissima. §. penul. vbi voluntas solennis non infringitur per non solennē. ⁊ ad hoc arg. j. de edic. diui adri. tol. l. fi. ff. de peti. heredi. l. qui se liti. Jaco.

Summarium.

1 Causa est inserenda in sententia appellationis.

1 **GEneraliter.** Iudex. No. argu. † hic causam inserēdam in sententia appellationis. Item si iudex principalis cause absoluit, quia non erat probatum: si probatur in causa appellatiōis debet iudex condemnare, nec sufficit qđ dicat bene appellatum. pro hoc iudi. sol. l. cum apud. Diuide hāc legem in tres partes principales. In prima ponit proemiū siue causam condendi legem. In secunda legis statutum, ⁊ prima pars principalis subdiuiditur in quatuor particulas. In prima Imperator pollicetur. In secunda reddit rationem pollicitationis. In tertia rationem rationis assignat. In quarta conclusionem huius prime partis. At secūda principalis subdiuidit̃ in tres partes principales. In prima agitur ⁊ loquit̃ de personis deferentibus iuramētum, siue sit actor, siue reus, siue iudex qui deferat, ⁊ de personis deferentibus vel recipientibꝰ vel recusantibus, siue sit actor siue reus qui recipiat vel recuset vel referat. In secūda agitur de persona iudicis deferētis, ⁊ de quo in loco debet deferre iuramentū. In tertio concludit confirmādo antiquas leges, ⁊ nihil eis derogando per istam legem. Jaco. de are.

Summarium.

1 Negatiua non ꝓbatur, quomodo intelligi debeat.

1 **CUm quis legatum.** Ex hac litera † no. ꝙ testes probāt negatiuam: nam dicunt testes ꝙ ita cōtinebatur in instrumento, ⁊ qđ autem dicitur de negatiua nō probari verum est de necessitate: quia actore non probante ⁊c. vt de probat. l. actor. ⁊ pro hoc qđ negatiua probet̃ facit in aut. de testi. §. j. Jaco. de are.

De suffragio. Rubrica.

Summarium.

8 Item † not. ex hac litera si dicit instrumentum qd non
possit probari de solutione nisi per instrumentũ: ꝙ si il-
lud instrumentum factum de solutione perdatur: ꝙ ad-
mittitur probatio perditionis instrumenti, & postea so-
lutionis. ad quod vide que not. ff. ad legem aquiliam. l.
in lege. Iaco. de are.

¶ De fide instrumentorum. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ An valeat instrumẽtum factum per filium in quo
pater factus est procurator a tertio.
2 Sententia an alij noceat.
3 Vtens falso instrumento & probans illud verum, audi-
tur.

SI vteris. ¶ Solet esse que-
1 stio † an valeat in-
strumentum factum per filium in quo
pater suus est factus procurator ab ali-
quo, pone a Titio: & quidam vt Rich.
malumb. tenet ꝙ de iure valeat, quia fi-
lius potest esse testis patri suo, cum patri nil queritur: vt
arg. ff. de testi. l. qui testamento. §. per contrarium. quod
2 est notandum. Dic ꝙ licet † sententia plene non obsit al
teri, facit tamen presumptionẽ. ar. ff. de app. a sententia.
& sic habet necesse fidem imponere: & ita non obest quo a
minus possit appellare & fidem imponere. Nota quan-
tum ad primum tantum sententia facit ius, quantum
ad hunc. De eo autem quod queritur in glo. an idem in
teste: dic aut est facta accusatio contra eum & conuictus
& cõdemnatus est de facto, & tunc potest testificari, quia
est infamis. de pub. iud. infamem. de testi. testium. §. lege
iulia. Si vero dicat non habere fidem tali, tunc contra:
3 vt. l. lucius. de his qui notan. infa. Item dic † ꝙ si quis
vtitur falso instrumento & probat verum quandocunqz
auditur, quia presumitur scientia: & ꝙ hoc sit verum di-
citur. ff. de fal. l. pe. j. de falsis. maiorem. Iaco. de are.

a ¶ De hac q. dic vt ple-
ne disting. p Iac. de are.
in dicta. l. ij. §. idẽ labeo.

Summarium.

1 ☞ Si lata sit sententia & opponatur ꝙ lis non sit con-
testata, licet hoc non possit probari per acta que sunt de
perdita, an satis probetur per ipsam sententiam.

EMancipatione. ¶ Dic
ꝙ licet
acta perdita fuerint, si tamẽ possit aliter pro-
bari de emancipatione, vel per instrumẽtum
emancipationis, vel aliter ꝙ satis sit. Ex quo colligit ꝙ
1 si † sit lata sententia & opponatur ꝙ lis non sit contesta-
ta, licet hoc nõ possit probari per acta que sunt perdita,
ꝙ satis probatur per ipsam sententiam: & pro hoc de re
iudi. acta. nam ibi dicit glos. ꝙ lite finita per sententiam
possunt acta circunduci, ergo tenet sententia sine actis:
nam iudices debent esse discreti: ff. de offi. prefe. preto. l. j.
at quando non est discretus si precipit acta circunduci,
potest post sniam si sola sententia non sufficiat. pro hoc
arg. extra de renun. in presentia. decretaliste tenent ꝙ de
beat probari de processu. extra de probatio. c. quoniam.
Innoc. dicit aut est questio de recenti, & tunc ostendere-
tur: & sic intelligitur quoniam contra falsam, al's non: &
sic intelligatur hic. & pro hoc ꝙ sit aliud in recenti proba
tur in auf. hec constitutio innouat. Iac. de are.

Summarium.

1 ☞ Quot testes reprobant instrumentum, vide per to
tam legem.
2 Calumniosa scriptura in iudicio vim non obtinet.
3 Vbi cõcurrunt causa liberalis & fauorabilis, semper fa-
uorabilis attenditur.
4 Instrumentum fit directo ad probandum aliquid.

a ¶ Vide qđ a not. p Ber. extra de testib. c. in nr̄a presentia. et c. Joannes. ⁊ c. tertio loco. ⁊ maxie in. c. in nr̄a. habes quasi totū id qđ hic not. per Ja. de are. ⁊ plenius. iiij. q. iij. si testes.

1 In exercēdis. ¶ Sed † quot testes[a] reprobant instrumentum. Dicit glos. tres vel quatuor: ⁊ allegat. c. cum Joannes. extra de fide instru. Sed certe ibi ponitur alius casus. Alij dicunt ꝙ maior numerus requiratur: sed contra hoc videtur in auf. de fide instru. l. j. §. oportet. ¶ Circa hoc credo ita tenendum, quia est differētia quis contradicat instrumento: an testis qui est in illo instrumento insertus, an alius. Primo casu subdistingue: aut omnes, aut vnus, aut aliqui. Si vnus contradicit, aut est de his qui sunt necessarij ad valorem instrumenti, aut est supra numerum. Si est de numero necessario, hoc est quia tot sunt adhibiti quot lex dicit et non plures, tunc vnus solus reddit instrumentum suspectum. ff. quemadmo. testa. aperi. l. j. in fi. licet Joannes dixerit speciale in testamento. Sed eadem videtur esse ratio in alijs quando de necessarijs aliquis contradicit, vnde credo ꝙ faciat suspectum: vt sic per hoc fides ei non imponatur: ⁊ al's non probet instru

2 tum, quia † calumniosam scripturam vim in iudicio obtinere non conuenit. ff. eo. l. ij. ⁊ hoc nisi fuerit approbata per alios testes, non tantum per tabellionem, nec tantum per duos imo ⁊ per alios, licet non sint inserti, quia videtur qđ desiderentur ad comprobandum tot quot sunt necessarij in conficiendo. in auf. de fide instru. §. j. Nec obstat ꝙ lex dicit ꝙ instrumentum publicum comprobāt tabellio adnumerator ⁊ discipulus, in auf. de fide instru. §. sed si instrumenta. quia est differentia vtrum instrumentum reuocetur in dubium propter scripturā: vt quia negatur factum ab eo a quo dicitur, an propter veritatis defectum. Nam quando propter veritatem scripture reuocatur in dubium, approbatur per eum qui scripsit ⁊ cessat comparatio: ⁊ sic loquitur de falsis. si quis decurio. sed si propterea res ita se habet vt probetur si de hoc sit dubium: vtputa quando vnus testis contradicit, ⁊ sic non est questio an tabellio scripserit, sed an verum scripserit, ⁊ tunc redditur instrumentum suspectū propter veritatem, ⁊ debet probari per numerū necessariū alleg. Si vero testis qui contradicit instrumento non sit de necessarijs ad valorem instrumenti, vt quia tabellio plures apposuit ꝙ̄ lex precipiat, ⁊ tunc opponitur contradicentibus testibus qui sunt supra numerum quod obtinet, si non adhibiti instrumento contra. testentur. ꝙ hoc sit verū. arg. est, quia in testamētis exigitur certus numerus testium, si plures sint adhibiti sufficit solennem numerum exaudiri. ff. de testi. l. heredes palam. ⁊ de secun. tab. l. cum tabule. satis est ergo ꝙ numerus remanet intactus quem lex precipit. Et quid tūc obtinet. Respondeo, aut est vnus, et tunc vox vnius vox nullius. s̄. de arbi. l. ne in arbitris. s̄. ti. j. l. iurisiurādi. vnde siue sit de numero scripto siue nō, habet locum qđ dixi. Si vero plures sint qui contradicant instrumento, siue de adhibitis siue non: tunc duo faciunt vacillare fidem instrumenti. Si enim comparatio literarum que est minor ꝙ̄ assertio testium, in auf. ea. §. j. facit vacillare fidem instrumenti: vt in auf. ea. in princi. multo magis duo testes licet non sint inserti: vnde per hoc instrumento est fides imponenda iuxta regulam de probatio. l. iubemus. j. eod. l. fi. sed fides poterit imponi per testes necessarios ad instrumenti vigorem. Alij dicunt ꝙ contra instrumentum non admittuntur testes nisi sint idonei ⁊ summe autoritatis ⁊ qui sint maiores omni exceptione. de contrahen. ⁊ commit. stipula. optimam. ⁊ dicunt ꝙ per duos testes non redditur instrumentum suspectum, nec sit necesse probari verum nisi sint tot testes qui preualeant, scilicet ꝙ sint supra numerum. Nam dicunt ꝙ plures considerantur ꝙ̄ lex velit ibi adhiberi. Non autem dicunt ꝙ tabellio habeat vim tot testium quot sunt positi in instrumento: sed quot lex vult adhiberi ad solennitatem instrumenti. Alij dicunt vt Cyn. ꝙ non potest tradi de his doctrina: sed dicit iudici hec relinqui, ⁊ fidem adhiberi instrumento inspecta fide tabellionis ⁊ legalitate ⁊ fide testium, vt s̄m illa iudicet que videtur sibi validior. ff. de testib. testium. §. j. Et idcirco collige ꝙ interdum est contrarietas in scriptura, interdum in testibus, interdū mixta in instrumento ⁊ testibus. Si contrarietas est in scriptura, aut est in eadem, aut est in diuersis: si in eadem, tunc si hec contrarietas potest iuuari per aliquam subdiuisionem vt non sit cōtraria sed diuersa est adiuuanda, vt sic remaneat in sua firmitate, quia quod potest iuuari aliqua subdiuisione, non est cōtrarium: vt. s̄. in. j. consti. C. ibi: preter ꝙ̄ si numerus ⁊c. Et ad hoc est argu. quia dicta iurisconsultorum ad concordantiam reducuntur. ff. de peti. here. l. item. ⁊ l. illud. extra de testi. cum tu. idem si aliqua humana interpretatione s̄m naturam contractus. ff. loca. l. si vno. §. j. Si vero non potest iuuari modo aliquo, quia aperta ⁊ manifesta: tunc non habetur ei fides. de reg. iur. vbi repugnātia non est, quia tabellio habetur vt testis. de testa. domicius. in auf. ea. §. oportet. vnde sicut quando testis vacillat non habetur ei fides: vt. ff. de testi. in testibus. ⁊ l. ob carmen. ita nec in instrumento cum tabellio inuenitur sibijpsi contrarius. Ubi autem sunt diuerse scripture, aut ab vna parte producuntur, ⁊ tunc derogant sibi fidem, vt non fiat probatio: vt. s̄. l. proxi. extra eo. c. imputari. qđ intelligo siue ambe sint publice, siue ambe priuate, siue vna publica, ⁊ alia priuata: quia equales sunt quo ad hoc, licet non quantum ad aduersarium conuincendum. Si aduersus producantur, considera que sit dignior: ⁊ si vna sit publica alia priuata, tunc publica preualet. argu. j. qui potio. in pigno. hab. scripturas. Si ambe publice, tunc videndum est cui instrumento maior fides sit adhibenda ratione conficientis instrumentum, ratione testificantium pro instrumento, vt in testibus. s̄. de testi. iureiuran. ibi, vt honestioribus. ff. de testi. testium. ibi al's numerus, al's dignitas: si non apparet, tunc contra eum qui habet necesse probare fertur sentētia quasi non probauerit, quia tanta fides habetur vni quanta alij, ergo nihil est probatum, ⁊ est perinde ac si nihil factum esset, in dubio fertur sententia: prout not.

3 institu. de interdic. §. quomodo. nisi forte † in causa liberali vel al's fauorabili, nam tunc pro fauore fertur sententia. arg. ff. de re iudic. inter pares. de manu. l. pena. ⁊ hoc casu potest habere locum. l. scripture. s̄. l. proxi. Si vero in testibus est contrarietas, ⁊ tunc aut in serie eiusdem, tunc non est aliqua fides adhibēda testi in aliquo. ff. de testi. l. in testibus. ⁊ l. qui falsa. ⁊ de falsis. eos. ⁊ est ratio quia post ꝙ̄ est sibi contrarius, certum est ꝙ vnum est falsum, quia posito ꝙ vnum sit verum, aliud est falsum: quia contrariorum vno posito aliud tollitur. de verbo. signifi. hec verba. ergo dixit in aliquo eorum falsum, ergo non habetur in aliquo fides. nā cum testis ⁊c. iij. q. ix. puta ⁊ simplex. extra de reg. iur. defleat. ⁊ hoc vt dixi, si non potest aliqua diuisione tolli, al's non videtur cōtrarietas. Si vero sibi inuicem contradicant testes, si est vnus qui cōtradicit pluribus vilipenditur ⁊ pro nullo habetur. quia vox vnius ⁊c. vt. s̄. titu. j. l. iurisiurandi. vnde non est ita ꝙ vnus cōtradicat pluribus, sicut quādo vnus contradicit instrumento, vt supra dictum fuit: quia post ꝙ̄ duo sunt simul, per vnum non tollitur vox aliorum. Si vero plures sunt qui testificantur ⁊ diuersa vel contraria, non dico ꝙ vnus sibimet contradicat, ⁊ tunc indistincte siue ab vno omnes testes sunt producti, siue ab vtraq; parte habet iudex perpendere numerum vt plures obtineant nisi suadeat contrarium dicere ex alia parte, maxime dignitas, vel nisi alij, licet pauciores dicant verisimilia: nam iudici hoc committitur vt predicta consideret: vt. ff. de testi. ob carmen. §. si testes. C. de testi. iusiurand. ff. de testi. testium. ibi: al's numerus ⁊c. s̄. de vete. iure enuc. l. j. ibi: neque ex multitudine iudicare. arg. s̄. de condi. indebi. l. pe. De mixta contrarietate testium ad instrumenta dic, aut per testes volo probare contra instrumentum, id est contra seriem instrumenti, ⁊ tunc per duos vel tres probatur: vt extra de fide instr. c. cum Joannes. nam tunc est diuersum: ⁊ tunc vbi numerus testium ⁊c. ff. de testi. vbi numerus. Si volo probare interesse contrahentium, credo per duos: vt si verba sint inserta in instrumēto interrogatiue, talis spopondit tali, ⁊ ego promissor volo probare qđ inter nos conuenitur, ꝙ esset pactum non stipulatio. ff. de pactis. iuregen.

iure gen.§.ꝙ forte.sicut si in instrumēto cōtinetur ꝙ vendidi rem talem, volo probare ꝙ inter nos fuit actum ꝙ haberes pignori, sed ideo dictū fuerat ꝙ emebas vt lucrifaceres fructus, quod non faceret creditor, tūc credo ꝙ per duos sufficiat, quia non dico nō esse verum qđ in instrumento continetur: sed ꝙ fuit emptio facta sub tali intellectu ꝙ pignus cōtraheretur non emptio: vt.ī.tit.j. emptor. nam verbum emptionis est generale. de statu libe. statu liberi. nam fateor verba, sed dico alium fuisse intellectum. Interdum dicunt testes cōtrarium instrumento, quia dicunt ꝙ instrumentum non debet sic dicere: tunc aut indirecte contradicunt, ⁊ tunc videtur ꝙ
4 per duos vel tres possit probari. Nam † instrumentum fit directo ad probandum aliquid. s̃. de probationibus. cum res. Volo probare super substantia instrumenti, sed absentia partium valet ꝙ eo die quo instrumentum illud fuit confectum, ipsi fuerunt in alio loco remoto ꝙ non potuerunt eo die esse in loco instrumenti. ī. de contrahen. ⁊ commit. stipula. optimam. institu. de de inutil. stip. §. item verborum. dum tamen ipsi sint bone autoritatis ⁊ idonee. Si vero directo velim probare contra instrumentum, tunc habet locum vt supra dixi: quia aut vnus contradicit ⁊ est de necessarijs ad instrumenti valorem, ⁊ tunc creditur instrumentum suspectū, nec ei creditur nisi fuerit approbatum. Si vero sit de necessarijs, aut vnus, ⁊ nō nocet: aut plures ⁊c. Alij dicūt vt Cyn. ⁊c. vt in superioribus dictum est: ⁊ de hac materia plene not. in §. predicto, item verborum. extra, de probatio. tertio. ⁊ de testibus. c. veniens. ⁊. dicto capit. cum Joannes. Jacob. de are.

SCripture.

❡ Ego hāc legem intelligo etiā si vna scriptura est publica ⁊ altera priuata: glos. tamē dicit ꝙ si vna est publica ⁊ altera priuata, nō habet locum lex ista: or publice tanꝙ digniori scribitur. Sed certe sm hoc iam ista verba, ab initio eodēqʒ, nihil operantur: nam ⁊ si diuersis proferantur, cum diuerse sint scripture non staretur magis vni ꝙ alij, vtpote cum is cui de iure onus probandi incumbebat debet dicere se habere potiora iura: vt. ī. de edicto diui adri. tollē. edicto. at hic non sunt potiora iura, sed equalia. ❡ Item si vna esset publica ⁊ alia priuata, etiam si a diuersis proferantur, digniori statur. ī. qui potio. in pigno. habeā. scripturas. Item ideo non esset differentia inter testes ⁊ instrumenta: quam glos. dicit esse vt hic no. nam ⁊ si testes ab eadem parte producti diuersa dicunt, ⁊ vndiqʒ sunt equales, nullis staretur: vt. d. l. edicto. preterea illa priuata quantum ad rem meam debet haberi pro publica: vt ī. eo. auf. ad hec. vnde sibi imputet qui ea vtitur: vt extra eo. imputari. dic ergo idem si vna sit publica ⁊ alia priuata. Jacob. de arena.

Summarium.

1 An cōtractus possit probari per imbreuiaturam.
2 Imbreuiatura habet vim instrumenti.

1 ## COntractus.

❡ Sed † queritur an per imbreuiaturam possit probari. Et videtur ꝙ sic,
2 quia imbreuiatura † appellatur hic instrumentum, ergo probat vt testis. s̃. l. proxi. item quia habet ea que sunt instrumenti, scilicet annos domini, signū tabellionis: vt in princ. quaterni, ⁊ solet dici ꝙ non probat ex hac litera, quia hic dicitur, non credi, nisi redigatur in mundum. Unde dicunt quidam ꝙ imbreuiatura non probat per hanc literam. Item quia oportet ꝙ instrumenta habeant suas proprietates, quas non habet imbreuiatura: scilicet vt habeat subscriptum tabellionis non prescriptum, quia tabellio in instrumento habet se subscribere ⁊ signum apponere, licet sit ibi dies ⁊ consul. ⁊ ꝙ subscriptio debeat esse in instrumento est ar. ī. de testa. l. hac consultissima. in auf. de fid. instru. §. sed si instrumenta. Itē ex hoc vulgaris est opinio ꝙ non habeatur fides nisi sit recepta in mundum. Jacob. de are. ❡ Additio. (In ea. l. ibi: in mundū recepta. id est charta ipsa in qua debent singula cōprehendi, ⁊ dicunt mundum similitudinarie, sicut enim mundus omnia cōtinet ⁊ comprehendit, ita in charta omnia comprehendenda sunt que agunt contrahentes. Item not. ex eo quod statim sequitur optimū arg. ad id de quo queritur an scheda siue imbreuiatura tabellionis possit per se ꝓbare. Et credo ꝙ non possit, quia non fit ad probationem, sed ad solam memoriam: sed solum instrumentum probare debet in quo omnia sigillatim redacta sunt, quia illud fit ad probationem. Uber. de bobio.) Dominus Ber. dicit contrarium per. l. si quis decurio. ī. de fal. ⁊ in auf. de fide instru. §. si vero moriatur.

Summarium.

1 Testes in criminalibus debent venire coram iudice, quomodo intelligi debet.

Authentica.

APud eloquētissimū.

1 ❡ Quod dicitur † hic ꝙ testes in criminalibus debent venire coram iudice, intellige nisi sint in dignitate. s̃. de episco. ⁊ cleric. auf. sed iudex. ff. de iureiurā. l. ad egregias. Sed quid si propter represalias nō audeat venire, an tenetur venire? Uidetur ꝙ nō. ff. si quis cau. l. ij. de arbit. si cum dies. §. fin. vnde ille qui producit testes debet eos causare: vt not. in decre. iij. q. ix. c. hortamur. Jaco. de are.

Summarium.

1 Comparatio literarum in quibus instrumentis locum habet, ⁊ de quibus fiat.

COmparationes.

❡ Diuide hanc legē in tres partes principales. In prima parte ponit proemium, in qua ponitur causa quare fuit condita hec lex, vsqʒ ibi: ideoqʒ. In secunda legis statutū, vsqʒ ibi: his omnibus. In tertia limitatur statutum. At secunda pars principalis subdiuiditur in tres particulas. in prima agitur de instrumētis ex quibus habet fieri comparatio. in secunda agitur de iuramento qđ habet precedere comparationem faciendam, ⁊ ita per consequens de modo comparationis faciende. in tertia de loco in quo fieri debet talis cō-
a paratio, ibi: ad hoc obseruare.[a] ❡ Dic casum, produxi instrumentum aliquod in iudicio quod prima facie apparet suspectum, pro eo quia dicitur illum tabellionem qui subscriptus est nō scripsisse: volo ei imponere fidem ostendendo instrumenta eiusdem tabellionis: qualia autem debent esse illa instrumenta ex quibus fit compara-
1 tio ⁊ quomodo hoc fiat, hac lege dicitur. ❡ Circa † hūc tractatum dic sic breuiter, ꝙ est instrumentum ex quo fit comparatio, ⁊ est instrumentum ad quod fit comparatio: de instrumento ex quo fit comparatio tractatur in hac lege: ⁊ ex quinqʒ fit comparatio. de tribus tractatur hac lege. de duabus alijs in auf. ad hec. est instrumentum ad quod fit comparatio, ⁊ tunc dic, aut publicum, aut priuatum. Si publicum, aut in rure fuit factū, aut in ciuitate. Si in rure, iura vetera locum habeāt de persona tabellionis, ⁊ de comparatione: ⁊ de persona dicitur. s̃. si cer. pet. l. fi. de comparatione hic. Si in ciuitate factus est cōtractus. ⁊ intra libram auri, idē dic. de fide instru. §. pe. aut vltra, ⁊ tunc aut ab imperito ⁊ in scriptis, ⁊ tūc debēt interesse in hac scriptura quinqʒ testes: vt in auf. de testi. §. oportet. ⁊ aliter non valet: si vero contrahatur a perito literarū in scriptis vel sine, vel imperitus contrahat sine scriptis, tūc tres testes habent inter-

a ❡ Sʒ an ꝑ ꝯparationē literarū fiat plena probatio no. ꝑ In noc. extra. e. c. j. ⁊ de hoc in Spec. de proba. §. vidēdū restat. versi. instrumentorum.

uenire. j.eod.§.sed ⁊ si quis. Si vero sit publicum, tunc tres testes. in auf. eod.§. sed si instrumenta. Si dicis de comparatione, dic aut in rure factum est, ⁊ si habeat subscriptionē trium testium fit comparatio: vt hac.l.cō parationes. Si in ciuitate, aut citra libram auri, ⁊ tunc idem: aut vltra, ⁊ tunc priuata, aut publica. Si priuata non admittitur comparatio ad totum probandum vel improbandum, nisi testes necessarij ad vigorem instrumenti veniant ⁊ approbent quod ibi scriptum est: ⁊ tūc dicitur admitti comparatio ad solatium, quasi dicat, non est necesse. Si vero sit publica, tunc si tabellio vel adnumerator superest veniat ⁊ approbet quod ibi scriptum est: ⁊ tunc dicitur admitti comparatio, ⁊ creditur sine comparatione, si non supersit aliquis de eis, tunc fit comparatio ⁊ qualisqualis colligitur fides. in auf. de fide instru.§.si vero omnes moriantur. Jac. de are.

Summarium.

1 Qui petit sibi instrumentum edi, potest totum vel partem si vult arguere de falso.
2 An lite finita possit queri de falso.
3 Agens criminaliter an sibi preiudicet quantū ad actionem ciuilem.

Cum quidam. Ibi, post falsum redarguere. Ex hac litera colligitur ꝙ ille qui pe-
1 tit sibi † edi instrumentū, quia vult ipsum redarguere de falso non debeat interrogari in qua parte vult dicere falsum. Nam prestito sacramento potest sibi edi: ⁊ dicit ꝙ credit ꝙ in aliquo possit de falso redarguere, vnde potest ignorare in quo vsquequo videatur. Intelligunt legem istā aduocati Parmenses siue ciuiliter,
siue criminaliter quis velit conqueri de falso.[a] Nam de falso potest queri tribus modis: vt. s. de transactio. si ex falsis. sed hec litera innuit contra. quod demum quando criminaliter agitur. sed contra. j. si ex falsis instrumētis. l. iij. ⁊ l. iudicati. sed pro prima opinio. facit hec litera que dicit: falsum redarguere nititur, super eo autem qd hic nota. ꝙ quidam sumunt hic argu. ꝙ donec de crimine potest agi criminaliter non agitur ciuiliter, ⁊ allegāt legem ad hoc. Sed gl. hoc reprobat, non tamen respondet legi allegate in contrarium, quare sic dici potest: aut quis vult agere ciuiliter contra criminosum, aut cōtra aliū in preiudiciū criminosi. Primo casu vt cōtra illū qui fecit vel fieri fecit, habet viam quā vult vel vt agat ciuiliter vel criminaliter: vt. l. damus. ⁊ l. prebemus. Si in preiudicium criminosi contra alium velit agere ciuiliter, non videtur ꝙ possit nisi primo criminosus accusaretur: ⁊ sic videtur loqui de aduo. diuerso. iudic. l. j. ⁊ vbi cause fis. l. j. de libe. ho. exhib. l. iij. §. hoc interdictum. ver. itaqꝫ. ⁊ ad carb. l. fi. §. fi. ⁊ l. se. ⁊ hoc si viuit criminosus: vt dictis legibus. ⁊ j. si ex falsis instru. ⁊ hic. Si vero nō viuit ille, tunc poterit excipere ⁊ vti via reipublice ⁊ exceptionis: vt patet per. l. j. si ex falsis instrumētis. Sed in
2 eo quod † dicit circa finem: ⁊ lite terminata possit queri de falso, opponitur contra ad leg. aquil. ex morte. vbi fit hec oppositio. respondeo vt ibi not. Sed melius videtur ita debere responderi, quia hec lex dicit de instrumento exhibendo, vt sit facultas accusandi. Nam hic loquitur quando habet suspicionem falsitatis et ibi sciebat vnde facultas probetur hic, nisi negotium sit sopitum. Sed si est certus ꝙ si charta est falsa, ⁊ vellet post litem finitā, crimen intendere bene posset. Sed facultas petendi copiam charte, al's detrahatur fidei charte nisi exhibeatur, cum vsquequo negotium sit finitum non potest: vnde copiam exhibitionis ad accusandum prohibet fieri post finitam litem, sed quin possit accusare nō prohibet.
3 Sed quero, si egi † criminali cōtra criminosum nunquid sit preiudicium in ciuili? Videtur ꝙ sic: nam ideo compellor agere criminali, primo vt per hoc sciatur, an id quod in ciuili intendere volebam sit verum. Unde potest dici ꝙ examinatio ⁊ terminatio questionis criminalis sit quodammodo executio ⁊ declaratio questionis ciuilis vt sic in ciuili criminaliter preiudicetur: ⁊ ita videtur innuere dicta. l. j. s. de aduoca. diuers. iudicio. ⁊ propter hanc rationem potest dici esse inductum vt primo agatur criminali: nam cum in criminali dilucidiores ⁊ maiores exigantur probationes ꝙ in ciuili. s. tit. ij. l. fi. j. de falsis. vbi si primo ageret ciuili fieret preiudicium criminali, iam per indirectum ad hoc perueniremus vt probant que in ciuili dantur, ⁊ in criminali sufficerent. Item per minorem ⁊c. ff. de iudic. per minorem. Et est sciendum ꝙ illud quod hic de sacramento dicitur, non corrigitur per auf. hodie. positam, de iura. calum. Item non dico ꝙ ideo istud sacramētum etiam hodie debeat prestari ꝙ hic sit alia causa. Sed dico debere prestari, licet iam iuratū sit de calumnia: ideo quia illud non est sacramentum calumnie sed potius de malitia quadam: ⁊ hoc apparet, q2 in litis cōtest. futurū super illo criminali negotio prestitū est iuramētum, vt. j. ibi: ad huius venit. Potest ⁊ ibi crimen falsitatis vētilari, nondū enim ventilat' sed adhuc petebat' proferri vt ventilari posset: ⁊ sic non potest dici calumnie sacramentum: vt. s. de iur. cal. l. ij. dic ꝙ lite postea contestata in criminali nihilominus de calumnia iuratur, ⁊ de tali sacramento hec lex intelligitur: vt. ff. ad exhiben. thesaurus. extra de prescrip. c. iij. hoc tamen satis credo ꝙ si ante exhibitionē instrumenti ꝙ fuisset lis contestata super criminali, ⁊ de calumnia iurant, ⁊ cum peteret instrumentum exhiberi ꝙ eo casu hoc sacramentum prestatur per illam authen. hodie. Jaco. de arena.

a Et pro b extra. e. c. iij. j. de contrahen. ⁊ cōmit. stip. optimā. insti. de inutil. stip. §. itē verborū. alibi tñ not. ꝙ anteꝙ partem videam debeo dicere falsum. ff. de eden. l. j.

Plus valere quod agitur. Rubrica.

Summarium.

1 An ex modicitate pretij presumat' potius pignus ꝙ venditio.
2 Ex modicitate pretij presumitur fraus.

In contractibus.
1 Sed † an ex modicitate pretij presumitur qd sit pignus ⁊ non emptio. Di-
2 cunt quidam ꝙ sic, quia † ex modicitate pretij presumitur fraus. j. manda. per diuersas. Sed certe videtur ꝙ hec sola presumptio non sufficiat: quia licet contrahentibus ⁊c. de minoribus. in cause. §. penulti. locati. item si pretio. §. primo. vnde non credo solum sufficere. Sed quid si probatur ꝙ etiā vsurarius est, et ꝙ res plus valet, et ꝙ conuenit reddere quandocunqꝫ pretium reddetur, nunquid presumitur esse pignus? Dicunt quidam ꝙ sic. extra de pigno. illa nos. de contrahen. emptio. ad nostram. Sed certe illa capitula non sic loquuntur, quia ille. §. illo. loquitur quando erat in potestate emptoris recuperandi, quod est de potestate creditoris. Item ibi debebat emptor sibi computare de fructibus rei in pretio habendo, quod est contra naturam emptionis: et ideo ibi dicitur ꝙ fuit pignus. In. c. ad nostram. debebat aliquid reddi supra datum: per quod videbatur vsura, ⁊ quod fructus debeat computare, quod est contra naturam emptionis: vnde ibi etiam adminicula erant ad illam presumptionem faciendam. Jac. de are.

Commodato. Rubrica.

Summarium.

1 Pactum ne commodatarius teneatur de culpa, an valet.
2 Pactum quo quis inuitatur ad delinquendum non valet.
3 Pactum quod fit ad augendum prestationem eius qd ex contractu debetur an validum sit.

Ea quidem.

EA quidem que vi. ¶ Dic aut pactum fit ad augendum, aut ad detrahendum. Si ad detrahendum, aut detrahit prestationi culpe, aut detrahit prestationi doli. Si presta-
1 tioni culpe, † vt quia fit pactum ne commodatarius neaturet de culpa valet: vt. ff. eodem. l. si vt certo. §. interdum. Si vero ad detractionem prestationis doli non
2 valet: vt. ff. eodem. l. in commodato. in principio. ne † inuitentur aliqui ad delinquendum. de pactis do. conuenire. de pactis. l. si vnus. §. illud. ⁊ pro hoc regula iuris,
3 contractus. Si vero pactum † fit ad augendum prestationem ex contractu, vt teneatur vltra naturam contractus, tunc aut est singulare aut generale. Si singulare: puta super vno articulo, vt si contingat rem perdi agressu latronum ad te spectet periculum, tunc pactum singulare addit ⁊ transfert periculum. ff. si quis cautio. sed ⁊ si quis. §. quesitum. de contrahen. emptio. fistulas. §. fina. Si vero non sit singulare ⁊ non fuit expressus articulus periculi, tunc aut fuit expressum super casu fortuito, aut de periculo. Nam inter eos est differentia, quia periculum est genus, casus fortuitus est species: vnde periculum est siue casu siue culpa contingat. de nego. gestis. l. litem contestatam. §. pecunie. ⁊ de magistra. conuenien. l. non similiter. Et quando non est singulare, tunc aut est expressum ⁊ expresse suscipit casus fortuitos absq; vlla determinatione: et tunc credo pactum aliquid operari vt de quolibet casu fortuito teneatur. ff. de nego. gestis. l. negotium. ff. loca. ⁊ conduct. l. si quis fundum. in principio. nam in incertis non certis locus ⁊c. ff. de verborum obligatione. continuus. §. cum ita. Si vero pactum non continet expresse casum, sed simpliciter faciunt pactum de omni periculo vt de eo teneatur, et tunc aut fit obtentu certi periculi de quo tractabitur, tunc complectitur illum vt hic: aut non habetur contemplatio ad certum casum, ⁊ tunc subdiuide: aut inseruit quosdam ⁊ postea dixit de omni periculo, ⁊ tunc de omnibus tenetur. s. locati. l. licet. Nam primo fuit pactũ speciale postea generale, vel alio celi vitio. ⁊ pro hoc ff. de contrahen. emptio. fistulas. in fine. ⁊ quando mulier tute. offic. fungi potest. l. tertia. vel auxilio vel alio. l. presidio. Si vero nulla casus mentio facta fuit, sed simpliciter dixit quia volebat de periculo teneri, tunc aut ex natura contractus venit leuissima, ⁊ tunc casum: al's de culpa leuissima teneatur, ⁊ sic intelligitur. ff. depositi. l. prima. §. sepe. ff. mandati. l. aristoni. de pactis. iurisgẽtium. §. si quis. ⁊ hoc ideo quia pactum debet aliquid operari. ff. de vsuris. si stipulatus. Jac. de are.

Summarium.

1 ☞ An creditor possit rem debitoris sui retinere pro debito.

1 PRetextu debiti. ¶ † Ex hoc videtur ꝙ si res debitoris mei peruenit ad me, ꝙ non possum eam retinere: sed iura videntur contra hoc facere vel dicere. j. si res alie. pigno. data sit. l. prima. in princip. ⁊ alia etiam contradicit. j. in qui. cau. pig. tac. contraha. l. si non inducta. Super quo dic: cum queritur an debitoris mei rem possim retinere pro debito meo, considera: aut est debitor occasione eiusdẽ rei vt propter expensas, ⁊ tunc est licitum retinere. ff. de impensis in re. dota. fac. l. quod dicitur. ff. eo. in rebus. §. possunt. ⁊ de acquiren. posses. si quis rem. preterꝙ in casu. j. de rei vxorie actio. §. sed nec ob impensas. Si vero non sit debitor obtentu rei sed al's, tunc aut peruenit occasione debiti, licet non via legitima siue efficaci, et tunc competit retentio ⁊ sic loquitur lex. si aliena res pignori data sit. sic. ff. de condictio. indebi. si non sortem. §. fina. C. de solutionibus. si cum aurum. Si vero peruenit alia ratione non potes retinere, vt hic ⁊. j. in quibus causis pignus tacite contrahatur. l. si non inducta. Qd est verum si non sit obligata: al's cum haberet actionem si non possideret, multo fortius habet exceptionem. ff. de superficieb. l. prima. §. primo. sed hic loquitur in chirographario creditore. Interdum tamen tenet chirographarius creditor, ⁊ si non peruenit res ad eum occasione debiti. j. etiam ob chirographa. pec. pig. tene. pos. l. j. sed fallit ibi. Jaco. de are.

¶ De pignoratitia actione. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Quid debitorẽ facere oporteat si creditor pignus amiserit.

SI creditor sine vi-
1 tio. ¶ Dic aut † debitor agit contra creditorem, dicens eum fuisse in culpa in perdendo pignus ⁊ debet probare, vt hic ibi: sed si culpe ⁊c. et tunc ad fundandam intentionem. Idem si ad fundandam exceptionem seu adiuuandam, quia agit creditor ad debitum: dicit debitor, tu debes mihi tantum ratione culpe quam commisisti in pignore perdendo, vnde compensetur illud cum debito, et si pignus plus valuit refunde mihi. Aut debitor petit rem pignoratam soluto debito. Et ille dicit, amisi eam, et tunc vt creditor habeat exceptionem, oportet ꝙ probet talem per quam probet exceptionem sibi competere, qd facit probando casum, aut probat probando ꝙ fuit diligens, ⁊ tenuit in eo loco vbi res in tuto ponebantur: vt. j. eod. pignus. vel aliis modis: ⁊ sic opinio Bulg. videtur bona licet non vadat per omnia per istam formam. Jac. de are.

Summarium.

1 ☞ Furtum an computetur inter casus fortuitos.

QUe fortuitis casibꝰ.
1 ¶ Sed an furtum † computatur inter casus fortuitos? Dic ꝙ si fuit diligentissimus qui passus est furtum, tunc est casus fortuitus. j. eod. pignus. al's est culpa. pro hoc. ff. de furtis. eum qui emit. §. idem scribit. Jac. de are.

Summarium.

1 ☞ Si statuto cauetur ꝙ bona alicuius deuastentur: an res obligate debeant deuastari.

PIgnus in bonis. ¶ Colligitur hoc argumentum ad questionem qua queri-
1 tur. Statutũ dicit bona † alicuius deuastanda, an res obligate debeant deuastari. Videtur ꝙ sic, vt hic cum similibus, quia pignus remanet in bonis debitoris: ⁊ pro hoc facit quia bona publicantur, non obstante ꝙ sint obligata. ad sillanianum. senatus. ¶ Econtra videtur ꝙ non, quia video ꝙ creditor deuastato pignore habet actionem contra deuastatorem. ad legem aquiliam. qui occidit. de pignoribus. si seruisse. multo fortius videtur ꝙ habeat exceptionem ne deuastetur. Sed certe ibi habet actio. contra deuastatorem non de iure, at hic deuastat iure. Item pro hoc quia bona intelliguntur deducto ere alieno. ff. de verborum significatione. l. bonorum. ergo pignus non est in bonis ante-

quam soluatur debitum. Item cum habet actionem contra fiscum, si fiscus possideret pignus. ĩ. ad legem iuliam de vi pub. tutoris. de fideicommissis. l. prima. multo fortius exceptio. determinatur hec questio quod deuastentur: ad quod facit optime. ff. ad sillanianum. l. prima. §. seruus pignori datus. ⁊ de deuastatione satisfiat creditori, ⁊ hanc approbat consuetudo: vt not. Alber. gandinus in titu. de bonis malefactorum. Super eo autem ꝙ dicit glos. super textu: ꝙ si originem, dicit glossa: ideo probatur origo ꝙ ex hoc presumitur hodie habere: vt. s. l. si creditor. Sed certe ibi agebatur personali, sed cum rei vendicatio intenditur cõtra eum tanquam contra quemlibet: quid facit si habet a me causam, vt statim dicitur in alia glossa. Et ideo melius videtur dicendum ꝙ ideo corrigitur probatio originis ad euitandam prescriptionem longam ⁊ longissimi temporis, et ex hoc causatur istud vnde: nam hic agebatur rei vendicatio. contra eum, tanquam contra quemlibet: nec potest prescribere, cum habuerit causam a debitore, dum tamen hic appareat ꝙ res fuerit ob debitum obligata. Jaco. de arena.

¶ Quod cum eo qui in aliena potestate est negotium gestum esse dicetur. Rubrica.

Summarium.

1 Quid sit rem animo ⁊ corpore possidere.

2 Seruus tradendo possessionem earum rerum quas per eum dominus possidet, an ⁊ quando priuet dominum.

Si seruus tuus. ¶ Ad solutionem contrarij. de acquiren. possessio. dic apertius. l. possideri. ⁊. l. pergre. non loquuntur in peculiari, licet glossa hic posita innuat hoc. Dic ergo ad illius contrarij solutionem ꝙ est differentia, aut est res quam dominus per seruum possidet, aut quia habet seruum in re, vt colonum vel gastaldum, aut non: nam scitis ꝙ interdum quis possidet rem animo et corpore suo,
1 vt † quando ipse possidet rem in qua nullum habet colonum, et si est in conspectu possidet eam animo et corpore. Si vero non est in conspectu, tunc animo tantum: at quando tenet rem peculiarem per seruum, tunc possidet animo ⁊ corpore serui, si habet seruum in re dominica tanꝙ colonũ, tunc dominus possidet animo suo ⁊ corpore serui. facit. l. possideri. §. ꝙ si seruus. Dico er-
2 go ad solutionem cõtrarij † quia vbi possidet dominus per seruum suum animo ⁊ corpore serui, vt in peculiaribus, siue per se animo, per seruum corpore, vt quãdo habet eum vt gastaldionẽ vel inquilinum, ⁊ tunc si seruus tradat priuat dominum possessione, vt in. l. contraria: vbi autem possidet per se animo ⁊ corpore quia seruum non deputauit colonum vel gastaldionem nõ priuat dominum possessione alij tradendo, vt patet in. l. contraria. possideri. §. ꝙ si seruus. vbi dicit: per quos corpore possidebam. ergo patet ꝙ si non possidebam corpore eorum ꝙ tradendo non priuat me possessione, ⁊ sic hic loquitur: ⁊ ideo cum non priuat me possessione possum eam ingredi mea autoritate. ¶ Dicet aliquis, nonne ingrediens acquirit saltem naturalem, licet dominus ciuiliter possideat: ergo videtur ꝙ non possum mea autoritate ingredi. Respondeo, acquirit naturalem iniustam ⁊ ideo mea ciuilis iusta preualet. ff. vt in possessio. legato. l. j. §. j. ⁊ ideo possum retinere. ff. de vi ⁊ vi arma. l. vi possidere. Sed contra ad hoc. ff. si mulier ventris nomine in possess. mit. l. j. vbi dicit ꝙ ad ius ordinarium debet remitti: sed dici potest ꝙ ibi illi erant facti possessores in totum, at hic tantum naturalis nõ ciuilis transierat in accipientem, ⁊ sic apparet ex premissis ꝙ qui ciuiliter possidet, si alius ingrediatur potest ire ⁊ eum expellere, quia retinere intelligitur: vt si habes campum in villa, ⁊ si non habes ibi colonum aliquis ingreditur, nonne potes eum deijcere? Et certe sic, quia alienum non intelligeris tollere, sed tuum ius defendere: vnde non semper adeundus est iudex, sed postꝙ eum expulsit potest adire iudicem vt defendatur si timet inquietari. Item potest dici ꝙ iste ingrediens intendebat habere habitationem tantum, id est seruitutem habitationis, ⁊ sic volebat dominum priuare possessione. Jac.

Summarium.

1 Procurator vendens nomine domini, an ⁊ quando de euictione teneatur: ⁊ quid si emens obliget venditorem de euictione.

1 Si qui seruo. ¶ † Dic secundum distinctionem que notatur de nego. gestis. si pupillus. §. j. ⁊ dic contemplatione domini dari etiam si detur ei tanquam procuratori. ff. de institutio. l. finali. ⁊ ideo ꝙ not. ff. de procura. procurator qui pro euictione. ꝙ procurator vendendo vel accipiendo teneatur, intelligo quia non exprimit tanꝙ procurator talis, tunc dominus debet teneri, nisi mandatum excederet, quia tunc non esset in eo quod excederet, procurator teneretur non ipse. Jaco. de are.

¶ Ad macedonianum. Rubrica.

Summarium.

1 Mutuatum filiofamilias, an et quando repetatur.

Si filiusfamilias.
1 ¶ Dic aut † sciui filiumfamilias, cum dicit se patremfamilias: et credo eum patremfamilias: si scio quantumcunqȝ asserat se patremfamilias non decipior ⁊ iuuatur per macedonianum, quia qui scit seipsum decipit. ff. de peti. heredita. qui se obtinet. ff. de rei vendica. his qui. ⁊. l. sequen. ⁊ secundum hoc. de actio. emp. l. j. Si vero credo assertioni eius nõ iusta ratione, vt quia ostendit instrumentum emancipationis, ꝙ non est solenniter confectum: ⁊ ego credo eum sui iuris non sufficit quia ignoraui ius. ff. eod. si quis patrem. Si iusta ratione ductus, tunc sufficit affirmatio cum mea credulitate, ⁊ habet locum hec lex: ⁊ dic ꝙ probando per sacramentum. arg. de ijs qui ad eccle. confug. presenti. sic ⁊ alibi probatur eoipso ꝙ contrarium non probatur. ĩ. qui mili. non possunt. l. super seruis. Jac. de are.

Summarium.

1 Ratihabitio retro trahitur ⁊ mandato comparatur, vbi ⁊ quando locum habeat.

1 Si filius tuus. ¶ Dic ꝙ ratihabitio † retro trahitur et comparatur mandato ⁊c. in contractibus, in distractibus, in iudicijs, in maleficijs, in vltimis voluntatibus. In contractibus, vt hic. ff. de pigno. si fundus. §. j. de pigno. actio. aliena res. In distractibus hoc est solutionibus. ff. de solutio. vero. §. fina. s. de nego. gestis. l. si ego. nam qui soluit magis distrahende ꝙ contrahende obligationis causa soluit. institu. quibus modis re contrahi. obliga. §. j. Item in iudicijs, ⁊ tunc ratum habeo ad meam vtilitatem. ff. de iudicijs. licet. ⁊ ad meum damnum. ff. de exceptio. rei iudic. si mater. §. hoc iure. In maleficijs possum ratum habere si

habere si fit meo nomine, & ex eo aliquid mihi adest. Nam si cognoscat quis mulierem meo nomine licet ratum habeam non teneor, ꝙ autem tenerer si mihi adest dicit. ff. de vi & vi ar. l. j. §. fin. de reg. iur. hoc iure. §. deiecit. Item in vltimis voluntatibus, hoc est in his que equiparantur vltime voluntati, vt in donatione inter viuos facta que morte confirmatur: vt. j. de donatio. inter virum & vxo. donationes. Interdum non trahitur retro ratihabitio vt est quādo aliquid debet finiri inter certum tempus, nam post non potest ratificari. ff. de iis qui notan. infa. quid ergo. ff. rem ratam habe. l. bonorum. de appel. recipien. l. j. Jaco. de are.

¶ Ad velleianum. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Mulier an consentiendo obligationi rei sibi obligate videatur intercedere, & an iuuetur velleiano.
2 Creditor habens hypothecam est potior chirographario.
3 Mulier consentiens alienationi quarundam rerum et renuncians iuri hypothece an audiatur agens contra priores creditores quorum alienationi, & an obstet exceptio cedendarum.

1 Iubemus. ¶ Sed opponitur ad legē istā quia dicit † ꝙ mulier consentiendo obligationi rei sibi obligate, videtur intercedere & iuuatur velleiano. ff. eo. vir vxori. §. j. ad quod dicunt quidam ꝙ est differentia an mulier consentiat, an renunciet. Ubi consentit iuuatur velleiano, vt si rem sibi pignori obligatā &c. vt ibi: secus si renunciauit iuri hypothece: vt hic. Sed hec non videtur bona, quia qui consentit obligationi remittit ius pignoris. ff. quibus modis pig. vel hypothe. soluitur. paulus. Respondeo, qui enim alii consentit ipse sua iura perdit &c. de admini. tuto. cum quidam. qui potio. in pig. habean. creditor. in fine. Item hec lex dicit ꝙ propter consensum proprium mulier renunciat: ergo non fit differentia inter renunciationem et consensum. Alii dicunt refert vtrum consentiat saluo iure pignoris, et tunc obtinet lex contraria, aut simpliciter et tunc hic. Sed certe nec hec videtur bona solutio, quia quando consentit etiam saluo iure pignoris: res nihilominus remanet obligata quo ad alios, & tamen dicitur ꝙ non iuuatur. Potest dici ꝙ hic corrigitur propter hoc ꝙ dicit iubemus, & ibi: hac autoritate nostra, quasi dicat olim non ita: vel dic sine dubitatione. hec res mulieri obligata non obligabitur: sed alius contractus ꝙ obligatio rei in ea contrahebatur: vt si maritus, vel alius cuius res est obligata vendat eam muliere consentiente non est intercessio, quia nec se nec rem suam obligat, sicut cum vendit rem suam et pro alio solum pretium. s. eo. senatus. Item potest esse ꝙ maritus contrahat cum alio sed bona non obligat, mulier tamen renunciabat iuri hypothece & intererat creditoris ꝙ mulier non ha-
2 beret hypothecam: quia † creditor qui habet hypothecam est potior chirographario creditore. j. qui potio. in pign. ha. eos. sic res non obligatur huic creditori si mulier non consensit obligationi rei sibi obligate vel iuua-
3 tur velleiano: vt. l. contraria. Sed quid † si consensit alienationi quarundam rerum, & renūciat iuri hypothece, aget ne hypothecaria contra alios possessores quorum alienationi non cōsensit: an obstet exceptio cedēdarum actionum? nam iusto possessori cedentur. ff. qui potio. in pig. ha. l. mulier. & non solū ceditur personalis sed etiam realis. j. de fideicommissis. l. ij. & modo non potest cedere hypothece cum alienationi consenserit, an obstet ei hoc: & videtur ꝙ sic. ff. de solutionib. stichum aut pamphilum. §. si creditor. ¶ Econtra videtur ꝙ non per hāc legem que dicit ꝙ non trahitur retro ad alium contractū: sed iam retro trahitur vel directo vel per obliquū, quod non permittitur directo nec per obliquū. ff. de serui. rustico. pred. l. fina. Nam si non habet iure hypothece cedat personali. de luitio. pigno. intelligere. ad legem aquil. qui occidit. §. j. de fideicom. l. pignoribus. Unde sicut ibi agit hypothecaria & non cedit personalem, sic et hic cedet personali & non hypothecarie quam non habet: sed fideiussor qui conuincitur a creditore potest melius imputare si iura sibi non cedūtur ꝙ alius, quia isto pretextu fideiussit vt cederentur sibi iura: vt dicto. §. si creditor. & pro hoc. manda. l. si mandato. §. fina. Alii dicunt aut mulier consensit primo & non secundo, & tunc agit contra secundum: nec potest propterea repellere eum, quia non possit iura cedere, vt hic. Aut non consensit primo, & secundo consensit, et tunc si ago contra primum obstat sibi exceptio cedendarum actionum: & est ratio, quia vbi primo consensit, si postea fiat contractus super re alia cui mulier consensit & agat mulier contra secundum contrahentem non debet sibi obstare exceptio cedendarum actionum, quia prima fuit a primo quesita illa exceptio. simile dicitur in solutione duarum legum que adinuicem contradicunt. ff. quod quisq; iuris. l. iij. & §. penulti. & ff. de pactis. l. fina. sed primum dictum magis placet. Jaco. de are.

Summarium.

1 ☞ An res dotalis alienari possit, & quando.

Authentica.

1 Siue a me. ¶ Dic ꝙ cōsensit mulier † interdum alienationi rei date in dotem. Interdum rei date sibi in donatione propter nuptias. Interdū consentit rei sibi obligate. primo casu distinguitur, aut res est inestimata & hec est proprie dotalis, & non potest alienari vel obligari quantumcunq; etiam mulier consentiat. institu. quibus aliena. licet. in princip. de rei vxorie actio. l. prima. §. & cum lex. etiam si iurat secundum ius nostrum: vt. s. de leg. non dubium. de pactis. iurisgētium. §. primo. & de leg. j. l. si quis inquilinos. in fi. sed iure canonum secus quando iurat. extra de iureiurando. cum cōtingat. ¶ Si vero est res estimata tūc habetur emptor. de iure do. quoties. & ideo dicunt quidam hic idem ac si consentiat alienationi alterius rei viri: vel dic fauorabilius ꝙ preiudicat sibi si duo adsint, scilicet ꝙ consentiat, & ꝙ supersint viro res ex quibus mulieri possit satisfieri, si non superesset aliud de rebus viri non preiudicat consensus cum habeat vtilē in rem, ac si non fuisset estimata: vt de iure do. in rebus. & sic potest hoc intelligi. Si vero consentit alienationi rei date in donatione propter nuptias, tunc non preiudicat nisi vt hic dicitur. Si vero alienationi rei sibi obligate consentit, videtur ꝙ possit remittere ius hypothece: vt in. l. iubemus. & s. l. etiam. si consentit obligationi, tunc velleianum habet locum: vt in. l. vir vxori. §. secundo. Nam vbi obligatio pignoris est accessio obligationis principalis & ipsa illi obligationi consentit videtur intercedere: secus est quando consentit alienationi cum non sit ibi obligatio, quod est verum nisi renunciet velleiano. Jac. de are.

Summarium.

1 ☞ Omnis intercessio pro marito est vxori prohibita.
2 An mulier huic authentice renunciare possit.

Authentica.

Si qua mulier. ¶ Ergo videtur ꝙ si patitur obligari ꝙ habeat locum hec authen. nam per hanc patientiam alius prefertur ei. ff. quibus mod. pig. vel hypothe. soluitur. l. paulus. Re-

ſpondit ⁊ peruenitur ad res muliebꝛes: vt.ĩ.qui potio.in pig.habeã.l.aſſiduis. Sed poteſt dici vbi res non ſint ex quibus non poteſt ſatiſfieri mulieri, non teneat obligatio per hanc legem: at vbi poteſt ſatiſfieri, tunc teneat ſi non renunciet velleiano. Uel melius, hec lex dicit ſimiliter intercedat pro viro: ſed interceſſio eſt ſiue ipſa ſe obligat ſiue rem ſuam, vel ſibi obligata patitur obligari, ergo debet eſſe irrita per hanc conſtitutionem: ergo videtur ꝙ ſi mulier conſentit obligationi viri ꝙ non preiudicat per hanc legem, licet ſit contra communem opinionem per.l.iubemus. ſed ibi res donabatur vel vendebatur vel accipebat pecuniam mutuo ⁊ non obligabat bo
1 na ſua, al's eſt interceſſio † cum omnis interceſſio pro ma
2 rito eſt prohibita. Sed an † poteſt renunciari huic auř. Reſpondeo non, quia hoc ius eſt prohibitorium cui renunciari non poteſt, vt al's res minoris prohibetur alienari niſi ex cauſa, ⁊ tunc demum decreto non poteſt minori iuri ſuo renunciare ſimpliciter ſi vxor viro donare vult ⁊ renunciat legi que prohibet, nam cum ſit contra legem, eſt nulla ⁊ ſic non valet: at vbi contractus tenet ſecundum legem bene factum poteſt reſcindi vt in muliere intercedente, tunc poteſt renunciare: vt.ff.eo.l.fina. §.penulti. ⁊ fina. Jaco.de are.

Summarium.

1 Mulier accipiens pretium pro interceſſione, ſi ſoluendo non ſit agitur contra primum debitorem.

Antique. ¶ Diuide hanc legem vſq; ad. §. ne autem. in duas partes. Prima loquitur quando mulier idonee facultatis exiſtens accepit pretium vt fideiuberet, et durat vſq; ad verſic. ſed ſi vnus. Secunda loquitur quando mulier non idonee facultatis exiſtens accepit pretium vt fideiuberet. At prima pars principalis ſubdiuiditur in tres particulas. In prima apparet per cõfeſſionem ſpontaneam mulieris eam pretium accepiſſe vt fideiuberet. In ſecũda apparet per inſtrumentũ publice confectum mulierem pretium accepiſſe. In tertia vero apparet ꝑ aliquod de predictis mulierem pretium accepiſſe, ſed probationi relinquitur cre
1 ditoris. ¶ Mirabile videtur † quod hic dicitur ꝙ ſi mulier percepit pretium pro interceſſione ⁊ ſic non ſoluendo in totum vel pro parte ꝙ habetur recurſus contra primum debitorem, cum nõ ſit hic al's in hominum ⁊c. manda.inter cauſas.§.abeſſe. ad quod poteſt dici ꝙ hoc ſit ſpeciale: vel hec mulier a principio fuit idonea, poſtea facta minus idonea: vt.ff.de iure do.l.promittendo.§.j. vel hic mulier interceſſit periculo mandãtis: vt.ff.mandati.l.ſi mandato titij.§.fina. Quod autem dicitur in fine, in eo quod eſt opinio inter P. ⁊ M. ego credo ꝙ caſus renunciationis excipiatur a dicto. §. Dico ergo ꝙ vbi obligatur ipſo iure non ſolenniter, non teneatur: ⁊ ſic non ſit opus vti auxilio velleiani: ⁊ hoc caſu non teneret renunciatio: at vbi obligatur ſm ſolennitatem huius legis, tunc tenetur et iuuatur beneficio velleiani: et hoc caſu tenet renunciatio velleiani. Unde quando aliquis vult ꝙ renunciatio velleiani facta a muliere teneat faciat ꝙ ſecundum hanc ſolennitatem obligetur, ⁊ tunc cum teneatur opus ſit auxilio velleiani, et cum ipſum habeat, faciat ergo ꝙ ei renuncietur ſed cum non obligatur ſecundum hanc ſolennitatem eſt tuta ipſo iure, et ſic non indiget beneficio velleiani: ergo ſi ei renuncietur ſibi nihil nocet.

Summarium.

1 In quibus caſibus mulieri competat auxilium velleiani, in quibus non.

1 **Ne autem.** ¶ Iſte.§.loquit' ſm † Bul. in illis caſibus in quib' ſm leges nouas ⁊ veteres mulieres ſe obligabant, ſed eis competebat auxilium velleiani: ⁊ tunc ſm eum ſiquidem mulier in ſe obligando ſeruet ſolennitatem huius.§. obligatur cum effectu in predictis caſibus, ⁊ ſic competit ei auxilium velleiani vt in princ.§. Si autem in ſe obligando mulier non ſeruet ſolennitatem huius.§.tuta eſt ipſo iure, vt in fine.§. De illis autem caſibus in quibus mulier obligatur cum effectu ſine ſpe auxilij velleiani qui not. ĩ.eod.l.fina.nihil ad hunc.§.ſm Bul. ⁊ literam ſm eum ſic expone. ¶ Ne autem interponant. Id eſt in illis caſibus in quibus leges dicunt mulierem obligari ⁊ ſibi cõpetere velleianum auxilium: obligare cum effectu, quia tute ipſo iure vt in fine huius.§.dicitur. ¶ Confeſſiones. Id eſt interceſſiones, ſcilicet in illis caſibus in quibus olim mulieres obligabãtur, ⁊ competebat eiſdem velleianũ auxiliũ. ¶ Tunc enim. Id eſt mulieribus obligatis in publico inſtrumento ſubſcripto per tres teſtes. ¶ Obligari. Subaudi ⁊ ſibi cõpetere beneficiũ velleiani. ¶ Introducta ſunt. Quaſi dicat, ſi predicta ſolennitas obſeruetur in obligandis mulieribus: nam hic habent locum leges antique ⁊ noue que dicunt mulieribus intercedentibus competere auxilium velleiani: ſed ſi non ſeruetur predicta ſolennitas habebit locum finis huius.§.ſin autem ⁊c. hoc ſm Bul. ſed ſm M. iſte.§.generaliter loquitur in omnibus caſibus in quibus mulier pro alijs intercedit, ⁊ tunc ſm eum aut mulier ſeruat ſolennitatem huius.§.in ſe obligando aut nõ: ſi ſeruat in illis caſibus in quibus olim non iuuabatur qui ſunt.ĩ.l.fi. ⁊ tunc remanebit obligata cum effectu, nec iuuabitur hodie in illis in quibus olim obligabatur, ſed eidẽ cõpetebat auxiliũ velleiani ⁊ hodie idem ſit, ⁊ ſic loquitur principium huius.§. Si autem non ſeruat mulier ſolennitatem huius §.in ſe obligando, ipſo iure mulier tuta eſt etiam in illis caſibus in quibus olim nõ competebat auxilium velleiani qui not.ĩ.eo.l.fin. ⁊ ſic loquitur finis huius.§. ⁊ modo ſm eum multe leges ſunt correcte. Literam ſic expone. ¶ Ne autem interponant. Generalibus in omnibus caſibus ſiue in illis in quibus adiuuabantur mulieres auxilio velleiani, ſiue in quibus nõ adiuuabantur. ¶ Obligare. In quibuſcunq; caſibus quin tute ſint ipſo iure. ¶ Confeſſionem. Id eſt, interceſſionem in omnibus caſibus generaliter, de quibus noue ⁊ antique leges loquũtur. ¶ Tunc enim. Id eſt, ſeruata ſolennitate iſtius.§.in obligandis mulieribus. ¶ Obligari. Generaliter in omnibus caſibus ⁊ modo in illis caſibus, olim non iuuabantur, nec hodie iuuantur: et in quibus iuuabantur olim et hodie iuuantur velleiani auxilio. ¶ Introducta ſunt. Quaſi dicat ⁊ ſic debent intelligi ⁊ noue ⁊ antique leges que mentionem faciũt, ſed ſi non ſeruetur hec ſolennitas in obligandis mulieribus, tunc habet locum finis huius.§.ſin autem.

Summarium.

1 Appellatione pecunie venit omnis res.
2 An ſtipulatio ſine cauſa valeat.

Generaliter. ¶ Sed contra.ſ. eo. ſi exceptione. ad quod reſpõdet gl. quia ibi loquitur in mutuo hic in alijs contractibus. Alij vt Cy. dicunt ⁊ non faciunt vim inter mutuum et alios contractus: ſed dicunt aut confeſſio continet cauſam antecedentem, quia hic dicit cõfiteor me tibi debere decem que mihi mutuaſti, vel que ex tali cauſa tibi debeo, et tunc non opponitur exceptio, vt hic, ſiue ſit mutuũ ſiue alius contractus. Si vero non contineat de cauſa antecedenti, tunc ſemper poſſit opponi quicunq; ſit contractus, ⁊ exponunt pecuniam in hoc titulo pro qualibet re: ⁊ di
1 cunt † numerata vel etiã tradita, ſcilicet alia actione que non conſiſtit numero. ⁊ pro hoc facit.ĩ.eo.in contractibus.in princi.§.ſi quando. ⁊ pro hoc hec litera que dicit ex antecedenti cauſa.ſ.eo.aduerſus. ¶ Sed queritur in
2 gloſ. † an ſtipulatio valeat ſine cauſa: ⁊ dicit ꝙ valet, ſed niſi cauſa

nisi causa probetur absoluitur reus, et credo de hoc ꝙ non valeat sine causa. ff. de acquir. rer. do. l. nunꝗ nuda. ¶ Ecōtra videtur ꝙ valeat: vt no. in summa de fide instru. & dicitur ꝙ valet sine causa, quia presumunt omnia solenniter acta nisi probetur contrarium. Non obstat. l. cum de indebito. quia est differentia inter confessionem, & de ea loquitur. l. cum de indebito. vt requiratur causa & stipulatio, & tunc non requiratur causa. ¶ Tertia est opi. que hic ponitur, & ideo circa hoc sic dicit: aut quis promittit ex certa sciētia sciens se non teneri, & tunc ista sciētia est causa, scilicet donatio, nam donari videtur &c. ff. de donatio. l. donari. & l. in edibus. & hoc probatur. ff. de oper. liber. l. cerdonem. al's incipit, campanus. Si vero credat se teneri ex aliqua causa ad promissionem faciendam & non tenetur & promittit, tūc obstat exceptio doli. ff. de doli excep. l. ij. §. circa. Si vero dubitatur, tunc cum homines non iactant pecuniam: & quia qui donat perdit. de dona. l. filius. credo magis errare, & sic obstat exceptio doli, nisi probetur causa. & in hac opi. est Azo in summa huius tituli, ꝙ in stipulatione exigatur causa, & hoc per hanc literam: & hoc credo verius. In eo autem quod dicitur indistincte facta ad liberandū de confessione sic dico, aut hec cōfessio fit ad demonstrandum liberatione iam facta vt in confessione solutionis: tunc si in scriptis facta fuerit obligatio quinqꝫ testibus adhibitis non inscriptis duo faciunt & semper rogati: vt. s. de testib. testium. Si vero fiat confessio ad liberationem parandam: vt est in. l. tale pactum. tunc sufficiat communiter probari hic: vt. l. in contractibus. Sed quomodo si soluatur a debitore pecunia cōfessata, ante biennium aliquid opponit. ¶ Econtra videtur ꝙ sic, quia condictio indebiti fuit nata incontinenti, & durat vsqꝫ ad triginta annos cum sit personalis. de consti. pecu. l. ij. & pro hoc. ff. de dona. cau. mor. l. ꝙ debitori. propter quam legē credo hoc determinari. De hac materia habes per Dy. in prealleg. §. circa. & extra de regu. iur. c. ꝙ semel. & Rofredum in libellis suis sub tit. si aliquis rem certam tibi promisit &c. Jac. de are.

¶ De non numerata pecunia. Rubrica.

Summarium.

1 Si quis in publico instrumento confiteatur sibi numeratam pecuniam, & ipse postea neget numerationem vel scripturam & petat solutionem: an veniat audiēdus.

Contra q̄ propriā. ¶ Dic autem ꝙ hic loquitur tātum in casu qui hic ponitur quando propriam scripturam quis fecit & eam inficiatur, vel si confiteatur negat numerationem.
1 Si autem † publico instrumento aliquis confiteatur sibi numeratam & ipse postea neget scripturam vel numerationem & velit solutionem pretendere, non credo eum audiri per regulam iuris. l. nemo ex his. & de hoc ibi no. Cautela tamen est ꝙ dicatur, nego numeratam, & si appareret numeratam, dico me soluisse: & sic cum protestatione loquatur per legem. de exceptio. l. si quidem. quod facit pro eo ꝙ accusatus de homicidio negat se fecisse, ꝙ cum de eo contra eum est probatū, vult probare ꝙ ad suam defensionem fecit. Certe pro hoc credo eum debe-
a re audiri: sed cautius[a] faciat si cum protestatione loquatur dicendo se non fecisse: sed si appareret dicat se fecisse ad sui defensionem: vt dicta. l. si quidem. Jac. de are.

In cōtractibus. ¶ Diuide hanc legem in quatuor partes principales. In prima dicemus quibus instrumētis possit obijci non numerate pecunie exceptio. In secūda dicemus quibus instrumentis possit obijci non numerate pecunie exceptio. In tertia ponitur prime et secunde partis fortificatio. In quarta dicemus qualiter debeat obijci exceptio non numerate pecunie. Sed prima pars principalis subdiuiditur in duas particulas. In prima ponitur pollicitatio siue promissio. In secunda pollicitationis satisfactio. Tertia & quarta pars principalis sunt plane. Jacobus de arena.

¶ De compensationibus. Rubrica.

Summarium.

1 Creditor meus an quod debet, compensare possit cum debitore meo.

Eius quod nō. ¶ Sed nūquid
1 creditor † meus cōpensare poterit cum debitore meo, id ꝙ debet meo debitori: videtur ꝙ sic. ff. rem ratam habe. l. procurator ad extra. §. j. pro hoc de condi. causa data. l. si donaturus. Item pro hoc ꝙ possim soluere creditori debitoris mei. de neg. gestis. liber homo. de pignor. actio. l. solutam. §. solutam. maxime si nomen debitoris mei per debitorem meum qui etiam est creditor creditoris mei sit mihi obligatum, quia tunc sine dubio possum: cum ipse vtiliter sit meus debitor. j. que res pigno. oblig. possunt. l. nomen. de pignora. actio. l. si conuenerit. Jaco. de are.

¶ De vsuris. Rubrica.

Summarium.

1 Tabellio presumitur esse sapiens.

Si interrogatiōe. ¶ Sed cur aliud quando probat promissio per testes, q̄ si per instrumenta: potest reddi ratio talis, quia promissio duo cōtinet: vt de edil. edic. l. sciendum. §. dictum. & pro hoc, quia in ambiguis minimum est &c.
1 de regu. iur. l. semper. in fine. ¶ Secus in † instrumento: quia tabellio presumitur esse sapiens. extra de vsuris. c. salubriter. Jac. de are.

Summarium.

1 Debitum quantitatis recipit vsuram: specierum autem nulle sunt vsure.
2 Vsure petuntur, propter moram non soluentium, non propter lucrum petentium.
3 Vsura vocatur pena a lege.

Cum allegas. ¶ In eo ꝙ hic not. aut adijcit pena quantitati vel speciei, aut facto &c. que-
1 ritur cur non valeat. Respondeo, † quia debitum quantitatis recipit vsuram, sed specierum nulle sunt vsure. ff. de vsur. in fideicommissis. §. fi. Sed que est melior opi. inter istas Bul. vel Joannis. Potest dici ꝙ
2 opinio Joan. † quia vsure petūtur propter moram non soluentium, non propter lucrum petentium. ff. de vsur. l. cum quidam. §. si pupillo. & §. si mulier. pena petitur eo quia tarde soluitur: & sic est diuersitas in nomine non in
3 effectu. Item lex appellat † vsuram penam. si cert. pet. l. lecta. de nego. gest. qui sine. & merito, quia quod iuris est in vno est in alio: & sic sicut vsura quantitatis est prohibita ita & pena. Posset tamen dicere quis cōtra. quia vsura currit a principio contractus si hoc cōuenit: vt dicta l. lecta. §. fina. sed pena non nisi propter tardam solutionem: quia in dubijs bonum est tenere viam tutiorem, dicendum est ergo ꝙ opinio Jo. preualet. Jac. de are.

[a] ¶ De ista. q. vide p Dy. i. l. in laqueū. de acqui. re. do. & Jo. an. in. c. nullus pluribus. de re. iur. in nouell.

Summarium.

1 ☞ Usure an hodie sunt prohibite de iure ciuili.

Authentica.

Ad hec qui fructus.

1 ¶ In eo † ꝙ hic no. ꝙ Justinianus videtur
fuisse illius intentionis ꝙ vsure hodie non pe-
tantur per authen. de ecclesiasti. titu. non credo ꝙ fue-
rit huius intẽtionis, quia Justinianus ⁊ in. l. s. de heret.
quicunq;. de summa tibi epistola inter claras confirma-
uit quatuor concilia in quorum vno fuerunt prohibite:
⁊ tamen in. l. eos. j. eo. que est similiter Justinia. videtur
confirmare vsuras: vt in. l. quicunq;. ⁊ epistola, ⁊ inter
claras videtur cõfirmare quo ad articulos fidei. Quod
autem dicit glos. ꝙ non valeat cum non potuerit tolle-
re. l. superioris, super hoc modo non tractatur valeat
vel non: sed an fuerit huius intentionis vel non. Item
etiã per decretales nõ videtur prohiberi nisi clericis: sed
propter Euangelium prohibetur, et Decretum ponit
pro constanti ꝙ vsure de iure ciuili permittuntur: ⁊ di-
cit ꝙ propter hoc Justi. permiserit vsuras propter ho-
micidia que fierent nisi permitterentur, tamen quia con
traria est legi dei, non habemus iudicare secundum
leges. Jaco. de are.

Summarium.

1 ☞ Offerens partem debiti creditori an liberetur a prestatione vsurarum.
2 Quis sit effectus oblationis.
3 Oblatio que fit ad debiti liberationem an liberat debitorem, ⁊ vide duas fallentias, nu. 4.
5 Oblatio que fit ad vsurarum prohibitionem, an valeat. Et ea que fit ad euitandam pene commissionem, an valeat, nu. 6.
7 Oblatio que fit ad pignoris liberationem, an ⁊ quando valeat.
8 An per solam oblationem oriatur actio pignoris.
9 Quid operatur oblatio que fit ad more purgationem.
10 Oblatione, consignatione ⁊ depositione facta, an possit cogi creditor ad faciendum instrumentum solutionis.

Acceptam.

¶ Qui offert pecu-
1 niam † creditori aut
ad liberationem sortis, ⁊ tunc siue cum vsu-
ris siue sine vsuris debetur tota sors cum vsu-
ris que debentur offerenda consignanda et deponen-
da vt hic, ⁊ sic liberatur debitor quicquid accedat de
ipsa: vt hic ⁊. ff. de arbitr. l. si arbiter. ⁊ hec condictio de-
bet fieri congruo loco ⁊ tempore. ff. de solutio. l. si solutu-
rus. Item totius debiti: nam si vnam partẽ offerat non
liberatur. j. de solutio. obsignatione. ⁊ fallit tamen in tri-
bus casibus vbi partem offerendo liberatur primus in
libertatẽ. ff. de statu liber. l. cum heres. §. si decem. secun-
dus si debitũ non est liquidum. ff. si cer. pe. quidã. tertius
si nominatim conuenit vt fiat particularis solutio. ff. de
tuto. l. lucius. §. si vero. confert vt cursus vsurarum im-
pediatur an iam inceperant currere vsure, ⁊ tunc neces-
se est offerre deponere ⁊ cõsignare ad hoc vt vlterius nõ
currant: vt hic. j. de solutio. l. obsignatione. alioquin nõ
impeditur cursus vsurarum, vt hic ⁊. ff. de administra.
tuto. l. penul. §. actor. in fi. Si vero non ceperant currere,
sufficit oblatio siue consignatio ⁊ depositio. s. eod. si per
te. sicut ⁊ impense. ff. de arbit. celsus. in fi. Si vero ad eui-
tandum rei periculum, aut est res que recipit depositũ
⁊ consignationem, vt quia debet asinum, bouem vel a-
gnum, ⁊ tunc sufficit offerre. s. de verborum obligatio.
l. si seruus. §. sequitur. s. de donatio. ante nupt. auf. dos
data. ⁊ tunc liberatur ipso iure si speciem debet: si au-
tem genus, tunc per exceptionem. ff. de solutioni. l. qui
decem. in princi. Si autem offert ad pignora liberan-
da: aut in iudicio, ⁊ tunc sufficit sola oblatio. ff. de pi-
gnora. actione. l. si rem. §. fina. quibus modis pignus vel
hypothe. solui. item liberatus. de pactis. Si vero extra
iudicium requiritur oblatio consignatio ⁊ depositio vt
hic cum suis similibus. Si ad impediendum hypothe-
cariã actionem tunc sufficit sola oblatio. ff. qui. mo. pig.
vel hypothe. sol. l. paulus. in fin. ⁊. l. qui liberatur. Odof.
2 ¶ Circa oblationem dic † ꝙ interdũ fit oblatio ad de-
biti liberationem, interdum ad vsure prohibitionem,
interdum ad pene euitandam commissionem, interdũ
3 ad more purgationem. ¶ Primo casu dic † ꝙ non libe-
ratur debitor per oblationem: nam desideratur deposi-
tio ⁊ consignatio. j. de solutioni. obsignatione. sed licet
non liberetur per solam oblationem: tamen hoc opera-
tur, quia aut creditor recusat cum causa, et tunc nihil
operatur oblatio, quia non congruo loco ⁊ tempore: vt
de solutioni. si soluturus. ⁊. l. si creditor. ⁊. l. obsignatio-
ne. Si vero sine causa recusat potest interdum opera-
ri oblatio sola, quia aut extat ⁊ tunc non operatur ⁊ re-
manet nihilominus obligatus. Si non extat, tunc aut
culpa debitoris ⁊ tenetur, aut sine culpa debitoris ⁊ tũc
si est quantitas ⁊ liberatur per exceptionem: si species,
ipso iure: si genus, per exceptionem. ff. de solutioni. qui
decem. ⁊. l. cum debitor. ff. de doli exceptio. si opera. Ra-
tio quare aliud sit in specie ⁊ aliud in quantitate ⁊ ge-
nere est, quia qui tenetur in specie, interitu speciei libera-
tur etiam si non sit in mora. ff. de verbo. obligatio. l. si ex
legati. sed debitum generis non perit. s. si certum peta.
l. incendium. ad legem falcidiam. in quantitate. §. incer-
4 te. Quod autem † dixi ꝙ oblatio non liberat: fallit in
duobus casibus. Primus in eo qui debet tributum. j.
de suscept. ⁊ arcarijs. l. secunda. lib. xj. Alius. j. de condi.
5 inser. l. fina. Interdum † fit oblatio ad vsurarum pro-
hibitionem, ⁊ tunc aut queris de cursura aut de cepta:
si de cursura, eius cursus prohibetur incipere per solam
oblationem. s. eod. per retentionem. ⁊. l. ex predio. secun-
dum vnum intellectum. Si vero queris de incepta tunc
desideratur oblatio, consignatio, ⁊ depositio: sola au-
tem oblatio non sufficit: vt hic, ⁊. s. eod. si creditrici. In-
6 terdum fit † oblatio ad euitandam pene commissionem,
⁊ tunc oblatio videtur sufficere. ff. de arbitris. celsus. in
fine. ⁊ de actioni. ⁊ obligatio. traiectitie. de lega. j. si fun-
dum. §. fina. Non ita videtur in quolibet debito condi-
tionali ꝙ sola oblatio sufficiat. ff. quando dies lega. ced.
l. si post diem. §. item si quid. Sed huic obstat. j. de iure
emphyteo. l. secunda. vbi videtur ꝙ sit necessaria obla-
tio, consignatio, ⁊ depositio: sed potest ibi intelligi ma-
7 xime, vt ibi nota. ¶ Quarto † modo fit oblatio ad libe-
rationem pignoris, ⁊ tunc aut in iudicio ⁊ nascitur pi-
gnoratitia. ff. de pignora. actio. si rem. §. fina. ⁊. l. sequen.
Si vero extra iudicium distingue, aut queris an exce-
ptio paretur contra hypothecariam, ⁊ dic ꝙ sic. ff. qui-
bus modis pignus vel hypothe. soluitur. l. liberatus. §.
8 qui patitur. ⁊. l. paulus. in fi. ¶ Si vero † queris an na-
scatur pignoratitia actio. Dic ꝙ non, quia demum na-
scitur pignoratitia per oblationem, consignationem, ⁊
depositionem, vt hic innuit: vbi dicit, ⁊ ius pignoris tol-
litur. ⁊ pro hoc facit de pignoratitia actione. l. quo mi-
nus. j. de distractio. pigno. si residuum. s. de compensa.
9 l. in iure. Et interdum † fit oblatio ad more purgatio-
nem, hoc est quantum ad euitandum periculum inte-
ritus, ⁊ tunc operatur oblatio vt res sit periculo credi-
toris ⁊ non debitoris. ff. de verborum obligatione. si ser-
uum. §. sequitur. Sed huic instatur, quia sola oblatio
purgat moram quantum ad interitum non quantum
ad cursum. Respondeo, dominus Ro. reddit talem
rationem et dicit non purgatur mora quantum ad in-
teritum, quia intelligo in ea re que non potest con-
signari, vt homo, equus: secus si posset consignari
vt liber, quia tunc vt euitetur periculum interitus per
obligationem oportet ꝙ consequatur consignatio et
depositio.

depositio. Sed vsura debetur pro his que consignari possunt, hoc est in his que consistunt pondere, numero ⁊ mensura: ⁊ ideo operatur tantum oblatio in his que non possunt consignari quantum in aliis, oblatio et consignatio: vt in authen. vt exactio. institan. do. Alia ratio est, mora purgatur quantum ad periculum, quia sunt duo oblatio et interitus: sic esset in pecunia si esset oblatio facta ⁊ sequatur periculum, est periculo creditoris ⁊ amodo non debetur vsura. ff. de solut. si decem. in principio. Sed quando interitus non sequitur, tunc per moram creditoris non obest debitori: imo adest, quia interim recipit vtilitatem ex pecunia, ⁊ ideo soluat vsu-
10 ram. Sed queritur † an oblatione consignatione ⁊ depositione facta potest cogi creditor vt faciat instrumentum solutionis. Respondeo sic, de suscepto. ⁊ arcariis. l. j. li. xj. ⁊ vt reddat chirograpgum. ff. de condi. ex lege. l. dissolute. Sed an a depositario potest debitor repetere: videtur ꝙ sic. j. deposi. l. prima. ¶ Econtra ꝙ non, quia ille habet vtilem que prefertur directe. ff. de procurato. l. in cause. ⁊ ideo liberatur a creditore soluendo debitori: vt. ff. de condi. indeb. l. si vrbana. quia cum sit debitor liberatus, non potest eadem solutio parere liberationem ⁊ repetitionem. ff. de condi. indebi. si fideiussor. ⁊. l. cum his. sed si peruenisset, tunc habet locum qd hic dicitur, nam hoc cepit de facto. Jac. de are.

Summarium.

1 ☞ Fideiussor soluens vsuras indebitas an possit eas a debitore repetere.

1 **Constitutionib⁹.** ¶ Hic † queritur an ab eo pro quo quis fideiussit possit vsuras indebitas repetere. Et videtur ꝙ nõ: quia aut soluit ex certa scientia, ⁊ tunc non repetit, quia videtur donare, aut per errorem iuris: ⁊ tunc similiter non, quia iuris ignorantia nocet: vt. ff. mandati. si fideiussor. §. non male. Sed certe hec videtur magna iniquitas ꝙ si fideiussor soluit vsuras, cum hodie sint indebite ꝙ non possit repetere. Sed decretum extra de vsuris. peruenit. dicit ꝙ sic. Sed potest esse ꝙ si dicamus ꝙ non possit repetere a principali: ꝙ solum possit repetere a fideiussore condictio ex lege. seu cano. ab eo cui soluit primo. Jaco. de are.

Summarium.

1 ☞ Si actioni personali est prescriptum non potest agi personali pro vsuris, quod ⁊ in hypothecaria locum habet.

Eos qui. ¶ Dic ꝙ lex ista diuiditur in duas partes principales. In prima parte prohibentur vsure peti post certum tempus. In secunda parte vsure permittuntur stipulari ⁊ exigi vsq; ad certã quantitatem. ¶ Et prima pars principalis subdiuiditur in quinq; particulas. In prima pollicetur ⁊ dicit se reducturum grauissimam molem vsurarum ad mediocritatem. In secunda reducit ⁊ cassat quantitatem vsq; ad quã possumus stipulari vsuras. In tertia punit duplici pena aliter stipulantes. In quarta prohibet facere fraudem huic legi. In quinta nominat duas fraudes quas possent creditores excogitare: quarũ est vna latens, alia
1 patẽs. ¶ Dic ꝙ vbi personali † actioni est prescriptum nõ possunt peti vsure per modum personalis actionis, ⁊ si est prescriptum hypothece non potest agi hypothecaria pro vsuris: sed remanente principali actione, vel per modum personalis vel per modum hypothecarie potest agi etiam pro vsuris. vnde licet sit prescriptum triginta annis personali, nihilominus tamẽ durat hypothecaria ꝑ principali debito sicut durabit pro vsuris, ⁊ si prescriptum est hypothece per decem vel viginti annos, nihilominus durat principalis obligatio, ⁊ ad principale, ⁊ vsuras. Jaco. de are.

¶ De nautico fenore Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Propter illicitum publicatur licitum.

1 **Cum ppona⁹.** ¶ No. ꝙ † propter illicitum publicatur licitum: ⁊ facit pro questione qua querit. Aliquis impetrauit licentiam portandi vnam rem licitam, portat cum ea rem illicitam, an perdit totum: vel si cõcessum est portare decem modia bladi, si vltra portat nunquid totum publicabitur? ⁊ est dicendum ꝙ sic per hanc legem. Et hoc ideo quia in naui vel plaustro omnia continebantur: secus si cum aliquis habeat licentiam ducendi decem porcos extra districtum ducit viginti: nam tunc quilibet est per se nec continetur in aliquo, vt. ff. de aqua pluuia. arcen. l. j. §. illud. Jac. de are.

¶ Depositi. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Depositarius dicẽs rem depositam ad se pertinere an eam retinere possit.
2 Volens retinere rem depositam pro expensis in ea factis an possit.

1 **Si quis.** ¶ Sed quid † si rem depositam apud te dicis tua, an per hoc poteris retinere. Et videtur ꝙ sic: nam non est depositum in re sua. ff. depositi. bona fides. ⁊. l. qui rem suam. At priuilegium videtur dari actioni depositi: qd ergo hic dicit, vel in rem: dicit de ea actione in rem loqui que cõpetebat nomine alterius rei que dolo erat perdita. argu. tamen contra. j. locati. si
2 quis conductionis. Sed an † pro expẽsis factis in re deposita potest retineri quousq; satisfiat de his. Et videt ꝙ sic: sicut in commodato. ff. commodati. in commodato. §. postea. ⁊ in colono. ff. de acquir. posses. l. si rem. ⁊ de hoc not. ff. eod. l. si apud. ⁊ in. l. si plures. ⁊ nota Azo. in summa in quibus cau. in integ. restitu. necessa. non est. in commentatione. ⁊. l. in minorum. nam in illis legibus dicitur ꝙ tenetur de interitu si non habuit iustam causam litigandi, puta pro expensis. Sed potest responderi, ibi non dicitur ꝙ competat retentio propter expensas: sed ibi dicit ꝙ aliquis propter hoc potuit iuste dubitare: ⁊ sic ꝙ dicitur ꝙ iustam causam habeat litigandi propter expensas, dic id est iustum errorem. Sed tunc opponitur, ipse errauit in iure si potuit retinere ⁊ non retinuit: ergo non fuit iustus error. Respondeo, iuris ignorãtia nocet tantum: vt. ff. de iur. ⁊ facti ignoran. l. iuris ignorantia. Jac. de arena.

Summarium.

1 ☞ Regula, melior est conditio occupantis quando locum habeat.

Superuacuam. ¶ Dic ꝙ interdum debetur plurib⁹ ⁊ ex pluribus cõtractibus, interdum debetur ex vno contractu. Si ex pluribus debetur ab vno ex pluribus contractibus, tũc
1 regula † est ꝙ melior sit conditio occupantis. de reg. iur.

pares. fallit tamen quando per vim extorsit. Item quando debitor gratificatus est, et quando vi possessa erant bona. de his que in frau. credi. pupillus. et l. qui autem. §. sciendum. et de bo. autori. iudic. possi. l. si non expedierit. Item nisi superuenit priuilegiatus, quia tunc prius habetur ratio eius. quod cum eo qui in alie. pote. l. sed ante. de peculio. ex facto. Item fallit. j. de priuile. fisci. l. cum pecuniam. ff. qui potio. in pigno. hab. l. si pretor. Si vero debetur pluribus ex vno contractu, tunc considera aut possidet vnus heredū suā partem pro indiuiso, aut pro diuiso. Si pro indiuiso, tunc non potest conueniri a coherede. ff. de rei ven. papinianus. §. si ex equis. si pars hered. peta. l. j. §. si ego. Si possidet pro diuiso, tunc aut possidet suam partem pro diuiso rei debite hereditati, et non hereditatem, aut hereditarie et non debite, aut rei hereditarie et hereditati debite: si possidet suam partem rei debite hereditati et non hereditarie, vt quia aliquis tenebatur dare defuncto certam rem vel pecuniam, et ipse debitor vni agenti satisfecit, et tunc non potest ab eo peti. ff. de inoffi. testa. si filio. ¶ Si vero est res hereditaria non hereditati debita, tūc tenetur familie herciscunde, et sic loquitur. l. item labeo. ff. famil. hercis. Si vero sit res hereditaria et hereditati debita, aut sunt socij, aut non: si non sunt socij, tunc aut est diuisibilis vt pecunia, frumentū, pondus, et tunc si vnus recuperat suam partem non potest conueniri: et sic loquitur hic. ff. depositi. l. j. §. si pecunia. Si vero est res indiuisibilis vt homo et equus, tunc non potest habere suam partem sine parte alterius: et quod fiat differētia inter res diuisibiles et indiuisibiles dicit lex. de solutio. cum stichus. Si vero sint socij tunc propter vinculum fraternitatis communicant. ff. pro socio. verum. §. si cum res. nisi in casu. ff. pro socio. titius. Jaco. de arena.

¶ Mandati. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ An procurator potest agere vt constituatur sibi salarium a domino.

1 Aduersus. ¶ Sed an † procurator potest agere vt constituatur sibi salarium. Videtur quod non. de procur. l. litem. ff. manda. l. qui mutuam. §. salarium. vbi dicit: nec extra ordinem etc. ¶ Econtra videtur quod sic, quia in aduocato constituitur: et aduocatus est omnis qui quocunque modo liti patrocinatur. ff. de varijs et extraor. cogni. l. j. §. aduocatus. et hoc credo verius. Non obst. l. litem. quia mandatum est gratuitum et gratiam confert, subaudi, et ideo mereretur habere gratiam, quare non agitur mandati vt constituatur: sed officio iudicis petitur constitutio. Jac. de are.

Summarium.

1 ☞ Fideiussor de euictione cuiusdam rei petens se liberari ab obligatione fideiussoria nondum mota questione, an debeat ab obligatione liberari.

1 Si pro ea. ¶ Si querit† an si quis fideiussit pro euictione cuiusdam rei vendite, et petat se liberari ab obligatione fideiussoria nondum mota questione de re, an debeat extrahi de obligatione. Dicunt quidam quod sic, si diu stetit in obligatione, per. l. lucius. Sed dic quod non: quia dicit si diu reus in solutione cessauerit, et sic fuit in mora soluendi: at hic non potest dici cessasse antequam euincatur. Item quia est sub conditione obligatus, nam nec cessit, nec venit dies. institu. de verb. oblig. §. ex conditionali. ff. de verbo. signific. l. cedere diem. pro hoc. ff. solu. matri. l. facere posse. Jac. de are.

Summarium.

1 ☞ An morte mandantis finiatur mandatum.

1 Mandatum. ¶ Sed an † morte procuratoris finit mandatū. Dic quod sic in iudicijs, etiam re non integra. ff. de iudicijs. l. tam ex contractibus. in alijs contractibus re non integra heres complet. ff. eo. mandatum distrahendorum. Jaco. de are.

Summarium.

1 ☞ Simulate cessiones non reprobantur a iure, dummodo fiant sine calumnia.
2 Cessiones que fiunt causa vexandi creditores sunt calumniose, ideo reprobantur.
3 Cessio calumniosa non potest exigi nisi vsque ad quantitatem numeratam.
4 In dubio cessio non presumitur calumniosa nisi probetur contrarium.
5 Tribus casibus presumitur cessio calumniosa.

Per diuersas. ¶ Diuide hanc legē in duas partes principales. Prima loquit de cessionibus simulatis que habent fieri quādo pro paruo pretio ius alicui competens relaxandi animo ceditur: et durat vsque ad. §. si autem. Secunda in cessionibus nō simulatis. ¶ Prima subdiuiditur in quinque partes. In prima ponit Justiniane legis proemiū: in quo ponitur dictum et ratio dicti. In secunda prohibet cessiones fieri: in qua ponit etiam dictum et rationem dicti. In tertia punit faciētes cōtra prohibitionem. In quarta permittit fieri cessiones in quatuor casibus. In quinta concludit. ¶ Glos. in lege ista vtitur talibus verbis, scilicet quod lex ista loquatur in cessionibus simulatis: et vbicunque tractat de hac materia vtitur huiusmodi verbis, sed certe si discurras per totam hanc legem nunquam inuenies in
1 hac lege hec verba vel similia, nedum† quia iudicio meo simulate cessiones non reprobantur a iure dummodo fiant sine calumnia. Quid enim si dum abhorreo litē cedo tibi actionem vt periculo meo exigas? Certe huiusmodi cessio bene valet. arg. ff. manda. l. si mandauero. §. interdum. et de alie. iudi. mut. cau. facta. l. non solum. §. j.
2 Loquitur ergo lex ista† in calumniosis cessionibus que fiunt causa vexandi debitores: vt manifeste in litera colligitur. Est ergo intellectus huius legis in summa: quia in prima parte vetat calumniosas cessiones fieri, et presumo regulariter omnes calumniosas propter rationem illam: certum sit etc. intercedat iusta causa, vt in fi. ibi: a
3 lijsque causis etc. ¶ Secūdo dicit† quod si fiat cessio propter calumniam data aliqua pecunia, si nō tanta quanta est cessio quod nō potest exigere nisi vsque ad quantitatē quā numerauit, et omnes cessiones pro minori pecunia factas presumo calumniosas, vt sic non possit exigi nisi ad quātitatem numeratam, vt ibi: nulla est etc. preterquam in quatuor casibus hac lege numeratis. Et dic, aut constat cessionem calumniosam: aut constat nō calumniosam, aut dubitatur. Primo casu non valet, vt hic in prin. et ne lic. poten. l. fi. Secundo casu valet, vt per totum tit. de here.
4 vel actio. vendi. Si† autem sit dubium non presumo calumniosam, licet sit actum inter cedentem et cessionariū vt commodum sit cedētis, vt. s. probaui. Item non presumo eam calumniosam si deficiat nomen contractus, dum adsit ibi iusta causa, vt in casibus qui ponūtur ar. l. et ar. s. de procur. l. qui stipendia. Sed ex paruitate pretij presumo eam prima facie calumniosam, vt ibi: tamen etc. sed hec presumptio potest tolli per contrariam probationem: vt quia probo quod exposui nomen venale, nec inueni qui daret plus. ar. ad le. fal. l. querebatur. Itē
5 presumo† eam calumniosam tribus casibus qui ponuntur in. l. seq. Jaco. de are.

Ab anastasio.

AB anastasio. ¶ Diuide hāc legē in quinq̧ partes. In prima ponitur superioris legis cōmendatio, & breuis repetitio. In secunda precogitatur ex superioris legis tenore fraus siue machinatio. In tertia ex cōtractibus predictā fraudē siue machinationē continentibus pene impositio. In quarta scđa excogitata fraus siue machinatio. In quinta in supradictis conclusionibus huius legis limitatio. Jac.

¶ Pro socio. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Offerens pecuniam ad societatem, an debeat habere capitale suum saluum.
2 Unus ex socijs ponens operas & alter pecuniam, an cōmune experiantur periculum.

1 **SI societatem.** ¶ Queritur gloss. an † ille qui pecuniam cōtulit debet habere capitale suum saluum. & dicit glos. qđ in dubio presumitur communicata pecunia: licet alia sit consuetudo huius ciuitatis & aliarum: sed certe videtur ꝙ sit illud ius cōmune qđ glos. dicit ꝙ est consuetudo. & dico ꝙ tantū lucrum est cōmune & capitale saluum: vt patet. ff. pro soc. cum duobus. §. damna. & §. item si ex facto. Non obstāt l. j. & ij. eo. tit. quia loquuntur quando vtriq̧ rem conferebat: nam quare deberet socius meus habere meā pecuniam: diceret aliquis quia ponit operam: sed certe & ego pecuniam que est opere velamētum: vt dicta. l. cum
2 duobus. §. j. Ad aliam † autem questionē que fit in glos. si sors sit amissa: an debeat tantūdem reponere, & an sit cōmune periculum. glos. dicit ꝙ non est cōmune periculum, sed finita est societas. Itē receptione rei &c. sed certe ego credo ꝙ damnum sit cōmune ita qđ alter qui ponebat tantū operam teneatur partem pecunie soluere: vt. ff. eo. tit. cum duobus. §. quidam saga. Sed queritur an iste qui posuit operam tātum debeat ponere suis expensis soluendo vecturas nauium &c. & videtur ꝙ sic. ff. de oper. libe. ꝙ nisi. Item quia ideo habet partem quia nauigabat solus. ff. eo. si non fuerit. Econtra videtur ꝙ non, cum lucrum videatur deductis expensis. ff. eo. mutuis. sed deducentur expense & residuum tanꝙ lucrum diuidatur inter eos: vt dicta. l. mutius. Unde credo deduci nisi actum sit in contrarium vt contingit in colonis partiarijs: nam ibi agitur qđ suis expensis arent & seminent & omnino faciāt: nam pretium opere artis est velamentum: vt. d. l. cum duobus. §. j. Jaco. de are.

¶ De cōtrahenda emptione & venditione. Rubri.

Summarium.

1 ☞ Iudex eius loci in quo pupillus habet domicilium habet interponere decretum, nō vero iudex eius loci vbi site sunt res.

1 **VEnditiones.** ¶ Sꝫ pone † aliqs minor Paduanus vendit rem existētē in territorio Parmēsi: quis iudex interponet decretum iste vel Parmēsis. Et videt ꝙ Parmēsis. de pred. mino. l. si predium. Ecōtra videtur ꝙ iudex loci vbi agit negotium. j. de donat. l. in hac. pro hoc. ff. de reb. eo. magis. §. illud. in hoc ita videatur dicēdum ꝙ siue iudex loci vbi minor habet domicilium interponat decretum siue iudex loci vbi posita est res, credo venditionem valere & decretum iure interpositum: nam iudex loci vbi pupillus habet domiciliū habet iurisdictionem in eū, nā hic posset cōueniri & sentētia ab eo lata ei preiudicat tanꝙ a suo iudice lata. j. de pscrip. x. vel. xx. an. l. fina. ergo potest authorari: vt dicta. l. magis puto. §. illud. sed etiam alter in cuius territorio est res habet iurisdictionē in eū: & potest coram eo conueniri, & sic decretū interponere. j. de predi. mino. l. si predium. Dicunt quidam ꝙ vterq̧. arg. de excu. tut. l. iurisperitos. §. j. & hoc esset meum consilium: sed dato ꝙ non fieret, credo ꝙ alter sufficiat per dictas leges. Jaco. de are.

¶ De rescindenda venditione. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Transactio an rescindatur propter deceptionem vltra dimidiam iusti pretij.

1 **SI voluntate.** ¶ Sed an transactio rescindat̄ propter † deceptionem vltra dimidiā iusti pretij. Uidetur ꝙ sic. ff. de transac. l. qui cum tutoribus. §. qui per falsam. sed contra est ad trebelli. l. lucius. §. fina. & ibi nota. Jacob. de arena.

¶ Si propter publicas pensitationes venditio facta, non fuerit celebrata. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Minor annis sponte debet authorari.
2 Minor nollens authorari an compelli possit, quidve eo nolente fieri oportet ad hoc vt valeat actus.

SI quis fundū. ¶ In fi. Sed si necessaria est autoritas tutoris vel curatoris & ipse nollet authorari & sic ven-
1 ditio fieri non poterit: nam † ipse spōte debet authorari. ff. de auto. tut. l. j. in fi.
2 Sed potest dici † ꝙ per iudicem compellatur cōsentire & authorari. Uel dic qđ hic dicitur debet adesse, intelligitur vt debeat vocari vt adsit vēditioni, id est negotio propter qđ fit venditio, qꝛ denunciabitur ei vt soluat. ff. de verb. obliga. l. si ex legatis. vt in prealleg. l. is cui. §. cessatum. al's diceremus ꝙ vbicunq̧ condemnetur minor & res capitur in causam iudicati & post vēditur ꝙ opus sit tutorem authorari, qđ est cōtra cōmunem obseruantiam. quare credo proxi. bene dictum ꝙ sine autoritate tutoris possit fieri per dictum. §. Jaco.

¶ Sine censu vel reliquis. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Si dominus alij fundum in emphyteosim locauerit propter cessationem solutiōis canonis, an neominus poterit ab emphyteota id quod cessatum est exigere.
2 Personalis obligatio non sequitur fundum.
3 Emphyteota nō tenetur ad furtum nisi cōuentum sit.
4 In quo differat fictus a tributo.
5 Is in quem alienatus est fundus si cessat in solutione fictus, quomodo consulatur domino aduersus eum.

REi annonarie. ¶ Ibi agnoscere. Sed nunquid † erit idem in ficto. Pone ꝙ locaui fundum meum in emphyteosim: emphyteota cessauit soluere fictum per annum, postea illum fun-
1 dum in alium alienauit nunquid potero exigere fictum in quo cessatum est ab illo in quē alienatus est fundus.

Videtur ꝙ sic.arg.huius litere, ⁊.ff.de publi.⁊ vectig.l. imperatores. Sed dic cõtra. quia ille in quem alienatus est fundus:nullo iure obligatus est mihi:quoniã mecum
2 non contraxit,cũ iure † caueatur ꝙ personalis obligatio non sequitur fundum.ff.ad tertul.l.j.§.si heres.ff.de contrahen.emp.⁊ ven.l.fi.vnde petere debeo ab eo tantum cui locaui ⁊ dedi fundum in emphyteosim:quia est obligatus actione personali, videlicet quia mihi promisit ⁊ conuenit prestare fictum.Nec obst.l.ista nec etiã illa imperatores: quia in eis nulla erat obligatio personalis:sed tenet quilibet possessor cẽsum prestare domino rei ex illo edicto de quo fit mentio in euãgelio,de quo dicitur, Exijt edictũ a Cesare Augusto vt describeretur vniuersus orbis. Nã census iure tributũ afficit in ipsam ⁊ non personam:vnde res ipsa conuenitur pro tributo: vt dicta.l.imperatores.⁊.ff.de iur.fis.in predijs.ff.de cen
3 sib.cũ possessor. secus est in ficto, quoniam fictus † non debet nisi interueniat contractus: ex quo conueniatur
4 emphyteota ad prestandum illum: quare † non est par
5 causa fictus ⁊ tributi. Quid si iste in quem † alienatus est fundus cessat in solutione ficti,qualiter cõsuletur domino aduersus eum:nam ipsum non habet obligatum vt predixi. Respõdeo dominus debet rem vendicare ab isto nouo possessore, si ipse excipiat ⁊ dicat domino non apertum vobis ius vendicandi:quia nondum cessatum in solutione fictus per triennium: tũc poterit dominus replicare ⁊ dicere non prestatur mihi fictus qui prestari debet:⁊ qd tũc vendicare possit not.per hoc.ff.vsufr. queãd.ca.l.oẽs autẽ casus.§.fi.in fi. ⁊ ad hoc.ff.de pig.l. lex vectigali fundo.⁊ hec vera sunt.s.ꝙ dominus potest rem illam vendicare,nisi inuestisset scdm emptorem de nouo:quia tunc nõ posset vendicare,nisi per triennium cessasset soluere fictũ, vt.C.de iure emphy.l.fi.vltra medium. in verbo,idoneus ad soluendum ⁊c. C.de allu.⁊ palu.l.ij.⁊.iij.Sed nunquid in casu illo quando emphyteota alienauit in alium possit conueniri emphyteos.de eo qd cessat is in quem fundus alienatus est.Dico ꝙ sic, quia hic alienauerat,tamen quo ad dominium rei fundum habere videtur: vt.ff.de vsufruct.l.quia qui pretio fruitur. Albertus.

¶ Si quis alteri vel sibi. Rubrica.

Multum. ¶ Diuide hanc legem in duas partes principales. In prima parte ille q emit res concepit verba emptionis in persona sui ementis emẽdo nomine suo. In secunda parte ille qui emit concepit verba emptionis non in sua persona contrahentis, sed in persona vxoris sue:quia dixit,vendis vxori mee. At prima pars principalis subdiuiditur in tres particulas. In prima ponit dictum. In secũda rationem dicti. In tertia illationem sui dicti,vel dic conclusionem ponit. Jac.
¶ Dicit glos. qd fuit hic procurator qui cõcepit verba, vt si reus.sed certe ego non video quare si nuncius concepit verba procuratoris non possit domino querere sicut si a principio fuisset procurat. vbi quereretur.de act. emp.l.iulianus.§.si procurator. sed ego dico ꝙ est procurator,est gestor ⁊ est nũcius. Item est etiam mediator, ⁊ de eo mediatore dicit hic: procurator concipit verba, gestor est: nuncius est qui concipit verba in personam domini,nam est sicut epistola.ff.de consti.pecu.qui autẽ. §.fin.nam debet dicere:talis dominus mittit me ad vos ⁊ dicit dominus meus ꝙ velet emere a vobis talem rẽ. Et hoc patet etiam per euangeliũ:quia dominus mandauit discipulis suis vt irent ad faciendum parari pascha. ⁊ dixerunt:dicit dñs,apud vos facio pascha. non autem debet dicere, vt dicit glos. vendis illi.nam hec nõ sunt verba nuncij. Item nec verba stipulationis debet dicere:⁊ ista videntur verba stipulationis vendis vendo,dico ergo qd hic fuit mediator qui concepit verba ⁊ habet concipere vendis tali ⁊ dixit vendo, ⁊ ex hoc non datur actio nec vni nec alij: sed acquiritur dominiũ cui traditur, primo a domino si proprio nomine recipit: nõ autem intelligitur qd conceperat vt nuncius, nam factũ nuncij potest haberi ratum, licet non fuerit legitimum, vt.ff.de diuor. si penituit. ita ⁊ hic deberet posse ratum haberi si procur. fuit, ⁊ concepit verba vt nuncius. Jac.

¶ Si mancipium ita fuerit alienatum vt manumittatur. Rubrica.

Summarium.

1 Furtum non committitur eius rei que pro derelicto habetur.

Aquidem. ¶ Sed cõtra ad hãc legem j.de his quib.vt indig. Alia vbi sufficit de facto cõtra fieri, ⁊ si de iure nõ valet ⁊ in penam inciditur. Respon.aliud in pena legali,aliud in conuentionali. In pena legali loquitur lex alia:nam ideo cõmittitur pena legalis, q2 fit contra ius, non fm ius: vt patet.ff.de adul. l.eum qui duas. qd est verum quando probatur per legẽ delictum verum esse, non al's: nam si lex non probat esse delictum non sufficit de facto fieri ad penam cõmitten
1 dam:vt † si intendo furari rem que est pro derelicto, vel que est mea, vel q2 voluntate illius habeo quã nõ credo habere, in his omnibus nõ cõmittitur furtum: quia lex noluit esse delictum.j.de plagijs.preses.ff.de fur.falsus. §.ij.⁊.l.inter omnes. Item in pena cõuentionali aut fuit cogitatum de puniendo nudum factum:⁊ tunc nudum factum punitur, ⁊ sic loquitur.s.de transac.l.vbi pactũ. ff.de trãsac.l.qui fidẽ.⁊.l.si pacto. Si vero intendit puniri effectus, ⁊ tũc nõ sufficit fieri nisi ex illo facto effectus proueniat, vt hic. Si vero sit dubium quid voluerit: presumo ꝙ voluerint puniri effectum non nudum factum. de verb.obli.cõtinuus.§.penul.⁊ ideo solent dici in contractibus ꝙ nec de iure nec de facto contraueniat, al's cõmittitur pena. Jaco.de are.

¶ De rerum permutatione. Rubrica.

Summarium.

1 Permutatio est contractus innominatus et sola penitentia dissoluitur, ⁊ ex illa agitur condictione causa data.

Ex placito. ¶ Sed quid si dedi quod conueni, tu vero nõ: volo repetere quod dedi, tu vero vis dare qd conuenisti, an per hoc me repelles a cõdicendo quod dedi. Et videtur ꝙ sic, quia tu adimples quia paratus es dare ⁊ sic proximus es danti: vt in auf. vt exac. instan. dotis. in fi. sicut ⁊ alibi: nam vt non tradita re disceditur ab emptione, si retro restradatur disceditur. ff. de pactis.l. ab emptione. sed lex dicit ꝙ si aliquis tanꝙ procurator vendit rem meam ⁊ tradit, deinde mecum conuenit emptor ꝙ res reddatur procuratori meo ⁊ pretium non petatur: si agat procurator ad pretium, repellitur exceptione si ille paratus sit rem tradere.ff.de pac.
1 si cum emptore.in fi. ¶ Sed ecõtra non videtur, quia † permutatio est contractus innominatus, ⁊ sola penitentia dissoluitur: vnde cum non dedisti est mihi nata condictio causa data ad recuperandum quod dedi cum penitui, ⁊ sic iam contractus est dissolutus, nã potest quis penitere vel re integra quilibet vel postea qui dedit, nam penitẽtia facit oriri condictionem causa data in contractibus innominatis.ff.de condic.cau.data.dedi.§.sed si tibi. vnde cum a te nihil est factum, penitentia mea dissoluit contractum, ergo non audieris volens facere, vt d.l.dedi.§.sed si tibi.sed si aliquid fecisses nõ per hoc. de condi.cau.data. quod seruus. istud autem certum est ꝙ mihi

mihi est vestitum non tibi, vt tenet glo. per. l. si certis annis. de pactis. Jac. de are.

A lege. ¶ Dicit glos. not. ꝙ refert cum aliquid do vt aliquid facias ⁊c. Uos dicatis melius ⁊ apertius cũ dono, ⁊ legem appono aut gratia tui: vt accipe hanc pecuniam ⁊ eme caligas, licet non emeris caligas sed frumentum non repetam, quia fuit causa impulsiua non finalis. ⁊ sic loquitur. ĩ. de donatio. l. ij. in fi. de condi. ⁊ demonstra. titio. §. j. de dona. inter virum et vxorẽ. l. sed si mors. in fin. Si vero appono legem gratia mei: vt do tibi vt des mihi, tunc habet locum, ꝙ si non impletur ago vt impleatur, vel repeto quod dedi vt dicit hec litera: nam in contractibus innominatis habet locum illa consideratio, eram al's facturus vel non. s̃. de pact. inter emp. cum te. de rescin. ven. ea. Jaco.

¶ De locato ⁊ conducto. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Dominus horrei suscipiens in se periculum casus fortuiti tenetur, si vero non suscipiat tenetur solum de leuissima culpa: si autem nihil sit dictum ſm naturam contractus venit dolus ⁊ lata culpa ⁊ leuissima.
2 Non valet pactum quod quis de dolo non teneatur.
3 Si qs renũciet custodie horrei: qño hoc venit intelligẽdũ.

1 **Dominus.** ¶ Dicit † ꝙ si domin⁹ horreorum suscipit casus tenetur. ĩ. eodem. ex diui. in fi. ibi, sed quia domini ⁊c. ⁊ sic intelligitur. ff. eo. dominus. nam non potest recipere. ff. eod. opus. in fi. ⁊ l. si quis fundum. in princ. ⁊ l. licet. ⁊. s̃. eo. l. ij. Si vero non recipit periculum casus fortuiti expresse: tunc aut simpliciter promisit prestare custodiam, ⁊ tũc tenetur pro custodia, id est pro mercede quã accipit pro custodia ad culpam leuissimam non de casu: vt hic, ⁊. ff. eo. l. qui mercedẽ pro custodia. Si vero nihil sit dictum, tunc ſm naturam cõtractus venit dolus lata culpa ⁊ leuissima, quia hoc est in contractibus qui contrahuntur gratia vtriusq;. ff. de regu. iur. contractus. ⁊ commod. si vt certo. §. ij. Si vero renunciauerit custodie: tunc non tenetur nisi de dolo ⁊
2 lata culpa: ⁊ quare de his tenetur bene scis: quia † pactũ ne de dolo teneatur non valet, ergo renunciatio custodie facit nihilominus eum teneri de dolo ⁊ lata culpa. Quod autem non valeat pactũ ne de dolo teneatur dicitur cõmod. in commoda. in princi. ff. deposi. si vnus. §.
3 illud. Sed qño † intelligitur renũciari custodie. Respõ. si dixit custodiatis q2 nolo custodire. ff. nau. cau. sta. l. j. §. j. Itẽ si tradidit claues vt cõtingit in hospitib⁹ qui dant claues, ⁊ tunc renunciant custodie, ⁊ nõ tenetur nisi de dolo ⁊ lata culpa. de contrahen. emp. l. clauibus. Et dic hoc verum si ab exordio dedit claues, secus si iam recepisset in ea: vt no. ff. eo. l. si vt certo. §. si de me. Itẽ quãdo habebam homines ad custodiam qui recipiebant bladum ⁊ ponebant in horreis ⁊ dominus horrei erat ibi, ⁊ cum dicebatur aliquid domino ⁊ ipse dicebat, eatis ad tales qui sunt ibi, loquamini cum eis, ⁊ tunc videtur renunciare custodie, quia non tenetur custodire, sed custodes ibi appositi: ⁊ tunc dñs nõ tenetur nisi vt prestet custodes, ⁊ sic loquitur. ĩ. eod. ex diui. ⁊ non tenetur dominus tunc nisi de dolo ⁊ lata culpa: ⁊ vbicunq; ⁊ quãdocũq; dixi dominũ non teneri, tenetur tamen vt custodes exhibeat ⁊ familiam vt torqueantur: vt dicta. l. ex diui. ff. eo. dñs. nõ ergo credet aliquis qd hec lex habeat locum quãdo aliquis locat stationẽ suam, vt si res surripiantur de ea qd ipse teneatur, quia nõ tenetur. Jaco.

Summarium.

1 ☞ Locans operas an possit mercedem petere.

1 **Aduersus.** ¶ Sed queritur † qñ qs locauit operas an possit mercedẽ petere. Et dicit hic ⁊c. glo. ⁊c. Sed certe prima opi. hic videtur bona de rigore: quia actio ex contractu non datur nisi implenti, vnde si vult mercedem faciat domũ, ⁊ si dominus vult agere vt faciat domum det pecuniam sicut in emptore ⁊ venditore cõtingit. ff. de act. emp. l. qui pendentẽ. Jac.

Summarium.

1 ☞ Si conductor non soluat domino pensionem, an possit expelli.

1 **Ede.** ¶ Dicit glos. ꝙ licet non teneatur soluere † conductor prius, si tamen nõ soluat potest repelli. Sed hoc videtur mirabile, quia per hoc peruenitur ad illud qd supra est negatum: sed potest responderi quia hoc dictũ inducitur ab eo qd postea dixi, sed hoc quia qui nititur ex contractu debet compellere: nam dicit dñs exeas de domo quia mea est, ⁊ si ille dicit excipiendo tu locasti, videtur agere. de excep. l. j. vnde sicut non possum agere ex contractu nisi soluta pensione: ita nec excipere potes nõ soluta pensione: nam dicet dominus nõ expello te ex natura conductionis, sed quia tenes domum meam: vnde si excipis ex contractu de contractu debes soluere pensionem. Et dicit ꝙ in quatuor casibus huius legis conductor repellitur hospitij siue iudicij: sed an colono licet resistere al's preterq̃ in istis casibus quatuor, ⁊ videtur ꝙ sic. Sed si protestetur ꝙ vult tenere pro locatore. ff. vti possi. si duo. §. cum inquilinus. sed certe illa litera non dicit de inquilino sed de domino qui vult reficere colono resistente ita ꝙ datur actio domino contra inquilinum. Et dic ergo si habet iustam causam vt propter expẽsas ꝙ potest resistere. ff. de vi ⁊ vi ar. colonus. de acquir. pos. l. si quis rem. al's non, nam ego dominus possideo ⁊ violẽtiam licitam facio: nam quilibet potest defendere possessionem suam propter vim. ff. de vi ⁊ vi ar. l. j. §. vi possidere. ĩ. vnde vi. l. j. nam cum possideat, domino nõ potest contradicere, sed ipse habet actionem contra me, sed nõ de violentia, ⁊ teneor act. ex conducto ad omne damnũ ⁊ etiam ad id qd consequi possit. ff. eo. si fundum. ⁊ l. si in lege. §. j. Jaco. de are.

Summarium.

1 ☞ Res aliena in fundum conductum illata domino rei sciente ⁊ non contradicente, an videatur hypothecata pro pensione fundi.
2 Tacitus consensus nisi sit dolosus non preiudicat in obligatione rei sue.

1 **Certi iuris.** ¶ Queritur in gl. quid † si in domum vel in fundum cõductum rem alienam quis inferat domino rei sciente ⁊ non contradicente, an sit obligata. Et videtur ꝙ sic. ff. de pigno. act. aliena. Sed ego magis tenerem ꝙ non: nam non credo
2 ꝙ † tacitus consensus nisi sit dolosus noceat in obligatione rei sue: nam dolosus bene preiudicat, vt si patitur rem suam obligari tanq̃ debitoris: vt. s̃. ad vellei. si fine. sed vbi non potest simulatio aliqua apparere, vt est cum rem alterius infert in domum cõductam: non credo ꝙ sit obligata. nam ea obligãtur ⁊c. vt. ĩ. que res pig. obli. poss. l. qui filios. Jaco.

Emptorem. ¶ Dicit gl. ꝙ si colonus resistat qd nõ tenetur: sed certe emptor potest repellere eũ iuste, ergo colonus facit iniuste si resistit: facit enim iniuriam mihi si vtitur meo iure me inuito. ff. de act. empt. l. qui petente. lex autem vti possi. si duo. §. si inquilinus. non dicit ꝙ possit resistere, sed aliud dicit vt ibi apparet, sed melius facit de vi ⁊ vi ar. colonus. in fin.

de acquir.poss.si rem aliquam. sed certe ibi habebat ius ad modum pignoris, quia expēsas fecerat ad vtilitatem rei perpetuam: nam qui fecit expensas in reficiendo habet rē obligatam. de pign.act.l.si necessarias. qui potio. in pig.hab.l.interdum. Jaco.

Summarium.

1 ☞ Prestatio per tempora non inducit originem obligationis.

Excepto cōsuetudinē.

¶ Potest exponi & intelligi vt teneat ad mercedē quā solitus est prestare, sed tunc cōtradicet.s. de vsucapio.creditor.ff.de oper.liber.l.operis.vbi prestatio per tēpora non preiudicat: ad qd potest respon
1 deri † prestatio per tempora non inducit originem obligationis & cōtractus, sed pbata locatione per vtriusq partis consensum, quia vterq confitetur de locatione, sed de quantitate prestationis est questio: quia dicit dns tu debes prestare tantū, dicit ille non nisi tm̄, nam tunc prestatio facta per tempora declarat quātitatem debitā. & de hoc est decreta.extra de censib.c.ex parte. & ad hoc facit.ff.de rebus dub.l.quidam. Uel dic q solitum erat tm̄ p alios prestari: & tunc colligit hic q quando aliquis moratur in domo aliqua tanq inquilin⁹ q debeat prestare nomine pensionis tantum quantum prestare consueuit. Facit etiam q officialis electus ad aliquod officium siue salarium, videatur electus ad salarium illud qd solitum erat prestari alijs in eodem officio constitutis.ad idem.s.de offic.rec.prouin.l.nullam.j.de admini. rerum ad ciui.pertinen.l.nō vtiq.in princi.a contrario sensu illius. Jaco.de are.

Summarium.

1 ☞ Conducens rem propriam scienter perdit possessionem rei sue, & hoc si subsit causa dominij transferendi.
2 Tot sunt genera possessionū quot sunt cause acquirēdi.

Qui rem propriam.

1 ¶ Dicit hic glos. † q possessionem perdit sciens qui conduxit rem propriam: qd debet intelligi si subest causa dominij transferendi non autem talis sicut ista est, quia hic non perditur possessio: nam
2 genera possessionū † tot sunt quot sunt cause acquirendi eius: vt de acquiren.posses.possideri.§.genera. & hoc tangitur etiam in glos.l.qd meo.& de hoc dicetur.j.l.ad probationem. Jaco.de are.

Si ij contra quos.

¶ Dicit hic in glos.q precise tenetur ad factū si hoc placet actori. & dns Azo idem tenet in summa huius ti.& dicit hoc esse regulare q precise quis tenetur ad factum meum rogatus: secus vero quando tenetur ad factum mixtum vt ad traditionem per.l.j.ff.de act. emp.& ff.de re iudi.l.si quis ab alio. & not.q qui tenetur ad factum, nō tenetur ad illud precise, sed liberatur prestando interesse. Jaco.de are.

Summarium.

1 ☞ Dominus an teneatur remittere colono pensionē pro modo anni sterilis & augere pro modo anni fertilis: distingue vt hic.
2 Si sterilitas cōtingit culpa coloni non colentis agrum cessat ratio huius legis.
4 Si sterilitas vnius anni potest compensari cū vbertate annorum precedentium nō excusatur colonus a prestatione integri census. Idem si colonus suscepit periculum sterilitatis, & nume.3.
5 Si quis locauerit fundum pro certa quantitate bladi: contractus ille non est locationis, sed contractus innominatus similis locationi.
6 An emphyteota teneatur de damno sterilitatis.

Licet.

1 ¶ Dic q interdum allegat † colonus fundi sterilitatem, interdū fructuum exiguitatem. Si allegat fundi sterilitatem: quod intelligitur diuersimode, vel sm vulgi opinionem, vel etiam sm alios que videtur bona quando non respondet expensas vt in glos. & tunc cōsidera q regulariter propter sterilitatem habetur causa conductoris vt fiat sibi remissio pensionis illius anni sterilis, vt hic & ff.eo.ex conducto.§.si vis.& §. sed si tabes. & l.si vna.§.vbicunq.j.eo.excepto. sed hoc fallit primo
2 si sterilitas † contingit culpa coloni: nam si propter cessationes culture cessauit fructus perceptio, non habebitur ratio eius, quia est obligatus eo q fundum non coluit, vt.ff.eod.l.si merces.§.culpe. & idcirco dictum est ei qui fundi incendiū allegat, eius rationem haberi si fundum coluit, al's non.ff.eod.ex conducto.§.cum quidam
3 fundi. quia quis damnum &c. Item fallit † quando suscipit periculum sterilitatis, & hoc dicit hec litera a contrario: nam periculum casus potest recipere vt hic.ff.eo. si quis fundum.in prin.& s.de pigno.actio.l.que fortuitis.ibi: nisi &c.de nego.gest.negotium.s.commo.l.j. Itē
4 fallit † quando huius anni sterilitas potest compensari cum vtilitate precedentium annorum vt hic: quando autem tunc compensetur, dicit Jo. quando facta compēsatione precedentium annorum non videtur sterilitas sm vulgi opinionem in aliquo illorum casuum. Uel sm alios quando facta ratione anni presentis & aliorum preteritorum inuenitur habere expensas & vltra, ita q nullus sterilis reperitur: vt hic & ff.eo.si vno.in princ.de annuis leg.l.legatum.§.vni.& de vino triti. & oleo lega.l.ex eo. Sed quid si nulli fructus sunt adhuc pcepti. Respō. tunc compensabuntur cum vbertate sequentium, vt sicut precedentium annorum fit compensatio, ita & sequētium: intantum q si & in remittendo pensionem dominus vtitur verbo donationis, nihilominus sequentium annorum admittatur & fiat compēsatio sequentium annorum, & habebit pensionem etiam pro anno sterili quo remisit si fuit tanta vbertas in sequentibus q possit cū sterilitate compensari. Sed quid si remisit pro anno sterili cum precedentes fuissent vberes: distinguitur vt si ignorauit possit cōpensare, si sciuit non: vt.ff.eo.l.si vno. in prin.& §.j. Interdum allegat fructuum exiguitatem, & tunc nō est habenda ipsius ratio: nam si plures solito habuisset pensionem non auxisset: vt in.l.si vno.§.cum quidam de fructuum. Interdum allegat fructuū vilitatem, credo q debet dicere vitiositatem, quia dicit vinum malum est, & nōdum maturum, tamen satis habet de vino, sed parum valet propter vitium ipsius, & tunc non habetur ratio, vt.l.ex conducto.§.suus.l.si qua tamen vitia. Interdum allegat naturale vitium quia terremotu corruit, & tunc debet haberi eius ratio.ff.eo.l.ex conducto.§.sed & si ager. Quod autē dixi habet locum
5 in colono qui numis colit. Idem concedo † si certam quātitatem bladi debebat prestare singulis annis: nam vbicunq dicitur loco tibi hunc fundū pro tanta quātitate bladi non est contractus locationis: sed est contractus innominatus similis locationi, & omnia seruantur ibi que in locatione.j.eo.exceptio. Item quia iura alleg. hic dicunt q contractus innominatus sapit naturā nominati cōtractus: vt de re.permu.l.j.de posi.l.j.§.si quis.
6 de prescrip.verb.naturalis.§.fi.& l.insulam. Sed † quid in emphyteota, charta dicit: talis locauit tali p decem sed dicit q ipse dominus nomine emphyteotico inuestiuit eum de tali fundo de quo annuatim debet reddere decem sestaria furmenti: certe tūc est contractus emphyteotus, q& talis est eius natura: licet dictum fuerit q locauit, & ideo ea seruantur que seruarentur in iure emphyteotico, & sic emphyteote erit damnum sterilitatis. Et hoc credo verum, facit tamen q habeatur eius ratio.ff.

tio.ff.eod.l.si vno.in princi.vbi dicitur idem in vectigali agro qd dicitur in locato, et vectigalis ager dicitur emphyteoticus.ff.si ager vectiga.l.j. Sed certe non credo, nam istud non est damnum faciens interitum rei, merito ad emphyteotam pertinet non ad dominum. Jac.

Summarium.

1 ☞ Periculum sterilitatis ad quem spectare debeat, an ad colonum vel ad dñm: distingue vt hic plenissime.
2 Quando dicitur sterilitas, et quando vbertas anni.

1 Excepto. ¶ Cum queritur de sterilitate † ad cuius periculũ pertineat, vtrum ad dominum vel colonum sic distingue, quia refert, an sit partiarius colonus, vel qui numis colit, vel certis annuis prestationibus: siquidem sit partiarius colonus, tunc damnum sterilitatis et omne aliud damnum pertinet ad vtrũqz et dñm et colonum, vt.ff.eo.si merces.§.vis maior. Si vero sit colonus qui numis colit vel certis annuis quãtitatibus in quo idem est: vt.s.eo.l.licet. et not., quod distinguitur, quia refert an sterilitas cõtingit re ipsa, an extrinsecus: si quidem re ipsa vt quia semen fuit vitiosum, et ideo non potuit nasci, vel propter vetustatem vinearum, vel ex consueta tempestate loci: tunc certe damnum sterilitatis pertinet ad colonum in his casibus et similibus in quibus re ipsa contingit sterilitas, vt.ff.loca.et conduc.l.ex conducto.§.j.et.ij.et.§.item alio rescripto. Si vero extrinsecus sterilitas superuenit vt propter tempestatẽ inconsuetã vel quolibet alio modo extrinseco, et hic subdistingue: quia aut precedẽtibus annis precessit vbertas, aut non: si quidem precessit fit compẽsatio precedentis vbertatis cum sterilitate presenti.s.e.licet.et.ff.eo.l.ex conducto.§.papinianus.in fi. Si vero nõ precessit vbertas tũc propter sterilitatem fit remissio mercedis siue pẽsionis: vt.ff.eo.ex conducto.§.j.et.ij.et.s.eo.licet. et hoc si nõ contingat vbertas postea annis sequentibus, quia tunc fit compensatio vbertatis cum sterilitate precedenti, et potest peti pensio primo remissa, vt in.d.l.ex conducto.§.
2 papinianus. Sed † quando dicitur sterilitas et quando vbertas, dic vt plene not.s.eod.in dicta.l.licet. et in dicta l.ex conducto.§.papinianus. sed qd dictum est.s. quod colonus potest petere remissionem mercedis, si dñs ipsum cõueniat ad mercedem, intelligit Alber.pap. esse verũ: si dominus eum conueniat actione descendente ex contractu locationis, puta actione ex locato. Si vero cõueniat eũ alia actione, puta actione ex stipulatu: quia dñs stipulatus fuit mercedem a colono, tunc secus est. Et est ratio diuersitatis quia actio ex locato est bone fidei, in quibus bone fidei iudicijs plus etiam venit quam ab initio actũ sit inter contrahentes, vt insti.de obli.que ex quasi contrac.contra.in fi. veniunt enim vsure licet nõ sit actũ nec promissum: vt.ff.de neg.gest.l.quia tantũdem. actio ex stipulatu est stricti iuris, et nõ venit in ea plus quam actum sit: vt.ff.de ver.oblig.l.si ita stipulatus.§.chrysogonus. in fin. et in eo casu loquuntur omnia iura que dicunt remissionem faciendam quando agitur actione ex locato, et non alia actione. Econtra videtur quia actio ex stipulatu videtur succedere loco act.ex locato, ergo debet esse eiusdẽ effectus cum ea.ff.si quis caut.si eum.§.qui iniuriarum. quia idem datur pro actione ex locato. Sed respondet.d.Alber. quod non succedit loco eius, quia non est sublata per hanc actionem ex locato, cum hodie non fiat nouatio nisi expresse agatur: vt.C.de nouat.l.fina. Item non succedit loco eius, quia non daretur ad vsuras nisi essent promisse, sed actio ex locato sic, si sua die non esset soluta pensio: vt.s.eod.l.proxi. Sed nunquid si veniat conductor antequam locator agat ex stipulatiõe poterit desiderare vt sibi remittatur merces. Forte sic: nec ille poterit contradicere ne quod benigne a lege collatũ est &c.vt.ff.de redhibi.ad res donatas. vel forte non poterit desiderare colonus, si locator velit agere ex stipulatu quasi sit remissum antea contractu locationis per pactum sicut aliter receditur per pactum etiam non stipulatione vallatum: vt.ff.deposi.lucius. et ad idem.s.si certũ peta.l.incendium. sed ne qd stipulatione veteri interueniat: nũquid conductor habebit actionẽ aliquam per quã possit desiderare vt fiat remissio? Dic quod sic act. ex conducto.arg.dicte.l.ex cõducto.§.j.si agatur actione descendente ex contractu emphyteoticario.s.ex conducto ex.l.que ex contractu illo.s.ti.j.l.j.not. Sin autem ex stipulatione non propter ea que dixi.ff.cõmu.di.l.cõmuni diuidundo.in prin. Alber.pap.

A probatione.

¶ Dic circa hãc materiam que subtilis est et male aperitur in gl. nostris, et vt intelligatur.l.ff.de acqui.posses. l.si rem aliquam. que prima facie non videtur habere intellectum qd interdum conducit dominus nõ possessor a possessore. Interdum possessor a domino. Interdum dominus et possessor ab alio. ¶ Primo casu quãdo conducit dominus non possessor a possessore considera, aut cõducit ignorans suam: et tunc contractus conductionis nullus est: vt in.l.si rẽ alterius. potest dici si tradatur sibi res quod perdatur possessio per tradentem qd est valde notabile, vt hic: et de vsur.ei a quo. et est ratio: quia cum conductio sit nulla, merito per me tanquam per conductorẽ non retinetur possessio.ff.de acquir.posses.l.si quis autẽ. in fi. sed licet probetur possessio: attamen restituenda est per condictionẽ ex lege, vel per actionem ex contractu antequam de dominio queratur.j.e.si quis. Si vero sciebat rem suã esse subdiuide: aut conduxit respectu proprietatis, aut respectu possessiõis. Si respectu pprietatis quasi res esset locantis, et tunc traditio est nulla.ff.de acquirẽ. posses.l.si rem aliquam. Si respectu possessionis vt quia scit alium possidere rem suam, et vult per hanc cõductionem nancisci possessionẽ: nã ratione possessionis contrahitur emptio rei sue.ff.de contrahen.emp.l.si in emptione.§.sue rei. et etiam precarium, vt de precar.l.certe. et.l.si ita. et hic consistet conductio rei sue ratione possessionis vt dicatur effectus possessionis: vt dicta.l.si rem aliquã. in fi. Interdum conducit possessor a domino, et tunc dic quod possessor trãsfert possessionem in dominum, quia modo pro alio possidet, et hac forma intelligitur, et non prima.de acquir.posses.qui bona.et.l.interdum .in princi. et §.fina. et hoc si scit se possidere al's si ignorans conduxit tunc possessionem nõ transfert, quia ignorans possessor non sic perdit possessionem: vt.l.si rem aliquam. et.l.si me in vacuam. et.l.naturaliter.§.j. Interdum idem possessor et dominus conducit ab alio: et tunc subdiuide, quia aut vtrũqz habere se scit, aut ignorat: si vtrumqz se habere se scit considera, aut precessit aliqua causa transferendi dominium et possessionem vt esset venditio donatio, et similia, et tunc conducendo transfert dominium et possessionem: vt.ff.de acquir.poss.l.qd meo. et de rei vendi.l.quedam.j.de donat.l.quisquis. Si vero nõ precessit causa dominij et possessionis transferendi, tunc nuda conductio non transfert dominium.ff.de act. et obliga.l. nunquam. ergo nec possessionem, quia tot sunt genera possessionum quot sunt acquirendi eius cause: vt.l.possideri.§.genera. et refertur ad proximum. Et ideo sicut in transferendo dominium desideratur causa, ita etiam in possessione: vt not.l.qd meo. si ergo non est translata possessio in alium, ergo penes me remansit, qd vi aut clam. cum fundum. et ad hoc facit de acquir.pos.l.si me in vacuam. et in hoc articulo potest intelligi hec litera, in eo qd dicit nemo enim &c. Si vero causa aliqua non precessit, quia non vendidi, non donaui propter quã causam ego non cõduxi: etiam si ex certa scientia, multo fortius si per errorem. Nec obst. qd dicis non bene arguis de dominio ad possessionẽ: quia video quod possessio transfertur et dominium non acquiritur.ff.de acquirẽ.posses.l.j.§.si vir. Respon. ibi est dispar dominij causa et possessionis, quia alia est causa que impedit ibi dominium, et alia que permittit translationem possessionis: nam causa subest ibi, scilicet donatio, que est iure gentium, que licet de iure ciuili non teneat, tenet de iure gentium, cum factum sic causatur a facto, et sic transit: sed cum hic non precessit

causa nec de iure nec de facto merito non transfertur,
nam ibi factum a facto potest causari hic non, quia nul-
lum fuit. Si vero vtrũq; se habere nesciuit, ⁊ tunc nihil
iure transfertur, nec in dominio: vt. ff. de acquir. re. do. l.
si procurator. nec in possessione. ff. de acquir. pos. l. natu-
raliter. §. j. ⁊ ibi not. ⁊ in. l. si me in vacuam. ⁊ ideo hec li-
tera sic in tali articulo loquitur. Idem si alterum tantũ,
qr si dominus est nullus contractus est, ⁊ quando igno-
rat se possidere nõ per hoc desinit possidere vt de posses-
sione probatur. de acquirẽ. pos. si rem aliquam. in prin. ⁊
per hãc diuisionẽ potes intelligere. l. si rem aliquã. Jac.

Si qs conductionis.

¶ Dic ꝙ non erat hic dominus ⁊ possessor
qui conduxit, nam si esset dominus ⁊ posses-
sor sibi nõ preiudicasset, nec quo ad dominium nec quo
ad possessionem. ff. de acquir. pos. id qđ. ⁊. l. si aliquã rem.
si erat dominus qui conduxit alter autem possidebat:
nonne qui locat retinet possessionem, ad quid ergo con-
ducit eam cum habeat? vt. j. commu. de vsucap. l. j. Re-
spondeo quando dominus conducit locator qui possi-
det ante locationem perdit possessionem. de vsucap. ei a
quo. sed eam recuperat per condictionem ex hac lege.
¶ Casus autem quem ponit non placet, ideo quia iam
consequeretur dñs ꝙ non transtulit locando. j. commu.
de vsucap. l. j. nam constat ꝙ possessionem non transtu-
lit quia non habebat, licet glos. aliud dicat. Ad contra-
rium auf. de agri. ⁊ censi. l. litibus. dic aut ago de posses-
sione restituenda, ⁊ tunc loquitur hic. Si vero de reditu
tunc loquitur lex cõtraria vt conueniat de proprietate,
ita tamen ꝙ satisdet: alioquin reditus sequestrantur: qr
illa est quedam questio proprietatis dum dicit tantum
reditum debeo a te habere. ⁊ hoc videtur sentire glos.
dum dicit: nam reditus petebatur ibi ⁊c. ad legem au-
tem depositi. bona fides. dicit gl. ⁊c. vel dicatis, est diffe-
rentia cum rem loco ⁊ repeto, aut qui conducit mouet
hanc questionem proprietatis ⁊ habet locum hec lex:
quia aut possessor ⁊ dominus, ⁊ tunc auditur, quia non
debet restituere qđ non perdidit, quia tunc nihil preiudi
cat conductio, vt. s. eo. ad probationem. ff. de acquiren.
posses. si rem aliquam. Si vero locaui rem quã ego possi-
debam domino rei: quia per locationem desino posside
re debet ante omnia possessionem restituere, ⁊ postea de
ꝓprietate litigare vt hic, ⁊ hoc quando de re est questio.
Si vero de reditu tunc loquitur. l. litibus. j. de agrico. ⁊
censi. Si vero alius mouet controuersiam qui venit ad
vindicandum, tunc cognoscitur de proprietate, ⁊ si ille
probauerit rem suam ei restituitur, vt in. l. bona fides.
⁊ est ratio diuersitatis: quia cum iste habet a me pos-
sessionem per conductionem dolo facit ꝙ non restituit
quod a me habet. Sed quando alius dicit se dominum
nullus dolus potest conductori imputari: super eo autẽ
quod dicitur in fi. glos. ꝙ lex dolo facit ⁊ alie leges hic
allegate habent locum in petitorijs ⁊ nõ in possessorijs
non videtur verum, quia ⁊ in possessorijs habet locum,
vt. j. de edic. diui adria. l. ij. vbi nota. ꝙ si conuentus vult
incontinenti ostendere de iure suo ꝙ auditur: sed potest
dici ꝙ est differentia agatur petitorio, ⁊ tunc obtinẽt ille
leges. Si vero agatur possessorio, ⁊ tunc aut possessorio
adipiscende aut retinende. Si adipiscende tunc conside
ratur aut incontinenti potest probare de proprietate ⁊
auditur: vt not. in dicta. l. de edic. diui adri. toll. ⁊ est hoc
verum vbi lex litẽ ordinat: vt est in interdicto quorum le
gato. vt. ff. quorũ lega. l. j. §. rediguntur. j. quorũ lega. l. j.
Si vero agitur de possessione recuperanda, tunc ante
omnia debet restitui possessio spoliato vt in casu huius
legis: nam iste possessor locando domino perdit posses-
sionẽ per. l. ff. de vsucapio. ei a quo. Uel locauit respectu
possessionis, ⁊ sic tenuit locatio ⁊ amittitur possessio: vt
l. si rem aliquã. ⁊ sic debet restitui possessio que est amis-
sa. j. ad legem iul. de vi pub. si quis a se fundum. j. si per
vim vel alio modo pertur. absen. sit pos. l. j. qđ ergo notat
in. l. si de vi. ff. de iudic. ꝙ in omni genere interdicti ⁊c.
intelligo si hoc patiatur conuentus, als habet locum
qđ dixi. Jacob. de arena.

a ¶ An emphyteota possit vineas extirpare inuito dño, no. ꝑ Alber. pap. in. q. in xx. Itẽ emphyteota nõ põt incidere arbores, imo tenet qr deteriorẽ facit fundum, vt ff. solu. ma. l. diuortio. de iure fisci. l. in fraudem. §. cõductor. de cẽsi. l. forma. §. si vites. et est casus, de vsu ⁊ ha. l. si ita. §. j.

Summarium.

1 ☞ Remotus a beneficio si postmodum aliquid occa-
sione beneficij habeat, an restituere teneatur.

1 Licet. ¶ Ibi, ⁊ qđ post. Nota hic † ar.
ꝙ remotus ab ordine quicquid
querit postea occasione ordinis tenetur resti
tuere: sic potest dici ꝙ quicquid querit cleri-
cus excõmunicatus ab ecclesia tenetur restituere, argu.
pro hoc. j. de re mili. l. j. Jaco. de are.

¶ De iure emphyteotico. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Quid interest inter emphyteosim ⁊ venditionem ⁊ locationem.
2 Emptio non est absq; pretio ⁊ pecunie numeratione.
3 Emphyteota cessans per triennium soluere canonem cedit a iure suo.
4 Alienationis verbo venit contractus emphyteoticus.
5 Quid est cõtractus locationis, ⁊ quid emphyteoticus.
6 Si fundus melioretur ⁊ augeatur, an per hoc augeri debeat pensio.
7 Periculum sterilitatis ad quẽ spectare debet inter dominum ⁊ emphyteotam.
8 Res occupate a flumine et per latronum potentiam equiparantur.
9 Pactum factum cum emphyteota vt non possit expelli, an valeat.
10 Dominus eijciens emphyteotam pro canone non soluto, an preteriti temporis possit pensionem exigere.
11 Res in emphyteosim data, an possit ex causa iudicati capi.
12 Emphyteota faciens rem sibi in emphyteosim datam deteriorem, an possit expelli.

Ius emphyteoti-

a carium[a]. ¶ Dic † ꝙ emphyteosis dif-
1 fert a venditione per se, differt a locatio
ne per se: differt communiter ab vtroq;,
Differt a vẽditiõe in pluribus, ⁊ primo
2 in pretij cõstitutione siue datione: quia emptio † non est
nisi sit pretiũ in pecunia numerata. s. de contrahẽ. emp.
l. empti fides. sed in contractu emphyteotico non statui
tur ꝙ pecunia detur imo etiã species potest dari pro in-
uestitura, nam estimatur quãti valet ⁊ non do quod e-
quiualeat rei, do tamen aliud, vt si valet centum do pro
lx. vel. lxx. vel in pecunia vel iure, ⁊ concedis mihi vt an-
nuatim soluam duos denarios vel tres: ⁊ ideo dicitur
ꝙ quia accepit in emphyteosim nõ solenniter rem eccle
sie ꝙ reddit quod dedit, ⁊ sic indeterminate ⁊ quantũ-
cunq; soluturus esset in vno quoq; anno si iure contra-
xisset. s. de sacrosanct. eccle. auf. qui res. In renouatio-
ne datur par caponum communiter. Itẽ differt ab em-
ptione in prestanda distributione: quia in emptione da-
tur vnicuiq; pretium, sed hic aliquid annuum. insti. loca
3 ti. §. ij. ⁊ ideo † dicitur in. l. ij. ꝙ si cessat per triennium sol
uere amittat ius suum, ergo aliquid annuum soluebat:
⁊ probatur etiam per. d. auf. qui res iam dictas. Item
differt in dominij acquisitiõe: quia manet dominus qui
prius erat, vt hic vbi dicitur: sed rei domino ⁊c. ⁊ pro-
batur etiam. j. l. ij. ibi: sed omnino si dominus. ⁊. j. l. iij. ff.
si ager vecti. l. j. vbi dicit: ⁊ si domini non sint, sed per vẽ-
ditionem ⁊ traditionem perdit venditor dominium et
transfert in emptorem: vt instit. de rerum diuisio. §. per
traditionem. ⁊ idcirco est alienatio nõ emptio: quia alie
natio est omnis act. ⁊c. de fundo dota. l. j. sed non contra
4 ctus † emphyteoticus est alienatio: sed videtur etiam ꝙ
cõtractus emphyteoticus sit alienatio vt in glos. Item
differt in pericul. translatione: quia in vẽditione transit
omne

omne periculum in emptorẽ nõ solum contingens post traditionem sed etiam ante.s.de pericu.⁊ cõmo.rei ven. l.j.sed hic non omne sed demũ particulare. Item differt in rei facultate, quia qui habet per emptionem potest facere quod vult, sed emphyteota non nisi primo denunciet domino, vt in.l.fina.j.eo. Item differt in solutionis cessatione, quia si cessat perdit.j.l.ij.si emptor non.de rei vendi. inciuile.s.de contrahen.emp.non idcirco. Item differt a locatione in multis, ⁊ quasi in omnibus in quibus dictum est differre a venditione, sed non eadem forma, quia differt in sui constructione: quia in emphyteotico contractu oportet aliquid presentialiter dari sed nõ in locatione, sed debet aliud dari in ea annuum, sed hic datur aliquid in presenti ⁊ constituitur aliqua merces annua: qꝺ hoc sit verum probatur per auc.qui res iam dictas. Item probatur qꝺ habet similitudinem cũ emptione, ⁊ sicut ibi datur presentialiter, ita ⁊ hic. Item probatur hoc.j.l.fina.in fin. quia datur quinquagesima pars pretij pro inuestitura noue emphyteosis. Item differt in prestando qualitatem, quia in locatione datur nomine pensionis pecunia numerata.ff.cõmu.diui.si cõuenerit. de postu.l.j.§.si quis seruum. sed hic potest prestari etiam aliud.insti.loca.§.j. Differt etiam in rei amissione per cessationem solutionis, quia conductio si cessauerit per biennium perdit ius suum.ff.locati. quero.§.j. sed emphyteota per triennium.j.l.ij. Item in rei facultate, quia emphyteota non alienat sine voluntate domini.j.l.fina. Illa autem differentia que dicitur hic in glos.ꝙ locatio non mutat dominium non placet, quia locatio perpetua bene mutat: nam neuter directe mutat, sed vtile transit, vt probatur de superfic.l.j.§.j. Sed est differentia, quia locatio potest esse temporalis si emphyteoticus contractus est perpetuus: vt.ff.si ager vec. l.j. ¶ Communiter autem differt ab vtroq;, ⁊ primo in origine, quia illi cõtractus iurisgentium sunt: hic est iuris ciuilis, q: introductus est a lege zenonis.institu.loca. §.j. Itẽ in scriptura vt hic saltem circa pacta que hic apponuntur. Item differt in actionis qualitate que est stricti iuris hoc.s.condictio. ex hac lege, sed in illis est actio bone fidei, vt in.§.actionum. Item in rerũ congruitate, quia ibi omnes res sunt vtiles mobiles: sed emptio cõsistit in rebus immobilibus, vt dicta.l.priuate rei.de excu.

5 mune. ¶ Est ergo contractus † locationis vt quando res conducitur sub aliqua annua pensione in pecunia consistens: contractus emphyteoticus est quando res datur pro pretio inuestiture cõstituta aliqua annua prestatione. Libellus autem est aliqua annua prestatio vsq; ad.xxx.annos ₰m vsum regionis: vt nota.in summa locati. Sed audiui qꝺ hic vocat̃ liuellus qui in iure est contractus emphyteoticus, nam nõ est ius. Sed quid si dicatur in contractu: dominus talis conduxit in emphyteosim talem petiam terre pro tanta annua prestatione, nec aliquid dictum est nomine inuestiture quis contractus erit. Respondeo ⁊ hoc dixi his diebus qꝺ est multum notabile ꝙ vbicũq; partes conantur facere cõtractum qui a iure habet nomen, ⁊ non potest sequi quia aliquod de substãtialibus ibi desũt: fit cõtractus innominatus similis ei. ⁊ sic hic erit contractus innominatus similis emphyteotico: vt hic dicitur per.l.j.s.de rerum permu.⁊.s.loca.si excepto.⁊ de prescrip.ver.l.naturalis. §.fin.⁊.l.insulam.⁊.l.si tibi. depo.l.j.§.si quis seruum. Si autem non dicatur cõcessit in emphyteosim: sed qꝺ dominus locat, tunc est locatio. Super eo autem qꝺ hic di-

6 citur † queritur si res melioretur ⁊ augetur, an augeat̃ pensio. distinguit glos. sed certe non videtur augeri pensio: vt.s.tit.j.l.legem.maxime cum iste contractus sit stricti iuris, ⁊ non venit in ipsum nisi id de quo actum est ⁊ cogitatum. Sed si queratur an emphyteota debeat habere augmentum alluuionis, potest distingui vt in glos.

7 aut est patens, aut latens. Sed quid de periculo † sterilitatis ad quem pertinebit: certe in locatione est questio expedita: quia spectat ad dominum, nisi aliud conuenit ⁊ nisi cum vbertate precedentiũ annorum vel sequentium possit compẽsari.s.ti.j.l.licet. Sed in emphyteota quid est: ⁊ certe quidam dicunt vt nota.ff.loca.si vno.in prin.ibi, idem in vectigali.j.de appella.l.ij.nam ager vectigalis emphyteoticus appellatur.ff.si ager vectig.l.j. ⁊.l.sciendum. Sed credo contra. quia recipit eum cum omni irruptione in auc.de non alienan.§.emphyteosis. j.de excu.mune.l.priuate.⁊ de fund.patri.l.quicunq;.⁊ per hanc etiam probatur. Sed quid si propter guerram terra data in emphyteosim non potest laborari an pertinebit periculum ad emphyteotam? Respondeo ⁊ dico ꝙ si per guerram non potest laborari est in deperdito ⁊ periculum pertinebit ad dominum: quia lex dicit

8 † rem occupatam a flumine ⁊ propter latronum potentiam nõ possideri, equiparari.ff.de bo.auto.iud.possid. l.cum vnus.in fi.⁊.l.seq.sed lex dicit qꝺ a flumine est occupatum est in deperdito.de acquir.posses.interdum.ergo ⁊ istud.⁊ sic domini sit damnum. Item nõ habẽs actionem nec rem vt dicit regula, tunc amisisse videtur.de

9 verb.sig.l.labeo.§.fina. Super autem † qꝺ hic queritur. si dominus fecit pactum ne liceat emphyteotam expellere. Dic aut fuit simplex pactum de non expellendo: ⁊ tunc nihilominus repellit si pensio non soluatur.ff.loca. quero. ⁊ hec que dicit nulla pena apponenda. Ubi vero pactum fuit de non repellendo ob pensionem non solutam: tunc quãtũcunq; cesset in solutione nõ potest repelli.s.de pact.l.si quis in conscribendo. habet enim dominus personalem ad pensionem que satis ei est. ¶ Super

10 questione autem qua queritur † si triennio elapso dominus recepit pensionem. dic si queritur an possim dare ⁊ habere pensionem: quia in hoc videtur hec questio consistere. Considera aut primo deijcio ⁊ pensionem volo: ⁊ tunc dico ꝙ licet deijciam potero petere pro preterito: vt in auc.de non alienã.§.scire.⁊ de aliena in emphy.§.si quis vero.ff.loca.l.colonus.in princi.sicut ⁊ al's video ꝙ persecutio pene nõ auffert ius rei.ff.de abolitio.l.si rem. Si vero primo habeo pensionem ⁊ volo deijcere: tunc futuri temporis ⁊ non possum.ff.de penis.l.qui in futurum.de doli excep.l.ij.§.non male. Si vero preteriti aut simpliciter ⁊ non possum quasi purgaretur mora. ff.si quis caut.l.ij. ⁊ pro hoc.ff.de vectiga. vectigalia.§.non soluendo.de eo qꝺ cer.loco.l.fi.aut cum protestatione ⁊ tunc nihilominus deijciam, quia retinui ius meum.ff. quib.mod.pig.vel hypo.sol.l.j.si debitor. Sed nunquid

11 si † res data in emphyteosim capiatur in causa iudicati tenet pignoris constitutio. Dic ꝙ sic.ff.de pigno.act. tutor.§.fina.cum res ista in bonis debitoris esse dicatur, etsi alius sit in possessione. ff.vt in poss.leg.is cui.§.cui legatorum.ff.de bo.auto.iud.pos.l.invẽditione.§.j. Pone

12 emphyteota † priuati facit rem sibi datam in emphyteosim deteriorẽ, an poterit expelli. Dicit P.ꝙ sic, quia talis contractus est contractus meliorationis, vt.j.eo.l. fi.⁊ ideo cũ rem meliorare debeat faciendo deteriorem debet expelli, q: cessante causa dꝫ cessare effectus. Ray. ¶ Sed quid si paterfamilias decessit duobus heredibus institutis, ⁊ vnus soluat, ⁊ alius non: nunquid fiet in totum, an in partem nõ soluẽtis, ⁊ est questio sabbatina, ⁊ dic plene de ea vt not.ff.cõi diui.l.cõi diuidundo. Iac.

Summarium.

1 ☞ Emphyteota non soluens suo tempore debitum canonis quas penas incurrat.
2 Emphyteosis vsq; ad quod tempus potest concedi.

In ẽphyteoticarijs.

¶ Diuide hanc legem in duas partes. In prima prouidetur domino rei in emphyteosim date contra emphyteotam cessantem soluere debitam pensionem. In secũda econtra prouidetur emphyteote recipere solutionem debite pensionis. At prima pars principalis subdiuiditur in duas particulas. Prima habet locum quando aliqua pena fuit apposita in contractu emphyteotico extra naturam contractus, ⁊ si non soluatur debita pensio tempore ordinato quando est appositum pactum circa retentionem emphy-

teoticarũ per dominum faciendam. Secunda locum habet quando nullum est appositum pactum, nec circa solutionem, nec circa reiectionem emphyteoticarũ: si cessat in solutione pẽsionis, vel si cessat prestare apochas solutionis publicarum functionum, et in hac secunda
1 particula † punitur emphyteota non soluens suo tempore debitam pẽsionem duabus penis. Prima pena est in emphyteote expulsione. Secũda pena est in ius suum allegandi cõtradictione, z hec est triplex: punitur enim in rei in emphyteosim date meliorationis allegatione. Item in petitionis pene pro debito. Item in denunciationis per dominũ faciende de emphyteosi allegatione vltima pars gl. plana est. Jacob. ¶Additio. (Quero
2 vsq; † ad quod tempus potest res concedi in emphyteosim. Respondeo aut vult concedere priuatus priuato, aut priuatus ecclesie, aut ecclesia priuato, aut ecclesia ecclesie. Si priuatus priuato, vel priuatus ecclesie, dico ꝙ potest in perpetuum cõcedi. i. quãdiu solueretur pensio: multo fortius in personam accipientis z duorũ successorum. z sic intelligitur insti. loca. §. adeo. z. ff. si ager vectig. l. j. Si autem ecclesia priuato vel ecclesia ecclesie, distinguitur inter ecclesias: nam ecclesia Constãtinopolitana cum omnibus suis monasterijs dat in emphyteosim non in perpetuum, sed in personam accipientis et dominorum successorum, z dat rem non ruinosam ecclesia Constantinopo. cum omnibus de mundo: rem ruinosam possunt dare in perpetuum in emphyteosim: sed rem non ruinosam possunt dare oẽs in perpetuum: vt in auth. de non aliena. aut permu. §. emphyteo. z. C. de sacrosanc. eccle. auth. perpetua. z auth. si quas ruinas. z in auth. de alienatione et emphyteosi. §. quia vero. et. §. hec quidam. Odofredus.)

¶Explicit liber quartus.

¶Incipit liber quintus.

¶De sponsalibus. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ An pena possit imponi in matrimonijs cõtrahendis vel non soluendis.
2 Quare pena in matrimonijs non teneat.
3 Pena z arre differunt.
4 Si cognatus alicuius mulieris promittit eã alicui dare in vxorem, z si non dederit, promitti: penam, an teneat pene promissio.

Mulier. ¶Diuide hãc legem in duas partes principales. In prima parte Justinianus ponit. l. proemium quo docemur quo additamẽto arre recipiantur que dãtur ob matrimoniũ contrahendum si pars recipiet arras peniteat contrahere. In secũda parte punit futurum matrimonium cõtrahere volentes timore alterius pene quam illius que apponitur in. l. statuto. At prima pars principalis in qua ponitur legis statutum subdiuiditur in tres partes. In prima parte loquitur quando spõsus dat patri mulieris arras ob futurũ matrimonium contrahendum. In secunda quando sponsus sponso. In tertia respondet cuidam tacite questioni. At illa pars que loquitur quando sponsus dat patri mulieris arras subdiuiditur in duas partes bimembres. In secunda illius bimembris dicti determinationem, z primum prime particule loquit̃ in muliere recipiente arras a spõso: scd̃m in patre matre auo proauo recipiẽte arras a sponso. Secunda particula similiter habet duo capita. In

a ¶Dic de hac materia plene ex de spõ. c. gẽma. z Spe. eo. ti. p totũ. z no. per Cy.

prima ponitur superioris partis determinatio. In secũda determinationis aditio. Secũda autem pars principalis que est in. §. extra. plana est. ¶Si queratur † an
1 pena possit apponi in matrimonijs contrahendis, vel non soluendis. Dic quia aut pena incipit a datione, aut a stipulatione. Si incipit a datione tunc permittitur, vt hic. ibi, nisi specialiter alium zc. At pena que incipit a stipulatione non permittitur, vt hic in fi. z. ff. de verb. obli. l. titia. z hoc in contrahendo, idem in dissoluendo: nam si pena incipit a stipulatione si matrimoniũ dissoluatur non valet. ff. de verb. oblig. l. diuortio. z. l. stipulatio ista. Sed si maritus mulieri dat pecuniam hoc pacto si non diuertat sit dotata, si diuertat sit mutua, z tũc erit mutua si diuertat, z ita pena apposita in datione valet. ff. de donatio. inter virum z vxo. l. ea. z est ratio diuersitatis, quia facilius quis promittit ꝙ soluat, z ideo magis est succurrendum. ff. ad velleia. l. si ego. ad carbo. l. j. §. ij. Et per hoc reprobo quod quidã dicunt ꝙ pignora possunt obligari: qđ non credo ꝙ possint obligari per conuentionem solam, sed si dentur seu si tradantur sic, quia tũc est loco arre vt est pignus matrimonio subsequendo. s. ꝙ sit suum si matrimonium non contrahatur, al's reddat etiam duplicatam si per eam remansit, nõ autem est pignus pene promisse si matrimoniũ non contrahatur. Sed cõsueuit queri qualiter fiet si aliqui habẽt pueros z puellas infantes z vellent se sic ligari ꝙ vterq; sit obligatus ad matrimonium contrahendum cum erunt legitime etatis: nam arre dari non possunt, quia arre causantur a sponsalibus. At sponsalia non sunt contracta nec contrahi possunt cum sint minores septem annis. ff. de sponsa. si sponsalibus. Dicunt quidam ꝙ dabitur pignus: sed certe illud satis est arra, vt. j. ti. j. vnde vbi prohibet̃. s. arre datio, z aliud. s. datio pignoꝝ, z vbi permittitur vnum z reliquũ, pena sil'r promitti nõ potest. Certe non credo, ꝙ possit inueniri cautela nisi per extraneos fiat promissio, vt si extranei adinuicem sic promittant: promitto tibi me facturũ z curaturũ ꝙ filia talis cõsentiet in talem tanꝙ in suum maritum cum aduenerit tẽpus nubilis etatis, z tu promittis te facturum z curaturum ꝙ filius talis consentiet in talem tanꝙ in suam vxorem cum venerit tempus zc. alioquin promittunt adinuicem tantũ dare nomine pene, z tunc potest dici ꝙ possit pena peti: quia est differentia in promissione pene que persona sit que subijcit se pene an ille in cuius est potestate nuptias contrahere, an alius. Primo casu non committitur pena, vt in. l. titia. sed vbi alia persona penã promittit potest committi. Et ꝙ sit inter eos differentia probatur qđ gl. dicit, scilicet ꝙ est differentia relinquat̃ mulieri ne nubat, vel persone habenti potestatem nubendi: an vero relinquatur extraneo. Primis duobus capit legatum z nubit: in alio non nisi certum sit mulierem non nubere. j. de indic. viduit. l. ij. z de condi. z demon. l. mulieri z titio. z. l. heres meus. §. fi. ita ergo z hic. z not. in. d. l. titia. ¶Istud autem est sciendum ꝙ bene potest mulieri legari si tali nupserit, z si non nupserit dum tamen possit honeste nubere non habet legatum. j. de insti
a tu. z substi. l. j. ff. de cõdi. z demõ. l. titio. §. j.[a] Jac. de are.
2 ¶In ea. l. ibi: quadrupli. Sed que est ratio † ꝙ pena in matrimonijs non tenet sed arre possunt in quadruplũ stipulari, z sic istud triplum obtinet vicem pene. Dic ꝙ iura respiciũt penitus illam penam que sine datione arrarum stipulatur: quia talis pena diuisionem matrimonij respicit, z promittentem damno afficit, z ad contrahendum matrimoniũ spem aliquam nõ adducit. Arra autem cõtrarium, quia constitutionem matrimonij respicit, z accipientem lucro afficit, z spem allicit: quare iura hoc non habuerũt odio, sed vsq; ad quadruplum arre stipuletur alius. Differũt autẽ pena † et arre inter se
3 vt bonum z malum, vt. ff. de iusti. z iur. l. j. §. j. Item potest esse alia ratio, quia pena incipit a sola promissione, sed arra a traditione. ff. de dona. inter virum z vxor. l. ea que. ff. de verborum obliga. l. stipulatio ista. Oldradus.
4 ¶In eadem. l. dicitur † si cognatus alicuius mulieris promittit alicui eam dare in vxorem z si nõ dederit promittit penã nunquid tenebit pene promissio? Et videtur ꝙ non

ꝙ nō per literam istam ⁊ similes, ⁊ de hoc pluries consiliū petitur: verum meis maioribus visum est distinguendum ⁊ mihi, aut ille qui promittit penam sit talis cui verisimile sit mulierem non consensuram nec ex eius consensu imputetur, ⁊ tunc bene tenet. argu. pro hac distinctione. ꝭ. de iudi. iudicium. l. ij. ⁊ de condi. ⁊ demonstra. l. heres meus. §. finali. ⁊ l. mulieri. Sed glos. ordinaria videtur hic indistincte dicere ꝙ tenet pene promissio quātumcūqꝫ sit inter alios ꝙ̄ inter eos qui volunt nuptias contrahere. Odofredus.

¶ De donationibus ante nuptias. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Quod sponsus ante nuptias donat sponse, an cedat doti vt soluto matrimonio possit repeti.

Multum interest.

1 ¶ Circa hanc materiam breuiter sic distingue: quia † cū confitetur maritus se recepisse qꝺ non recepit, aut cōfitet spe future numerationis, aut non. ¶ Primo casu habet locum ꝙ possit excipere intra tempus a lege definitum, eoqꝫ lapso non potest conqueri. ꝭ. de do. cau. non nume. l. fina. ⁊ auꝫ. qꝺ locum. ¶ Secundo casu aūt animo donandi, vt quia non credit ꝙ aliquo tempore numeraretur: ⁊ tunc considera aut matrimonium istud separatur diuortio, vel morte vxoris, ⁊ hec lex obtinet, quia nulla est donatio. ⁊ est ratio quia cui confiteor me recepisse qꝺ non recepi volui ꝙ esset augmētum dotis, at dos non potest esse sine matrimonio, vt. ꝭ. eod. l. fina. ergo nec augmentū, ⁊ ideo concurrit in tempus quo donatio infirmaretur, hoc est in tempus matrimonij, nam qꝺ sponsus dat sponse ⁊c. ꝭ. e. ꝙ sponse. sic ⁊ hic qꝺ est donatio facta tempore prohibito: merito morte mulieris vel diuortio intercedente non confirmatur. Si vero moritur maritus tunc cōfirmatur morte. ꝭ. de dote cau. non nume. l. ij. ⁊ hoc quando confessus fuit animo liberali. Si vero non liberali vt faciunt ignobiles dum accipiunt nobiles in vxores, tunc dic ꝙ non erit donatio, quia fit ex quadam necessitate, nam aliter non habuisset eam: ⁊ hoc credo posse peti recte, nam mulier potest stipulari a viro: dabis centum si tibi nubam, ⁊ nō est donatio. ⁊ pro hoc de verbo. obliga. l. si ita stipulatus. in fin. Unde credo ꝙ hoc casu possit repeti dos confessata cum donatio tantum prohibeatur: nam ⁊ munera possunt dari alijs cognatis. ꝭ. l. proxima. ita ergo ei dari potest. Jacobus de arena.

Summarium.

1 ☞ Confitens se donasse spe futuri matrimonij et eo nomine, an teneatur probare ꝙ sub ea conditione donauerit.
2 Qui donat, perdit.

Si presidi prouincie.

1 ¶ Queritur hic in glos. quid † si cōfiteor me donasse ⁊c. circa hoc ita dicas: aut iste negat se donasse ⁊c. nam agit quis rei vēdicatione, alter dicit non potes agere, quia mihi donasti, iste negat, tunc qui dicit ꝙ donauit probet, quia non presumitur ⁊c. ff. de
2 probatio. cum de indebito. nam † qui donat perdit, ⁊ dat animo non habendi cambium: at qui habet animū habendi cambium non donat sed permutat. ff. de donatio. l. j. ⁊ l. si filius. Si vero confitetur se donasse, sed dicit se lege dedisse nisi ei nuberet, tūc ipse debet probare. et hoc dicit litera si probaueris. Hoc tamē sciendum est si contemplatione alterius dono, licet non sequatur causa ob quā dedi nō repeto: vt. ff. de dona. inter virū ⁊ vxo. l. sed si mors. Jacob. de are.

Summarium.

1 ☞ Relictum ei que de iure vxor esse nequit, an possit repeti.

Ea que tibi vt spōse.

1 ¶ Sed † videtur contrarium, quia legatū relictum ei que non potest esse vxor bene capit si maritus de facto ei relinquat: non autem ipse capit ab ea. ff. de leg. j. l. fin. de ritu nuptia. l. prefectus. Sed respondeo ibi potest capere vt quilibet: sed hic non capit vt vxor, que non est vxor. ¶ Item contra quia videtur esse in arbitrio decepti velit teneri ꝙ sit vel nolit. ff. de iure dotium. l. si res. §. j. ꝭ. de transactio. l. transactione finita. Sed dic aut deceptus sciens deceptionem potest facere valere contractum, ⁊ tunc obtinent leges contrarie, aut non potest facere tenere, vt est hic, quia quantumcūqꝫ mulier velit non tenet matrimonium, ⁊ tunc non, sed obtinet quod hic dicitur. et. ff. de ritu nupt. l. a diuo pio. Jaco. de are.

Si constante.

¶ Diuide hanc legē in duas partes principales. In prima tractatur de augēda dote ⁊ donatione propter nuptias. In secunda tractatur de minuēda dote ⁊ donatione propter nuptias. ¶ At prima pars principalis subdiuiditur in in duas partes. In prima agit de ipso augmento dotis vel donationis propter nuptias. In secunda de pactis appositis contra augmentum dotis vel donationis propter nuptias. ¶ At prima particula habet duo dicta. Primū locum habet quando ab initio contracti matrimonij data fuit dos per mulierem ⁊ donatio propter nuptias per virum, ⁊ postea constante matrimonio aucta fuit dos ⁊ donatio propter nuptias, ⁊ durat vsqꝫ ad versi. ideoqꝫ locum habet. Secundum dictum quando ab initio contracti matrimonij dos data fuerat propter mulierem, sed nulla donatio propter nuptias data fuerat per virum, ⁊ postea constante matrimonio mulier vult augere dotem, ⁊ videtur de nouo statuere donationem propter nuptias: ⁊ durat vsqꝫ ibi: pactis ⁊c. cetere partes sunt plane. Jaco. de are.

Summarium.

1 ☞ Maritus si confitetur constante matrimonio ab vxore dotem recepisse cum non receperit, si postea decedens obliget omnia bona sua creditoribus, an illa confessio creditoribus preiudicium afferat.
2 Factum in fraudem legis nullo iure valet.
3 Constante matrimonio potest dos dari ab vxore marito.
4 Pactum nudum de dote restituenda factū, an teneat.
5 Confessio mariti de dote recepta cōstante matrimonio facta, an noceat creditoribus.

Cum multe nobis.

¶ Diuide hāc legē in tres partes. In prima parte agit de nomine donationis facte vxori per virum. In secūda de pactis que sequuntur ipsam donationem. In tertia de modo insinuandi eandem. Et prima pars principalis subdiuiditur in tres particulas. In prima ponit legis statutum premisso triplici vitio circa qꝺ antiquitas laborabat. Primum circa nomē donationis, de quo agitur in hac parte principali. Secundum circa insinuationem eiusdem, de quo agitur in tertia parte principali. Tertium circa pactum lucrande dotis, de quo agitur in secunda parte principali legis. In secunda particula huius partis probat

duabus rationibus legis statutum. In tertia particula concludit huic prime parti principali legis, cetere partes legis sunt plane. ¶ Ibi queritur enim dote
1 constante &c. Quid autem † si maritus constante matrimonio confessus fuit se dotem recepisse ab uxore, puta centum, & per mulierem non probatur quod dederit in veritate quod exigitur. j. de dote cau. non numera. l. j. j. de bonis proscrip. seu damna. l. si quis. & post hanc confessionem maritus obligauit omnia bona sua creditoribus, decessit maritus, iste agit ad dotē mulieris & ostendit hanc confessionem. Ex aduerso veniunt creditores dicentes quod talis confessio non facit preiudicium: quia presumitur facta in fraudem nec vera datio probatur per ipsam mulierem, & allegat pro se. ff. de probatio. l. qui testamentum. ad finem. vbi dicitur quod Titius debet probare ad testatorem peruenisse reuera ad quod testator dixerat, et confessus fuerat se habuisse ex ratione
2 sua &c. fraus † ergo legi fit, quod ergo factū est non valet nec tenet. s. de lega. l. non dubium. j. de agrico. & censitis. l. quemadmodum. quid ergo dices: & videtur posse dici quod huius confessio nullum facit preiudicium creditoribus. argu. dicte. l. qui testamentum. Item quia eo tempore fuit facta dicta confessio quo donatio non valuit: puta matrimonio constante et suppositum fuit inchoate questionis, ergo non potuit ipsis creditoribus pariter dictum auferre preiudicium, vt. ff. qui potio. in pigno. habeantur. l. qui balneum. §. j. et hoc verum est indubitanter nisi maritus renunciauerit exceptioni dotis predict. l. non numerate pecunie. s. de dote cauta
3 non numera. l. j. vbi de hoc. ¶ Nota quod † constante matrimonio dari potest dos ab uxore marito: sed tamen presumptio est contra constitutionem & promissionem dotis quod donandi animo fiat: quod verū est si soluto matrimonio cōfiteatur maritus se recepisse dotem ab uxore, vt sic intelligitur. s. eodem. l. j. sed si stipulatio interueniat & promittat maritus uxori dotem stipulanti bene
4 tenet, vt dicta. l. dicitur. Itē † si solum pactum de restituenda dote fuit, tenet si confirmetur morte vel scriptura, vt dicta. l. sed magis est sine suspicione si fiat instrumentum dotis in domo uxoris antequam ducatur
5 ad domum, vt eadem lege cum te. & † quod confessio mariti de dote recepta constante matrimonio creditoribus non noceat. facit. ff. de probationi. l. qui testamentum. Jacobus de arena.

Summarium.

1 Dote nō soluta si maritus faciat donationem propter nuptias uxori, an valeat.

2 Si maritus confessus sit se dotem recepisse cum eam non receperit, an donationem propter nuptias lucrabitur.

Authentica.

1 Dos data. ¶ In glos. sed quid si nec fuit constituta ad finem: sed quid econtra si maritus † fecit donationē propter nuptias, nec dos fuit soluta, nunquid donationē lucrabitur mulier ex pacto habito vel alio modo in casu lucrande dotis propter illa huiusmodi auth. Videtur quod nō, sed hec auth. non dicit fuisse factum: sed idem est & si facta fuerit, vt in auth. de nō eligendo secun. nubē. §. fina. Quid autem pro parte soluta dotis. Respōdeo pro ea parte mulier donationē lucratur,
2 vt in predicto. §. Quid si maritus † confessus fuit se dotem recepisse, in veritate autē constat non recepisse: nunquid donationem lucrabitur? Videtur quod non, per dictam authē. in nouellis videtur colligi. de donatio. eam non minus. colla. f. j. & ij. §. Quid autem & si post confessionem expositam a marito sunt elapsa tempora querele, vel exceptio non numerate pecunie dotalis. argu. videtur declinare in hanc sententiam licet obseruetur quod non lucrabitur mulier donationem, dotem autem sic: & sic quando constat dotem non esse solutam: licet sit tamen confessio exposita a marito, non videtur ipse consentire in preallegato. §. & posset reddi ratio vt nō tantum operetur sola confessio cum transactione temporis quantum vera numeratio vt allegatur, quia sola confessio dotis non dat priuilegium mulieri contra alios creditores viri. j. qui potio. in pigno. habeantur. l. scripturas. vt. l. assiduis. ff. de bonis damna. si quis. Item alia ratio proposita questione cū stat in viro non recepisse dotem, et etiam sustinuit onera matrimonij dote non soluta, quia lex abhorret: quia dos nulla est quod oneribus matrimonij non seruiat. ff. de iure dotium. l. si pater mulieris. & facit de pactis. l. si conuenerit. in princip. & possunt ista nota. pro questionibus rusticorum & eorum qui in dotalibus instrumentis totam dotem confitentur & donationem propter nuptias faciunt, et postea pars mulieris incontinenti confitetur non solutam, vel restat aliquid ad soluendum, et promittit ad penam soluere cum certa die dotem mulieris, nūquid donationē propter nuptias, & dotem possit exigere mulier viro mortuo, & nunquid pars viri possit ex promissione dotis viro facta ad dotem agere & pecuniam? In qua questione vidi sepe dubitare et errare peritos: et predicta habent locum siue mulier siue alius pro ea dotem promiserit. Item nunquid soluta dote & non facta a viro donatione lucrabitur maritus dotem. Videtur quod non, vt idem sit quod in casu conuerso: sed de prima questione & de alijs omnibus plenius not. pm nos & alios in auth. de nō eligen. secun. nuben. §. vno. Jaco. de are.

¶ De nuptijs. Rubrica.

Imperialis. ¶ Diuide hāc legem in tres partes. In prima ponit proemium. In secunda statutum. In tertia concludit. At prima pars grossa subdiuiditur in duas partes principales. In prima ponit dictum. In secunda rationem. Iterum secunda pars grossa subdiuiditur in tres partes principales. Prima loquitur in muliere scenica imperiale beneficium impetrante. Secunda in filia scenice mulieris. In tertia dicemus quam debeamus obseruare solennitatem in matrimonijs contrahendis que nulla prohibet honestas. At prima pars principalis secunde partis grosse, subdiuiditur in tres particulas. In prima tollit Imperator quādā absurdam differentiam que olim erat inter seruos libertate donatos ex vna parte, et scenicas mulieres ex alia. Secunda loquitur in mulieribus scenicis quarum macula per imperiale beneficiū sublata est volentibus contrahere matrimonium. Tertia in illis que nunquam transeunt ad matrimonium post tale beneficium impetratum. Quarta concludit huic prime parti principali secunde partis grosse. At secunda pars principalis secunde partis grosse subdiuiditur in duas partes. Prima loquitur in filia scenice matris impetrantis dum nubebat imperiale beneficium. Secunda in filia scenice matris nullum beneficium impetrantis tempore vite sue, sed post mortem matris filia sibi impetrauit. Et prima particula subdiuiditur, quia aut nata fuit filia post impetrationem beneficij aut ante: & durat vsque ad. §. imo. cetera plana sunt. Jaco. de are.

Summarium.

1 Dos promissa cui diei cedat, an sponsalium, an nuptiarum.

1 Sancimus. ¶ Circa istam materiam sic distingue, quia † refert relinquatur filie sub nomine dotis vel simili cui relinqui est necesse propter

bonorum

bonorum subsidium, & tunc omnis dilatio intelligit̃ re-
mota & omnis mora, & statim capit. s̃. de inofficio. testa.
quoniam in prioribus. & l. scimus. & sic loquitur. l. ff. vbi
pupil. educari deb. l. qui filium. Si vero relinquatur alij,
& tunc aut sub conditione si nupserit vel si nupserit tali,
tunc non debetur nisi existente conditione, vt hic, et. ff.
de condi. & demon. l. si cui legatũ. & de optio. leg. l. penul.
nisi hec conditio sit adhibita in fraudẽ legis, vt si nubet
indigno: nam tunc nubit alij, & habet legatum. ff. de con
a ditio. & demon. l. cum tale.[a] Si vero sub modo: vt tali le-
go pro maritando considera, aut adiecit gratia sui, vel
filiorum, quia crescebat parentelam si ei nuberet, tunc
capit prestita cautione de matrimonio implẽdo, al's re-
dit retro. Si vero non fauore liberorum ꝙ in dubio pre-
sumitur capit & a nuptijs abstinet. ff. de condi. & demon.
nemo. in prin. & de donat̃. l. ij. §. fina. & l. j. & arg. s̃. l. proxi.
§. sed si talis. Sed quid si relinquatur alicui pro maritã-
do filiam suam. Respon. non consequitur legatum nisi
caueat de modo implendi suam filiam maritando. ff. de
iure dotium. l. profectitia. Jaco.

Summarium.

1 Si ex eodem facto plures descendunt excommu-
nicationes sufficit vna absolutio: secus si ex diuersis fa-
ctis, & numero. 2.

SI libertã quis vxo.

¶ Ex fine huius legis colligitur argumen.
1 quod † si ex eodem facto plures descendunt
2 excõmunicationes vna absolutio sufficiat. Si vero † ex
diuersis factis tunc plures absolutiones sunt necessa-
rie. pro hoc ad turpillianũ. l. j. §. si plura. de operis noui
nuncia. de pupillo. §. si plurium. Et hoc est arg. ad id qd
al's querebatur: statutum est in ciuitate ista ꝙ quicunq;
presentat bannitum eximatur a banno: aliquis presen-
tauit bannitum petebat se eximi ex omnibus, querit̃ an
de omnibus an de vno tãtum debeat eximi. Potest dici
ꝙ si sunt plura banna ex eodem facto & delicto tunc pro
vno reputantur & de omnibus eximatur: si vero ex di-
uersis factis, tunc tantum de vno eximatur. arg. eorum
que dixi. s̃. Jaco. de are.

¶ De incestis nuptijs. Rubrica.

Summarium.

1 Datum in dotem ob matrimonium illicitum con
tractum an veniat fisco addicendum.
2 Que pena imponitur propter crimen incestus.
3 Filij ex incestis nuptijs editi an sunt legitimi.

QUi contra.

¶ Circa istã materiam de
duobus est videndum. Primo de dato
in dotem ob matrimonium illicitum cõ
tractum, an confiscetur. Secũdo de pe-
1 na imponenda. ¶ Si queras an † datio
confiscetur ob matrimonium illicitum. Dic aut qui de-
dit sciuit, & tunc nõ repetit quia fauore alterius hoc ma
trimonium illicitũ non tenet. q. d. hic deliquit postꝙ sci-
uit, sicut al's dicitur de cond. cau. data. l. ij. Si vero igno
rauit qui dedit, considera aut ignorauit factum & ius,
aut ius tantum, aut factum tantum. Primo casu suc-
curritur ei vt in versi. sicut exceptis. & ita potest intelligi
de vsufruc. lega. l. vxori maritus. prout est ibi: a fortuna.
si factum tantum ignorauit quia est iustissimus error. ff.
de iur. & fac. ignoran. l. in omni parte. & pro hoc. ff. de cõ-
di. cau. data. l. dedi. §. j. Si vero errauit in iure tantum,
considera aut matrimonium non est secutum de facto,
& tunc repetit. de condict. sine causa. l. auunculo. Si vero
sit secutum tunc videtur ꝙ non repetat, quia circa repe-
titionem succurritur quando error est acerrimus: sed er
ror iuris non est de illis quia imputatur ꝙ peritiores nõ
consuluit. j̃. de inge. manumis. si auia. de bono. posses. in
bonorum. & hoc notatur a contrario sensu huius litere:
errore grauissimo non affectato &c. Sed an debeat ma-
nere apud eum cui dedit vel confiscetur. Respondeo si
fuit inscia que accepit retinet. de lega. j. l. fina. de ritu nu-
ptia. l. prefectus. Si vero conscia confiscatur, & hoc pro-
batur de ritu nup. dote. & hoc habet locum quando tra-
2 ctatur de re data. ¶ Si queris de pena † imponenda
propter crimen incestus: dic ꝙ ille patitur penam ince-
stus qui contraxit sciens factum & ius: si vero sciuit ius
& factum ignorauit succurritur ei. Si ecõtra quia igno-
rauit ius sed sciuit factum: si fuit mulier succurritur ei
ne puniatur pena corporali. Si fuit masculus, aut erra-
uit in iure ciuili & pena corporali non tenetur: aut in iu-
regentiũ, & tũc minus punitur. & de hoc etiam notatur
3 in aut. de incest. nupt. §. j. Item circa filios † an sint legi-
timi: dic si vterq; sciuit sunt supurij, nec sunt digni ali: vt
in aut. ex complexu. Si vterq; ignorat vel alter tunc filij
sunt legitimi s̃m canones, vt extra qui filij sint legiti. c. ij.
in fine. & ca. ex tenore. Idem credo vbi vnus fuit sciens,
alter ignorans vt dictis capitulis. Quidam tamen vo-
luerunt dicere ꝙ vbi vnus sciuit & alter ignorauit illici-
tum matrimoniũ, filij nati ex tali coniunctione pro par-
te sint legitimi, & pro parte spurij, vt. j̃. de commu. seruo
manumis. l. j. Sed certe hoc non est verum sicut nec ser-
uus pro parte potest esse liber & pro parte seruus. ff. de li
berali cau. l. liberis. §. si duo. & quibus ad libe. proclama.
non licet. l. finali. licet alio respectu possit dici liber & alio
seruus, vt dicta. l. de cõmuni seruo manumis. & ꝙ satis
sit si ius ignorat facit. ff. de liberali causa. l. ex duobus.
Jacobus de arena.

[a] ¶ No. & col lige qd idem importat dice re p se mari tãda, & vt se maritet. ad qd facit qd no. in Spec. de instr. edi. §. nunc vero aliqua. vers. põe testator ita dixit &c.

¶ Si nuptie ex rescripto petantur. Rubrica.

Summarium.

1 Rescriptum quo quis nuptias contrahat, an
valet.

QUidam.

¶ Sed certe imo
videtur rescriptuz
1 valere: vt. s̃. ti. ij. si tutor. Ad † qd dic cir
ca hoc: aut rescriptum continet prece-
ptum de nubendo alteri, & tunc non va
let, vt hic, aut cõtinet dispensationem:
& tunc aut contra merum ius ciuile & valet, vt ꝙ tutor
possit accipere pupillam suam in vxorẽ: vt. s̃. de interdi.
matrimo. si tutor. aut contra iusgentium, vt de filia fra-
tris, & non valet: vt. s̃. de incestis & inuti. nupt. l. fina. & j̃.
l. proxi. Jaco. de are.

¶ De dotis promissione. Rubrica.

Summarium.

1 Extraneus promittẽs dotem, an de suis an de mu
lieris aut eius patris bonis videatur eam promittere.

SI pater.

¶ Dic super eo qd
queritur in gl. quid
1 autem si extraneus. Dic † si promittit
aliquis extraneus dotem aut est admi-
nistrator, & tunc de bonis illius mulie-
ris intelligitur promisisse, & sic intelligi-
tur. ff. de admini. tuto. l. cum post. §. j. al's si non sit admi-
nistrator intelligitur promittere de suo: nam dos consti-
tuitur ex pacto & lex dicit ꝙ si extraneus dat dotem nec
stipulatur videtur donare. j̃. de rei vxo. actio. §. accidit. &
ideo cum promittis dotem pro muliere facias tibi fieri
chartam conseruationis indẽnitatis, al's forte frustra-

beris: nisi mandato mulieris facias, quia tunc haberes regressum contra eam: tutius tamē est habere chartam indēnitatis vel conseruationis. Jaco.

¶ De iure dotium. Rubrica.

Summarium.

1 Si mulieris voluntate aliquis dotem stipulatur an mulier possit eam aduocare an stipulator: distingue vt hic plene.
2 Mulier qđ percepit nomine falcidie, an ei debeat imputari z eo nomine grauari.

1 **Si stipulatio.** ¶ Dictū voluntate mulieris dantis dotem alius stipulatur. Et queritur nunquid possit mulier aduocare: refert aut vt minister, aut vt heres, aut vt donatarius, aut dubitatur. Si vt minister tunc hec stipulatio subiacet mere z nude voluntati mulieris dantis dotem: quia potest facere quod vult z liberare maritum z facere cedere sibi iura vel alteri cui vult. ff. de iure dotium. mulier bona. §. finali. mandati. idemq3. §. is cui. z. l. si mandato titij. z hoc casu potest intelligi de legatis. ij. cum quis. §. nuptura. ¶ Si vero stipuletur vt heres: tunc si non est heres non agit heres, si heres agit insolidū, si pro parte, pro ea parte. ff. de pact. tale. §. fina. de verbo. obliga. eum qui. §. te z titiū. Si vero vt donatarius stipulatur cōsidera, aut ista mulier donat inter viuos, aut causa mortis. ¶ Primo casu penitentia non resoluitur. ff. de pact. dotalibus. cum maritus. §. fina. nisi interpositus fiat in statu in quo possit grauari, vt quia scribitur heres ab interponente, vel legatum ei relinquitur z grauet ꝙ potest arg. a cōtrario. l. labeo. j. de fideicom. z pro hoc de liberatione legata. nō solum. Sed in hoc puncto statim
2 queritur † vtrum quod percipit nomine falcidie debeat imputari ita ꝙ possit grauari. dicit hic glos. ꝙ sic. Sed tu dic aut ille interpositus erat cui debetur debitum iure nature: et tunc oportet ꝙ percipiat vltra debitum bonorum subsidium aliquid equiualens donationis, quia in debito iure nature non posset grauari: vt. s. de inofficioso testamen. quoniam in prioribus. j. eod. l. cum patrem. vnde debet habere tantum ab illa persona in hereditate vel legato, scilicet bonorum subsidium debitum qđ equiualet donationi sibi facte. z ita intelligitur quod hic dicit falcidie, scilicet iure nature: secus in debito iure institutionis quod datur cum onere. ad legem falcid. si debitor. ad trebellia. lucius. §. maritus. Si vero donatur causa mortis resoluitur penitentia: vt de donatio. causa mortis. l. senatus. §. j. idcirco sola penitentia mulieris dat exceptionem marito. z ita potest loqui. §. si nuptura. et probatur de dote prelega. l. seia. qđ in dubio. Et istud habet duo membra: primum est si dubitatur vtrum fuerit adiectus vt minister aut vt donatarius. Respondeo in dubio presumitur adiectus vt minister: quia non est verisimile ꝙ homines sua iactent. de probatio. cum de indebito. Si vero est certum ꝙ est admissus vt donatarius, dubitatur tamen vtrum vt donatarius inter viuos vel causa mortis: dic quia aut est stipulatus sibi reddi in causa mortis dotate persone, ita ꝙ adhibita est mentio mortis, z tunc presumitur qđ causa mortis donare voluit, al's presumitur quod inter viuos: vt dicta. l. seia. z soluto matrimo. que dotis. z de hoc habetur. ff. de dona. causa mortis. l. seia. in fi. Dices tu ergo fuit donatio causa mortis, quia stipulata fuit post mortem: sed certe hic erat certum qđ fiebat inter viuos. Jaco. de are.

Summarium.

1 Stipulatio quare magis operatur ꝙ pactum.

1 **Alia tua.** ¶ Sed quare † magis operatur stipulatio ꝙ pactum. Respondeo quia pactū est nudum z stipulatio est vestita: nec dicet fuit vestitū traditione, quia illa traditio fuit de necessitate, z sic non parit actionem: vt. ff. de pact. l. in traditionibus. Item est alia ratio, quia per pactum nō fit nouatio, sed per stipulationem sic: z quod per pactum non fiat nouatio habes hic z alibi, quia dicit. l. ꝙ nouatio fit per stipulationem. institu. quibus modis tolla. obligatio. in princip. et sic merito per stipulationem fit nouatio: nam quando pater stipulatur incontinenti transfert actionē de dote in seipso. solu. matrimo. l. quoties. z natura pacti non est vt nouet: z ideo non potest dici ꝙ ex pacto actio oriatur vel ꝙ illa sit translata in patrem. Jaco.

Summarium.

1 Mulier volente viro, an potest rem dotalem alienare.
2 Si vir z vxor vendiderunt fundum dotalem z dederūt fideiussorem, an teneatur fideiussor.

Si predium vxor tua.
1 ¶ Volenti. Ergo si te † volēte a cōtrario sensu legis mulier potest vendere rem dotalē, z hoc videtur indicare lex ista aperte: z sic sequitur ꝙ mulier potest alienare viro volente z permittente, vt hic, maritus autem minime, etiam vxore consentiente: vt institu. quibus aliena. non licet. in princip. z. j. de rei vxorie actio. l. vnica. §. z cum lex iulia. Nec mireris si maritus potest consentire alienationi, z non potest vendere, quia aliud zc. vt. ff. de regulis iuris. l. aliud. Sed dic ꝙ mulier non potest alienare etiam viro consentiente: quoniam non est verisimile ꝙ Imperator voluerit tollere legem illam fundi dotalis per tam modicam legem, vt est ista. Et respondeo huic legi que dicit hic non potuit auferre dominium tametsi erat, vt. ff. eo. l. quoties. vnde non mirum si viro nolente non potest ei dominium auferri saluis his que dicuntur. ff. eodē. ita constante. Sed
2 quid † si mulier z vir vendant fundum dotalem, z dederunt fideiussorem nūquid tenebitur fideiussor: Videtur ꝙ sic. j. de predi. mino. si is. z. ff. de arbit. si pupillus. Tu dic contrarium, quia alienatio fit contra legem iuliam. fundi dotalis. vt. ff. de fund. do. l. j. z insti. quibus aliena. licet vel non. in princ. z. j. de rei vxo. actio. l. j. §. z cum lex iulia. vnde nō valet quicquid sequitur ex eo vel ob id: vt C. de legib. z constitu. non dubium. z de sacrosan. eccle. l. iubemus. §. sane. cum multis suis similibus. Quid si iurauerūt maritus z vxor ꝙ nō venient contra, nunquid venire poterunt: Et certe nō videtur: quia via aperiretur periurijs quod iura nolunt, vt. j. de indicta viduita. l. ij. in fine. z. s. si aduer. vendi. l. j. et authen. sacramenta. ibi signata. Tu dic ꝙ possunt quia sacramentum illud fit contra legem, vnde non valet, vt dicta. l. nō dubium. de iure autem canonico non possunt venire contra, vt extra de iuramen. calum. cap. cum contingat. sed decretales solum respiciunt anime salutem, leges autē respiciunt ad effectum z commodum persone: quoniam mulieri expedit habere dotem suam. ff. solu. matrimonio. l. finali. Alber. de bobio.

Summarium.

1 Marito ad inopiam vergente quemadmodum vxor potest repetere dotem, an ea mortua filij eius eodem gaudeant priuilegio vt a patre suo possint repetere dotem maternam.
2 An vxor habet hypothecariam cōtra cōtractus quos maritus mercator celebrat de suis mercantijs.
3 An bona mariti minoris sint pro dote obligata.

Quid de

4 Quid de bonis heredis.
5 Aliquis recepit dotem pro filio, mortuo patre filius recepit dotem diuisione facta cum fratribus: an bona acquisita per filium sunt tacite obligata.
6 Actioni ex stipulatu inest tacita hypotheca.
7 Si maritus dissipat bona et timeatur de dote qualiter consulatur mulieri.
8 Si maritus est nimis ere alieno grauatus, vxor habet hypothecariam pro dote.
9 Si aduersa valetudine laboret maritus vnde timeatur plus dotem extenuari ꝙ augeri, an vxori competat hypothecaria.
10 Si immineat periculum doti vel ꝙ a marito dissipetur aut propter eris alieni grauitatem, an mulier consequi possit dotem aut rerum solum obligatarum administrationem.
11 Si mulier agit hypothecaria contra extraneum, an ille possit excipere ꝙ antea maritus eius venit personali conueniendus.
12 Vxor an potest opponere contra executionem quam faciunt creditores super bonis mariti pro iure dotis sue.
13 Si maritus peruenit ad pinguiorem fortunam hypothecaria cessat, ⁊ res pristinum statum sortiuntur.

VBi aliud. ¶ Diuide hāc legem in duas partes principales. Prima loquitur quando matrimonium adhuc durat. Secūda loquitur quando matrimoniū est solutum. ¶ Et quidem prima pars principalis subdiuiditur in duas partes principales. In prima particula prouidetur mulieri. In secunda prouidetur viro. In tertia prouidetur alijs creditori-
1 bus viri, an beneficio † huius legis gaudent filij, scilicet ꝙ patre eorum vergente ad inopiam, possint repetere dotes matris eorum sicut posset eorū mater si viueret. Et certe patroni causarū declinant in eam partem ꝙ sic, ⁊ hoc dicunt per duas leges. ff. ad trebellia. l. imperator. ⁊ ff. de separat. l. creditoribus. B. ⁊ hanc partem tenet Dyn. per dictam. l. imperator. ⁊ per. l. si cui. ff. de conditio. ⁊ demonstr. ⁊ ibi notatur per eum. Dominus Ray. distinguit, aut maritus dissipat dotem dolo, ⁊ in fraudem filij, vt ipse nihil habeat, ⁊ hoc casu possint filij petere dotem a patre: aut ex culpa ⁊ non in fraudem, vt quia vadit eam cōsumendo, bibendo ⁊ comedendo per tabernas ⁊ similia, ⁊ tunc non, vt dicta. l. imperator. eo tamen casu quo per culpam dissipat dicit dotem sequestrari debere pro alimentis ipsius patris ⁊ filij, vt hac. l. et. l. si cum dotem. §. si vero dotē. ff. solu. matrimo. Ray.
2 ¶ Sed pone † maritus est mercator ⁊ vendit pannos, an contra tales contractus competit mulieri hypothecaria. Videtur ꝙ sic, quia hic indistincte dicit, ⁊ indefinita equipollet vniuersali. de heredi. vel actione vendi.
a l. finali. Sed [a] tamen contra videtur ꝙ non possit, quia lex videtur id cogitare qd est verisimile homines facere: sed non est verisimile ꝙ ex obligatione bonorum obliget merces quas quis habet causa vendendi. argumen. ff. de pigno. l. contrahitur. §. fuit. sicut qui legat sua non legat merces quas habet causa vendendi. de vsur. ⁊ fructibus. l. generaliter. §. ij. et pro hoc de lega. iij. suos. In hoc sic dic ꝙ ille merces que reperiuntur in statione viri quando agit contra virum de dote sint obligate: ille vero que sunt vendite ante non, vt innuitur. ff. de pigno. l. cum tabernam. nam non habentur vt teneantur sed vt alijs dentur. argu. quibus cau. pign. taci. contrahi. l.
3 in predijs. ¶ Sed nunquid † bona minoris mariti obligētur pro dote. Certe credo ꝙ sic: quia postq̄ est pubes permittitur ei facere matrimonium. institu. de nupt. in princip. ergo ⁊ accessoria matrimonij si in dotem receperit, cum non debeat ratione minoris etatis habere vxorem indotatā. de condic. cau. da. si extraneus. ⁊ hoc probatur de iur. dotium. l. mutus. nec obstat quia est minor: quia est obligatio legalis, ⁊ in obligatione legali nō desideratur decretum: vt de reb. eorum. l. ij. ⁊. iij. in prin.
4 ¶ Sed an bona † heredis sint tacite obligata? Respondeo non. ff. de pigno. actione. paulus. j. cōmu. de lega. l. j.
5 §. finali. ¶ Sed quid † recipit aliquis dotem pro filio mortuo patre: filius in diuisione facta cū fratribus habuit dotem ante partem vt debuit. j. titu. j. §. cūq;. ff. familie hercis. si filia. an bona acquisita per filium sint obligata. Videtur ꝙ non, quia bona hereditatis non cadūt in obligationem, vt dictum est. et hic filius est obligatus iure hereditario: vt. ff. solu. matrimo. si cum dotem. §. transgrediamur. Dic sic, aut iste filius ⁊ fratres coheredes sunt soluendo, ⁊ tunc est verum qd est dictum: si vero nō sint soluendo, tunc cum ille ad quem dos peruenit teneatur actione ex stipulatu in subsidiū agit contra virū de dote, per. l. j. j. cōi. de leg. ⁊ ideo lex dicit ꝙ actio-
6 ni † ex stipulatu inest tacita hypotheca, ergo merito videtur qd etiam tacita hypotheca sit etiā de bonis suis. Item hec litera que dicit siue alie persone: maxime in ambiguis ⁊c. de iur. dotium. que in ambiguis. ⁊ hec sententia est humana, licet de rigore non: vt hic dicit glos. nostra que incipit, habet tamen. vt ibi possit multa verba ⁊ in fine eiusdem glos. ¶ Ego autem sic dico ꝙ non video quod hec litera aliquid dicat de solutione, sed tantum de hypothecaria intentanda ad res obligatas. Et ideo sic collige, quia interdum mulier est de dote solicita constate marito: quia maritus est suspectus patrimonij dissipatione. Interdum est solicita de dote: quia maritus eius p̄sumitur grauari eris alieni onere. Interdum est solicita de dote: quia maritus aduerso casu la-
7 borat inopia. ¶ Primo casu quando propter † patrimonij dissipationem tunc olim fiebat dotis sequestratio. ff. solu. matrimo. si cum dotem. §. sin autem in seuissimo. vt alibi fit sequestratio: vt. ff. de appella. imperatores. Hodie vero vbi maritus dissipat dictum est ꝙ mulier fiat subdita ⁊ domina, ⁊ accipiat bracherium, ⁊ in se recipiat administrationem rerum viri autoritate iudicis vt se ⁊ suos alat. ⁊ sic loquitur de qualita. dot. §.
8 illud. Interdum † mulier est solicita de dote, quia maritus presumitur grauatus eris alieni onere: ⁊ tunc loquitur hec lex: quia hypotheca. intentet per quā consequatur res sibi suppositas pro dote ⁊ ante nuptias donatione, vt hic ⁊c. olim ipsa agebat demum quādo certum erat substantiam mariti non sufficere ad solutionem creditorum. Hodie vero non expectat tantam inopiam, sed cum non potest omnibus creditoribus sa-
9 tisfieri habet locum qd hic dicitur. Interdum † mulier est solicita de dote: quia maritus aduerso casu laborat inopia: vt quia flumen portauit podere suum vel naufragium est passus: et tunc non habet locum ꝙ possit conqueri de dote, quia debet esse particeps eorum que marito contingunt, vt solu. matrimonio. l. si cum dotem. §. maritus. nam afflictio non est addenda afflicto, vt de episcopa. audien. l. tam dementis. ⁊ sic remanet regula, ꝙ constante matrimonio dos non possit peti. j. de collatio. l. dotis. nec hic hypothecaria habet lo-
10 cum. ¶ Sed an in primis duobus † membris ipsa consequatur solutionem: an vero solummodo rerum obligatarum administrationem. Dicet quis consequatur solutionem. ff. solu. matrimo. si constante. in princip. vbi dicit de exactione dotis in tali casu: ⁊ ꝙ exactio sit solutio dicit. l. de verbo. significa. verbum exacte. de lega. iij. fideicommissa. §. si rem. j. de collatio. auf. ꝙ locum. ibi: exegerit. Sed certe si potest solutionem recipere quid cōtinget. Certe efficietur indotata, ⁊ sic matrimonium est sine dote: quia constantia dotis extinguitur per. d. §. si rem. ⁊ institut. quib. mod. tolli. obliga. in princip. nam vbi soluitur dos mulieri videtur constante matrimonio recepisse dotem. de iure dotium. cum in fundo. in. §. si vxor. ⁊. l. debitor. in princip. ⁊ sic mulier potest amodo licite peccare in legem matrimonij, cum non teneatur dotem perdere cum non sit dos. Sed respondent quidam ꝙ dos restituitur sed non efficitur mulier indotata: quia dicitur magis restitui quo ad administrationē q̄ quo ad aliud. Unde dicūt ꝙ dos restituitur, sed subiacet omnibus in lege matrimonij vt possit perdere dotē si committat in legē vt hic in fine, ⁊ sic non dicitur proprie soluta: vnde tutius est vt dicamus ꝙ non soluat dos sed hypothecas recipit. ⁊ dicit. l. hic qr tex. iste nō dicit ꝙ sol

a ¶ Vide ad istam materiā extra de dote. post di. re. ca. per vestras.

natur dos: sed vt res aduocat ꝑ hypothec. ꝛ eas tenet
pro alimentis mariti ꝛ filioꝝ, nec etiam. §. illud. de equa-
lita. dot. facit mentionem de exactione, licet ponatur in
authen. qd locum. que est. j. de colla. que inde extrahitur.
nam non obstat. l. si constante. que facit mentionem
de exactione: quia intelligit̃ ſm hanc, quia non signifi-
cat solutionē, sed exigit tanq̃ res sibi obligatas per hy-
pothecam, nec videatur absurdum si agitur hypothe-
caria non personali: nam al's hoc contingit, de pigno.
quesitum. ex quibus cau. in posses. eatur. l. in possessione.
ꝛ. l. fulcinus. §. si in diem. licet sit communis opinio ꝙ
11 agatur personali ad dotem. ¶ Sed an † vxor potest de-
fendere bona mariti sui contra creditores pro dotibus
suis? Videtur dicendum ꝙ sic, etiam licet vir nondum
vergat ad inopiam. argu. j. de dona. inter virum ꝛ vxo.
l. res vxoris. j. de bonis proscrip. l. si quis sub hac. ꝛ ad le
gem iul. de vi pub. vel priua. l. j. ꝛ. s. ne vxor pro mari. l. ij.
Et videtur casus. ff. de distrac. pigno. ꝛ hypo. l. credito-
12 ris arbitrio. ꝛc. ¶ Sed queritur † si mulier agit hypo-
the. contra extraneum possessorem, an ipse possit excipe-
re qd primo conueniendus sit maritus personali. Dicit
H. ꝙ sic, qd non videtur bene dictū, quia si primo debet
agere personali nō consequitur res obligatas, ꝛ lex ista
hoc concedit qd consequitur res obligatas, licet magis
valeant, vnde iam carebit beneficio huius legis: nam vi
deo simile vbi agitur hypothecaria ante diem ꝛ anteq̃
possit agi personali. de pigno. l. quesitum. vnde qd dicit
constitutio ꝙ locum habet vbi potest conueniri non au-
tem vbi non potest: qd patet quia vbi est absens princi-
palis possum agere cōtra alium, multo magis quando
impedior agere propter aliam causam, ꝛ ideo non videt̃
13 obstare. ¶ Sed querit̃ † an si marit⁹ sit locuples postea,
an res recidant in causam primam: considera aut mu-
lier fecit ſm quod hic dicitur, ꝙ hypotheca. exercuit ꝛ
res aduocauit, ꝛ tunc non est questio, quia per hypo-
thecariā intentatam non sunt facte res mulieris: quia
hypotheca. solam possessionem aduocat. ff. de euicti. l.
si cum venditor. §. j. ꝛ propterea fecit quia maritus erat
malus massarius, ergo si fiat bonus cessat causa ꝛc. sic ꝛ
al's de cura. furio. vel prodi. consilio. ꝛ. l. j. eo. tit. sic ꝛ hic.
Si vero accepit in solutum ꝙ ſm cōmunem opinionem
debet facere: licet lex ista hoc nō dicat, sed. l. si constante.
solu. matrimo. melius dicit. Si volumus illā opinionem
tenere, tunc an debeat reddi dos potest dubitari, quia si
est soluta extinctum est ius dotis, ꝛ sic non est dos, vnde
videtur ꝙ nunq̃ reuertatur in causam primam: quia qd
legitime factum est ꝛc. j. de administra. tuto. ꝛ cura. sci-
mus. de itine. actuq; priua. l. nec enim. de inge. manumis.
l. ij. Econtra videtur ꝙ sic, quia causa solutionis conuer
sa est ad non causam, de condic. sine causa. si fullo. Item
pro hoc quia video ꝙ propter impensas factas in re do-
tali fundus desinit esse dotalis: ꝛ si soluatur iterum effi-
citur dotalis. de iure dot. si is. §. fina. Credo ꝙ si res fuit
accepta in solutum, ꝛ volo consentire qd hoc possit fieri
licet cōtra credam vt superius dictum est: dicam ꝙ hec
res in solutum accepta sit facta dotalis, vt. ff. de iur. do.
l. res. ꝛ ita si constante. ꝙ manebit dotalis, ꝛ quasi dos
inestimata, ꝛ ideo seruiet oneribus matrimonij, ꝛ sic ma-
ritus vlterius nihil dicet: sed si mulier agit hypotheca-
ria qd ego credo magis, dicit possessor accipe dotē tuā
ꝛ dimitte me in pace: vel si ipsa possidet veniet secundus
creditor ꝛ offert dotē, an potest. Videtur ꝙ sic: quia se-
cundus offert priori. de pign. l. ij. secūdus. Equidem ſm
opinionem eorum qui dicunt in tali casu posse solui mu
lieri non procedit hec questio: sed ego magis teneo aliā
ꝛ dico ꝙ agat hypothe. tātum. ꝛ hoc ideo dico qr tēpus
non est soluende dotis, ꝛ sic oblatio nō fit congruo tem-
pore. de solutionibus, si soluturus. ꝛ quia expedit ne sit
indotata. ad velleianū. l. fina. ſm aliam que est vt mulier
possit agere hypothe. dico non posse sibi offerri dotem,
ꝛ hoc ideo quia fauore mulieris est inductum vt tem-
pus tale sit habile ad agendum hypothecaria, licet
personalis nōdum competat: ergo in eius lesionem non
torqueatur. de leg. qd fauore. sic potest aduocare res ma
riti a quolibet possessore nec potest ius auferri, ꝛ ita o-
mnes res mariti pro hac litera que dicit ꝙ debet teneri
ad alimoniam suam ꝛ filiorum suorum ꝛ mariti: ꝛ tunc
facit pro hoc questio que fit in glos. si vult dare fideiusso-
rem, an audiatur. Et dicitur ꝙ nō, qr debet retinere ad
sustentationē sui ꝛ vxoris. ꝛ ad hoc etiam facit. j. qui po-
tio. in pig. habe. l. cum tibi. quia ibi, solu. ma. ergo a con-
trario eo constante non. Jaco. de are.

Summarium.

1 Mulier an sit domina rei dotalis inestimate.
2 Soluto matrimonio incontinenti currit prescriptio
mulieri.

rebus dotalibus.

¶ Diuide hanc legem in duas partes prin-
cipales. In prima parte dat beneficium mu-
lieribus intentandi actionē in rem post dissolutum ma-
trimonium. In secunda dat priuilegium mulieribus nō
opponendi prescriptionem aliquam actioni predicte
anteq̃ competat eis: demum predicte exercitium actio-
nis. Et quidē prima pars subdiuiditur in quatuor par-
ticulas. In prima ponit dictum bimembre. In secunda
rationem dicti. In tertia respōdet tacite obiectioni. In
quarta concludit. secunda pars principalis satis est pla-
1 na. ¶ Sed super eo † qd hic queritur an mulier sit do-
mina rei dotalis inestimate post dictam glos. potest dici
ꝙ mulier sit domina de iure gentium maritus de iure ci
uili, ꝛ ita diuerso iure sint domini duo sicut al's cōtingit
ꝙ vnus est dominus de iure ciuili, alter de iure pretorio,
vt publicanus emphyteota ꝛ superficiarius. ¶ Ex prin
cipio huius legis satis colligitur decisio questionis que
determinatur. s. de secun. nupt. hac editali. §. omnibus.
2 hic vbi dicit: ꝙ anteriores sunt ꝛc. ¶ Circa † illud autē
qd hic dicit in fine ꝙ post solutum matrimonium incō-
tinenti currit prescriptio mulieri. oppo. nonne maritus
habet spacium. j. titu. j. l. j. §. cum autem. ergo tunc cur-
rit prescriptio quia ei qui agere non potest non currit. j.
de prescrip. xxx. an. cum notissimi. Respondeo illa exce-
ptio est personalis, ꝛ ideo nō transit in extraneum. ff. de
excep. exceptiones. ꝛ sic extraneus non habuit hāc exce-
ptionem, ergo incontinenti currit. Alij dicūt quod hec
in mobilibus que debent restitui statim, illa in immobi-
libus que post annum debent restitui prout ibi dicitur:
sed hoc est falsum, cum hic dicat de vsucapione que lo-
cum habet in immobilibus solum. j. in quibus cau. ces.
longi tempo. prescript. l. in seruorum. ꝛ ideo primam te-
neas. Jacob. de are.

Summarium.

1 Bannitus ex certo districtu aut ciuitate an castrū
aut vrbem que banni tempore districtui annexa est im-
pune habitare possit.

Tiam.

1 ¶ Argu. ad id quod posset queri. † Pone aliqs est exbā-
nitus de aliqua ciuitate ꝛ districtu quo tem
pore aliquod castrum non erat de districtu
illius ciuitatis post biennium dictum castrum supposi-
situm est dicte ciuitati: querit̃ nunquid possit stare in di-
cto castro impune. ꝛ est hic argu. ꝙ non. ibi dum dicit:
id quod additamenti ꝛc. Sed certe potest dici contra-
rium inspecto initio banni quo dictum castrum non
erat suppositum. Jacobus. ¶ Et sic facit ad questionē
de facto. Statuto ciuitatis Padue cauetur ꝙ banniti
de Mallerio in ciuitate vel eius districtu habitare non
possint: quidam banniti habitabāt post istud statutum
Lendinarie que non erat de districtu Paduano tem-
pore statuti conditi, sed post est addicata illa terra de di
strictu predicto, querit̃ an illi banniti possint ibi habita-
re impune vt ante faciebāt. Et dixit Richar. malumb.
ꝙ non,

ꝙ non, per legē iſtam cum ſimi. ⁊ pro hoc facit. ff. de ver-
bo. ſignifica. l. pupillus. §. territorium. ſm eum. pro hoc
etiam facit. ff. de adminiſtra. tuto. quoties. §. fina. de pu-
blic. ſi ego. §. fina. de iudic. l. ſi inſula italie. de excu. tuto. l.
non tantum. §. ilienſibus. ibi, propter cõiunctionem ⁊c.
⁊ per predicta dicimus ꝙ lex vel conſuetudo ciuitatis
vel regni porrigitur ad loca ſiue territoria ſibi poſtea
adiuncta, arg. contra. ff. de fund. inſtru. l. ſeie. §. tyrande.
per quem. §. videtur diſtingui: an ita ſint coniuncta vt
ſub vna conſuetudine ſiue lege ſint aut non, quia res
tranſit cum ſua cauſa: vt. ff. de pigno. actio. l. ſi conuene-
rit. §. ij. pro quo facit. s. de officio prefec. preto. aphrice. l.
in nomine domini. §. ſicut. ⁊ ad hoc facit quod not. idem
Iaco. in. l. ſi finita. §. ex hoc edicto. ff. de dam. infecto. ſm
Ray. de forli. Item facit ad ea que dixi in. l. ſi qui. de epi
ſcopa. audien. in. vij. q̃o.

De rei vxorie actione. Rubrica.

Summarium.

1 An pro acceſſionibus dotis bona mariti ſunt ta-
cite obligata.
Que ſunt acceſſiones dotis, nume. eodem.
2 Verbum reſtituere plenum eſt.
3 Si dos eſt data in pecunia ⁊ heredes ceſſauerunt in ſo-
lutione dotis, an tenebũtur preſtare vxori alimenta tam
preterita ꝙ̃ futura.
4 In bone fidei contractibus ⁊ in his qui bone fidei cõpa
rantur vſure veniunt ex mora.

HEm in preſenti. §. Et vt plenius.

1 Sed † an pro acceſſionibus dotis vt
alimentis ſint bona mariti tacite obli-
gata: nam acceſſio. dotis ſunt alimenta. ff. ſolu. matri. ſi
cum dotem. §. fina. dicũt quidam ꝙ non, quia reperitur
iure cautum. ⁊ ita dicebat dominus Guido de ſuccar.
Sed ego dico ꝙ non, quia non eſt iure cautum: nam. l.
dicit deberẽtur alimenta ratione dotis ſoluto matrimo
nio. ſi cum dotem. §. ſi autem in ſeuiſſimo. ⁊ ita pro dote
maritus alit vxorem que non eſt in obſequio, al's ſi ſit in
obſequio alit etiam ſine dote. de oper. liber. ſi cum. ſi eſt
acceſſio dotis alimentũ: lex iſta dicit ꝙ reſtituenda dote
2 verbum † reſtituere plenum eſt. ff. de verbo. ſignifi. l. re-
ſtituere. ⁊. l. plus eſt. ⁊ de vſur. l. videamus. §. in fauiana.
⁊ pro reſtitutiõe ſunt bona obligata, ergo pro omni qđ
cõtinetur in reſtitutione. Item iſta alimenta ſunt com-
muniter ſurrogata loco vſurarum: nam vſure ſunt prohi
bite ſed alimenta preſtantur communiter ab heredibus
viuorum pro quantitate dotis, vnde cũ pro vſuris ſit hic
j. eod. §. cum autem. ergo ⁊ pro alimentis ſurrogatis, ⁊
qđ pignora ſint obligata pro vſuris dicit. l. qui potio. in
pig. habeantur. lucius. §. ſciendum. Sic ergo habet do-
tem ⁊ legatum, vt. ff. de bonis liber. l. etiam. §. ſi debita. ⁊
de inoffi. teſtamẽ. omnimodo. ſic. j. vnde vir ⁊ vxor. auf.
preterea. Reſpondeo aut debetur iure act. ⁊ tunc lega-
tum non excludit actionem pro debito niſi hoc adijcia-
tur, vt hic ⁊ de leg. ij. creditorem. ⁊ de lega. ſi datum. Si
vero qđ debetur non ſit debitum iure actionis, vt eſt in
l. de bonis liber. etiam. cum ſimi. nam filie non datur cõ-
tra patrem vt relinquat: ſi non relinquat datur actio
contra teſtamentum, tunc computatur legatum cũ de-
3 bito, vt in contrarijs. Sed quid † dices poſt annum
vbi dos eſt data in pecunia: ⁊ heredes ceſſauerunt reſti-
tuere dotem nunquid tenebuntur preſtare vxori alimen
ta tam preterita ꝙ̃ futura propoſito officio iudicis qđ
obtinet pro alimentis preſtandis. Videtur ꝙ ſic, quia
fauorabilis eſt petitio, vt. s. de fer. l. ij. hinc dicit mulier
ſi non haberem ius petendi tamen tu dare debes: vt ar.
de his qui ad eccle. confug. l. fina. ff. de tabu. exhiben. l. ij.
⁊. iij. argu. s. de epiſco. audi. l. iudices. Item cauſa dotis
hoc ſuadet, vt. l. pro oneribus. s. de iure dotium. l. dotis
fructus. Item adducitur. l. que dicit mulierem poſſide-
re dotem, vt. j. qui potio. in pigno. hab. l. aſſiduis. Item
heres habet emolumentũ dotis ratione more quam fa-
cit in reſtituenda dote, ergo illud reſtituere debet: nam
equum eſt neminem cum alterius iactura ⁊c. ff. de con-
dictio. indeb. l. nam natura. facit ad hoc inſtitu. de legiti.
agnato. tute. §. penult. C. de furt. l. fina. ff. de oper. liber. l.
opere. quia non eſt par eademq; ratio ⁊c. j. de codicil. l.
fina. Item vbi emolumentum ibi ⁊ onus eſſe debet. ff. de
regu. iur. l. quo tutela. Item licet vna pars receſſerit de
ſeculo altera remanſit, quia ſunt duo in carne vna. ar. j.
de crimine expilla. heredi. l. aduerſus. ff. de ſenato. l. femi-
ne. j. quando muli. tute. off. fungi po. l. j. ⁊ ſic idem honor
alimentandi ſibi debetur qui ⁊ conſtante matrimonio
ab herede exiſtente in mora preſtandi alimẽta. Item fa-
cit ad. l. vt in poſſeſſ. lega. l. penul. de ordi. cogni. l. fina. ff.
de liberis agno. l. ſi neget. ff. de iure delibe. l. ſi filius inſti-
tutus. Et arguitur ex predictis ꝙ equum eſt ab heredi-
bus viri preſtari alimenta vxori ratione lucri percepti:
et ſi equum eſt cum non ſit prodita actio dabitur in fa-
ctum vel officium iudicis, vt. ff. de preſcrip. verb. l. quo-
ties. ⁊ de liberis agno. l. ſi quis a liberis. in princi. ⁊ dic ꝙ
hec mulier poteſt petere vſuras vt intereſſe. ⁊ pro hoc fa
cit. ff. pro ſocio. l. ſi quis a ſocio. extra de vſuris. cap. con-
4 queſtus. ⁊. c. conſuluit. nam † in bone fidei contractibus
⁊ in his qui bone fidei comparantur veniunt ex mora,
vt. ff. de vſuris. l. mora. §. in bone fidei. ⁊ preſtantur talia
alimenta ſm quantitatem dotis, ⁊ facultates heredum
⁊ dignitatem mulieris, vt. ff. vbi pupil. edu. debeat. l. j. ij.
⁊. iij. Iacob. de are.

Exactio. Hic dicitur ꝙ mobilia debent
ſolui poſt annum. Sed quid faciet
mulier ſi nihil aliud habet. Forte poteſt dici licet hoc nõ
dicatur hic ꝙ hoc intelligatur quando ipſa eſt diues ⁊
maritus pauper: at quando vterq; pauper non debet
maritus ali de ſubſtantia mulieris, nam nullus eſt qui te
neatur ad alimenta propter perſone coniunctionem vel
reuerentiam niſi quando excedit in facultatibus: vt. ff.
de liberis agnoſcen. l. ſi quis a liberis. §. ſi. hec eſt quedã
alimentatio quam facit mulier de marito in hoc ꝙ tene
ret dotem vſq; ad annum, ⁊ ideo credo ꝙ in tali articu-
lo maritus habeat hoc beneficiũ, ita ꝙ intelligitur quã-
do mulier eſt diues: vel dic ꝙ communiter alatur. argu.
l. vbi autem. ꝙ vxor vadat oſtiatim nõ videtur. Sed nun
quid vtilitatem intra annum debet preſtare. Reſpõdeo
ſic, vt indicat. l. ſi mulier ꝙ ⁊c. ſolu. matrimo. diuor. §. nõ
ſolum. ⁊ ſic eſt differentia inter obuentiones ⁊ vſuras.
Sed ſm hoc ſi debet maritus reſtituere vtilitatem me-
dio tempore perceptam, quam vtilitatẽ habet inde quã
do retinet vſq; ad annum. Reſpondeo habet vſum rei,
ſed preſtabit qđ potuit inde haberi: nam vtile eſt habe-
re rem, licet ſoluat pecuniam. Alij dicũt ꝙ demum poſt
annum preſtabit vtilitatem, ſed eis obſtat dicta. l. non ſo
lum. Sed poteſt reſponderi pro eis ⁊ dici ꝙ fructus qui
percipiuntur ex re reddantur mulieri: qui vero occaſio-
ne rei vt vectura, demum poſt annum, ſed primum cre-
do. Iaco. de arena.

Sin autem. Ibi: credo cõtra vſuras.
Hoc intellige ſi vxor malit
petere vſuras, ſed ſi vult petere obuentiones vt. j. in ver.
ſimiliq; modo. vel intellige hoc quãdo res eſſe deſierat:
infra autem in verſic. ſimiliq; modo. quando extabant,
⁊ hoc ſm gloſ. ſi malit contra. Tu autem dic ꝙ hic lo-
quitur de acceſſione quã poterat vir habere poſt tẽpus
more. Si poſt annũ vt dicamus ꝙ poſt annum incipiet
currere vſura vſq; ad tertiam centeſime facta eſtimatio
ne rerum dotalium, ſed penſionem cum vecturis ⁊c.
que ſuſcepit maritus intra annum tenetur reddere o-
mnes quas percepit a tẽpore ſoluti matrimonij: ſtatim
ſubiungit ſimiliq; modo ⁊c. quaſi dicat ex tempore ſolu
ti matrimonij: ſed ſm hoc quam vtilitatem habet vir ex
huiuſmodi dilatione anni? Reſpondeo magnam: nam
magna vtilitas eſt habere rem: licet ſoluatur pẽſio inde
vel vectura. Iacobus de are.

Summarium.

1 Fundus dotalis an possit alienari etiam muliere consentiente.
Quis dicatur fundus dotalis, nume. eodem.

Et cum lex. Dic ꝙ interdum consentit mulier alienationi fundi dotalis. Interdum alienationi rei proprie mariti. Interdum alienationi rei date in donatione propter nu-
1 ptias. Si cõsentit † alienationi rei dotalis, seu fraudi, ⁊ tunc aut proprie est dotalis, aut improprie: nam proprie est dotalis qui datus est inestimatus in dotem. s̃. titu. j. l. in rebus. ⁊ tunc non potest alienari quãtumcũq; mulier cõsentiat, nec hypothece dari, nec etiam si iuret. s̃. de le. nõ dubium. Sed dicet quis qd obseruatur in fundo dotali obseruatur ne in re mobili? Respon. non quia tantũ in re immobili locum habet hec lex iul. Item q̃ seruum datum inestimatum in dotẽ potest maritus manumittere. ff. de iur. doti. l. dotalem. j̃. de seruo cõmu. manu. l. j. Item video prohibitionem rerum ecclesiasticarum nõ trahi ad mobiles; hoc idem seruatur in tutore qui alienat mobiles non autem immobiles. Item quod in vno vetatur in alio conceditur. ff. de iudicijs. cum pretor. Si vero nõ sit proprie dotalis, sed improprie: vt quia estimatus, ⁊ sic maritus est emptor. s̃. de iur. dotiũ. l. quoties. ⁊ tunc potest consentire ⁊ preiudicat. Si vero cõsentit obligationi rei proprie mariti preiudicat sibi, vt. s̃. ad vellei. l. iubemus. Si vero cõsentit obligationi rei donate propter nuptias preiudicat sibi si sunt res de quibus possit satisfieri mulieri, vt dicit auf. siue a me. s̃. ad velleia. Si autẽ mulier alienat ⁊ maritus consentit obtinet: qd not. s̃. de iur. dotiũ. l. si predium. ¶ Rem in presenti. Diuide hanc legẽ in tres partes principales grossas. In prima ponit proemium. In secũda statutum. In tertia tradit l. statutũ ibi, rei vxorie. itaq; ⁊c. subdiuiditur in sex partes principales. In prima instruit nos Imperator quã actione habemus petere dotem. In secunda que est in §. vt plenius tribuit tacitam hypothecam actioni ex stipulatu per quam petitur dos. In tertia que est in. §. sed ⁊ si. vult Imperator actionem ex stipulatu que pro dote competit numerari inter bone fidei actiones. In quinta que est in. §. ⁊ actiones. ⁊ durat vsq; ad. §. ⁊ cum lex. ponit Imperator que sunt naturalia actionis ex stipulatu: reiecta in his obseruantia rei vxorie actionis, ⁊ que sunt communia vtriusq; actionis q̃uis hodie in solam actionem ex stipulatu veniat rei vxorie actione sublata, ⁊ que sunt proprie actionis rei vxorie: exinde tamen sunt accommodata actioni ex stipulatu per quã petitur dos reiecta super his obseruantia rei vxorie actionis, ⁊ que sunt communia vtriusq; actionis q̃uis hodie in solam actionem ex stipulatu veniat rei vxorie actione sublata, ⁊ que sunt proprie actionis rei vxorie, exinde tamẽ sunt acommodata actioni ex stipulatu. In quinta que est in §. ⁊ cum lex. tollit ⁊ remouet quãdam dubitabilem questionem circa hunc tractatum. In sexta que est ibi. §. id. ponit Imperator duas actiones quas ipsa facit statuto huius legis. Jaco. de are.

¶ De donationibus inter virum ⁊ vxorem. Rubri.

Summarium.

1 Donata an ratione criminis reuocentur.
2 Morte delinquentis extinguitur delictum.
Limita, vt nume. eodem.

Res vxoris. ¶ De duabus primis donationibus credo glos. bene dicere. Sed in tertia, scilicet quando est inter viuos nõ credo gloss. bene dicere. Et idem glossator reperitur sibi contrarius: nam hic ⁊ in. l. post contractum. ff. de donatio. dicit ꝙ post contractum capitale crimen donationes facte valent nisi donatio sit secuta sententiã: vnde tenet ꝙ accusatione proposita possit donare. Contrarium tenet in. l. ex iudiciorũ. vbi dicit ꝙ post litem contestatam in crimine nõ potest malefactor donare, ergo ibi sentit quod licet precesserit donatio sententiam ꝙ non valet, scilicet post litem contestatam. Item est cõtra glos. que est in. l. chirographis.
1 de administra. tut. Et idcirco † dic ꝙ quando queritur an ratione criminis donata reuocentur vel non inter viuos ⁊ coniuges: considera, aut sententia nulla de crimine est lata contra malefactorem dum viuit, tunc donata non reuocantur quia deficit principalis: quia non potest ferri sententia contra mortuum seu post mortem, ⁊ hic est intellectus illius legis post contractum. quia toto tempore malefactoris sententia nõ fuit lata. ⁊ pro-
2 batur hoc. ff. de publi. iud. defuncto. ⁊ quod † morte criminosi extinguatur crimen dicitur. j̃. si reus vel acc. l. j. Fallit in crimine lese maiestatis, ⁊ alijs exceptuatis in quibus queritur etiam post mortem de crimine, vt. ff. de donatio. l. donationes. §. perfecto. j̃. ad legem iuliam maiesta. l. penulti. ⁊ fina. ff. de accusatio. l. ex iudiciorum. Si vero sequatur condemnatio in personam malefactoris: tunc considera aut ipse donauit sine suspicione pene, vt quia nondum deliquerat ⁊ post deliquit, tunc est firma nec reuocatur. ⁊ hoc probatur per legem. ff. de de donatio. l. causa mor. l. si aliquis. ibi, quãuis ⁊c. ⁊. j̃. de bonis proscrip. l. si quis post hanc. ibi, ante tempus criminis ⁊ reatus, ⁊ hic. Aut donauit suspicione pene, vt quia iam deliquerat: nam postq̃ deliquit debet suspicari se puniendum, vt. j̃. de verbo. significa. aliud. ⁊ tunc reuocatur, vt. ff. de manumis. l. qui pene. qui ⁊ a quibus. l. si pene serui. §. fina. ⁊ dicta. l. si aliquis a contrario sensu litere. de bonis dam. l. cum ratio. §. ex bonis. Sed instabis quomodo sciam qd fecerit cum suspicione pene ⁊c. Respondeo vt dictum est si fecerit post delictum presumatur ꝙ fecerit suspicione pene: nam debuit suspicari se puniendum per. l. si aliud. de verb. signifi. vt dictum est. al's si hoc non suspicaretur non propter hoc esset melioris conditionis, quia ⁊c. quod vi aut clam. l. seruus. Si vero nondum deliquerat considera aut incontinenti, id est statim post donationem factam deliquit, ⁊ tunc presumo ꝙ cogitauerit delinquere quãdo donauit, ⁊ sic sequentia declarant precedentia. ⁊ ad hoc facit decretalis extra de electio. ca. officij. Item pro hoc quia ex his que incontinenti fiunt mens intelligitur habita in sequentibus. ff. ad macedo. l. sed iulianus. §. si filius. de priuileg. credi. si ventri. §. fi. si quis in testa. lib. l. j. §. fina. ⁊ hec reuocatio fit per officium eius qui habet exequi ⁊ recuperare bona, de administra. tuto. l. chirographis. ad sillanianum. l. senatus. Sed quid si vendidit. Respõdeo aut venditio fuit simulata, ⁊ tunc certum est ꝙ non valet, de act. ⁊ obliga. l. contractus. sed si in veritate fuit facta non reuocatur nisi probetur de participatione fraudis. ff. que in fraud. credi. l. si a debitore. sed in donatione nõ considero sciuerit vel nesciuerit, per. l. de ijs que in frau. credi. qui autem. §. simili modo. Jac. de arena.

¶ Si dos constante matrimonio. Rubrica.

Summarium.

1 Actio que pro dote competit an tollatur per solutionem.
2 An constante matrimonio possit fieri restitutio dotis.

1 **Si constante.** ¶ Sed querit † an tollatur actio mulieri si soluatur ei. Et videtur ꝙ nõ possit agere vlterius, quia maritus ante diem potuit soluere: quia qd debetur in diem ⁊c. de solutio. quod in diem. Item pro hoc. de iure do. cum in fundo. §. quod si accidat. ⁊. §. vxor. in fi. ⁊ pro hoc. eo. ti. l. debitor. ⁊. l. seq. ⁊ ad velleia.

ad velleia. vir vxori. §. ij. ⁊. s. de donationi. propter nupt. si constante. §. fina. ergo videtur ꝙ constante matrimonio possit solui. ¶ Econtra quia talis solutio obtinet instar donationis, ergo non est solutio nec liberatio, ⁊ sic mulier repetet cum venerit dies soluende dotis. Item hoc videtur expressum, de religio. l. si pro rata. ⁊ sic videtur ꝙ possit petere dotem. Sed certe si hoc esset eueniret malum quoddam quod bis haberetur quod non de
2 bet esse. de regu. iur. bona fides. Potes tenere † primam solutionem: si ergo facta est solutio dotis per maritum constante matrimonio que non tenet vt primo dictum est, non preiudicat marito quin eam repetere possit, vt hic ⁊ in. l. si pro rata. preiudicat quantum ad ceteram personam: vt. eod. titu. l. inde neratius. Unde videtur ꝙ non preiudicet extraneo qui debet habere actionem cōtra maritum. Alij dicunt, aut mulier habet saluam pecuniam ⁊ patitur doli exceptionē, al's non. argu. de doli excep. apud celsum. §. si quis pupillo. Et ideo cum redditur fac ꝙ detur res immobilis in solutum pro dote: vt sic non possit dissipare, vel addatur causa vt se et suos alat, ⁊ tunc est causa probabilis ⁊ soluta est legitime, ita ꝙ non potest vlterius peti, vt. ff. de iure dotium. mutus. §. manente. ⁊ dicta. l. si pro rata. solu. matrimo. l. ꝗ̃uis. ⁊
a l. sequen.[a] Iac. de are.

¶ Ne fideiussores dotium dentur. Rubrica.

Siue ex iure. ¶ Sed queritur in glos. an alius potest pro viro dotem accipere. dicit glos. ⁊c. Sed certe non videtur ꝙ possint esse duo rei, cum quando sunt duo rei alter fideiubere videatur pro eo quod ad alium peruenit: at dos debet peruenire ad virum. ff. de duo. reis. si id ꝙ. Nō obstat quod dicitur, vel ab omnibus ⁊c. quia illud habet locum in his quorum est dotem recipere vt sociorū ⁊ talium. Non ergo extranei possent: al's leges essent imposite verbis. Item an pignora possint dari? credo ꝙ non, sed hypothece: quia non credatur sic. Sed an extraneus potest dare pignora ꝙ habeatur vt fideiussor. Sed si extraneus dat dotem ⁊ stipulatur sibi reddi, videtur ꝙ sic: quia loquitur quando ad mulierem debet redire. Iaco. de are.

¶ Ubi petantur tutores vel curatores. Rubrica.

Summarium.

1 Tutor datus ratione domicilij vel originis an administrabit res alibi positas.
2 Minor an potest se subijcere potestati alterius iudicis ꝗ̃ sui.
3 Clericus minor nec volens nec inuitus potest se subijcere curie seculari.

1 **Magistratus.** ¶ Sed an tutor † dat⁹ ratione domicilij vel originis administrabit res alibi positas. Et videtur ꝙ sic: quia datur persone que est sub eo qui datur, nam principaliter datur persone, iuxta illud de excu. tuto. l. propter litem. §. licet datur. Item pro hoc quia de re vbicunqꝫ posita potest cōueniri vbi habet domicilium: ita ꝙ per sententiam iudicis domicilij potest perdere rem. j. de prescrip. long. tempo. l. fi. ergo ⁊ committere administrationem alij. Item
b habet iurisdictionem[b] in persona, ergo ⁊ in rebus. arg. ff. de pact. conuen. tam super dot. l. hac lege. ⁊. s. de sacr. sanct. eccle. aut. ingressi. secus si datur ratione patrimonij tantum. ¶ Econtra videtur ꝙ administret tantum res que sunt in ciuitate illa. arg. l. iurisperitos. de exu. tuto. nisi in rebus que sunt ibi vbi habet originem vel domicilium. Sed quid si nihil habet in loco originis, an potest dari. Respondeo sic, nam non differt vnde: in reliquo ergo in loco originis licet ibi nihil habeat potest dari. Sed ad quid si non potest administrare. Dic ꝙ sic cum tutor principaliter detur persone, secūdario rebus. de administratione tuto. cum plures. §. cum tutor. Sed
¶ Dic aut testator vtitur nominibus proprijs tantũ, aut proprijs ⁊ appellatiuis. Si proprijs tantum, tunc singuli admittuntur ad virilem hereditatis vel legati: vt institu.de hered.instituen.§.si plures. ff. de here. instituen. quoties. §. heredes. nisi aliqui sint coniuncti, aliqui separati. ff.de heredi.instituen.titius.⁊.l.liber.§.j. quia coniuncti habentur loco vnius. de lega.j.l. plane. Si nominibus proprijs et appellatiuis testator vtitur, aut instituendo, aut in legando, aut in substituẽdo. Si instituendo, verbi gratia: Titius ⁊ filij auunculi mei mihi heredes sunto, tunc filij auunculi mei habentur pro vna persona, ⁊ habent dimidiam hereditatis, ⁊ Titius reliquam dimidiam, nisi dixerit testator eque, quia tunc fiunt viriles. ff.de here.institu.l.interdum.in princ.⁊ hoc quando vtitur in aliquibus nominibus proprijs, in aliquibus appellatiuis tantũ. Sed quid si nominat filios auunculi proprijs nominibus ⁊ appellatiuis: refert que precedant, vt si appellatiua ⁊ subsequantur postea propria nomina, verbi gratia: Filios auunculi mei Petrũ ⁊ ⁊ Martinum ⁊ Titium extraneum mihi heredes instituo, tunc preualent appellatiua ⁊ habebunt eam partẽ quam haberent nominibus nullo modo expressis, videlicet, filij auunculi dimidiam ⁊ Titius reliquam. Si vero precedant nomina propria ⁊ sequantur appellatiua, verbi gratia: Petrum ⁊ Martinum filios auũculi mei ⁊ Titium mihi heredes instituo, tunc preualent propria nomina ⁊ habent virilem. ff. de stipula.ser.si seruus communis. ff.de condi. ⁊ demon. cum ita datur. Si vero vtitur testator proprijs nominibus ⁊ appellatiuis in legando, tunc designata appellatiua sunt vna persona ⁊ habebunt

⁊ habebunt tantum quantum alius cuius nomen eſt expreſſum, vt hic. Si autem in ſubſtituendo vtitur nominibus proprijs ⁊ appellatiuis, tunc refert quale ſit appellatiuum. Nam ſi eſt tale qđ ſignificat tranſlationem iuris, ſcilicet in iſto vt eſt heres, aut eſt tale ꝙ non ſignificat tranſlationem iuris, vt eſt cum dicit filios nouerce mee: primo caſu conſidera, aut per vulgarem, aut per pupillarem. Si per vulgarem vtputa Titium Sempronium et Caium mihi heredes inſtituo: ⁊ quilibet erat ex diſparibus partibus inſtitutus: poſtea dixit, ⁊ ſi Titius non erit heres quos inſtitui ⁊ Petrus ſit heres, tūc nominatus habet virilem, ceteri nominati reſiduum, ⁊ diuiditur pro hereditarijs portionibus, vt.ff.de vulg. ⁊ pupilla.ſubſtitu.l. qui cum plures. Si vero non fuerit ſubſtitutio vulgaris ſed pupillaris, vt quiſquis mihi heres erit, ⁊ Titius ſit heres filio meo: tunc conſidera aut pupillus fuit heres patris, ⁊ tunc obtinent hic vt habeant nominati appellatiuis nominibus hereditarias, ⁊ nominatus nomine proprio habeat virilem, conſiderato aut concordant hereditarie cum virilibus, ⁊ tunc habent viriles, vt hic: ſi non concordant, nominatus habebit virilem, alij hereditarias per dictam.l.qui cum plures. Si vero non fuit pupillus heres patris, tunc Titius habet dimidiā, alij nominati appellatiuis nominibus habent aliam dimidiam quam diuidunt pro hereditaria portione: vt.ff.de vulga. ⁊ pupilla. ſubſtitutio.ſi pater filio. Si autem non ſit illud nomen appellatiuum quod ſignificat iuris trāſlationem, puta filios nouerce mee, nec fuerunt ſubſtituti cum alio nominato, tunc dicam idem quod dictum eſt ſupra in inſtitutione: vt ipſi habeant tantum inter omnes quantum habet alter nominatus, niſi appoſitum fuerit eque, quia tunc virilem per dictam.l.interdum.de hered.inſti. Jaco.

¶ De liberis preteritis. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Legata a teſtatore relicta quo iure debeantur.

Maximum vitium.

¶ In gl.j. Totius in fine, dicit Dy. ꝙ prior opinio verior eſt, nā aut dicimus
1 †legata deberi ex lege, aut ex voluntate teſtatoris. Primo caſu debentur: vt.l. papinianus.§.ſed nec impuberis. ff.de inoffic.teſtamen. Secundo caſu ⁊ tunc ſecus, vt in prealleg. §. meminiſſe. quod autem debeantur ex vi legis ⁊ non ex voluntate teſtatoris patet: nam lex dicit quotieſcunqȝ voluntas prima per ſecundam confirmatur, legata debentur vt ex voluntate confirmante, et non ex voluntate confirmata: vt.l. ſi quis priore.ff.ad trebellia. ⁊.l.fina.ff.de heredi.inſti. ⁊.l.poſthumus.§.fina.de iniuſto rup. ⁊ irri.teſtamen. ⁊ inſtit. quibus modis teſta.infir.§.ſed ⁊ ſi quis. ſed hoc eſt certum ꝙ debentur legata per auſ. ex cauſa. que confirmat legata rupto teſtamento: ergo deberi videntur vt ex vi legis voluntate confirmante, et non ex voluntate confirmata per preallegata iura. Dy. ⁊ Jac.

Summarium.

1 ☞ Relictum in teſtamento ſi non valet iure teſtamenti valeat iure codicillorum an regulariter ſit verum.

Authentica.

Ex cauſa exheredat.

a ¶ Dic ꝙ [a] hec authen. quando loquitur de preteritione, loquitur in ijs qui ſunt in numero pretereūdorum, puta filius emancipatus vel cum preteritur a matre vel alio per lineam maternam: nam ſi filius in poteſtate a patre pretereatur non credo ꝙ hic loquatur, ⁊ dico irritum quo ad omnia.ff.de lega. preſt. circa tab.bono.poſſeſ.peti. ſi quis in poteſtate. in princi. de libe. ⁊ poſthu.inter cetera.cum multis ſimilibus: que non dico corrigi per hoc, ⁊ hoc ideo, nam in corpore vnde extrahitur dicitur ꝙ fauore ipſorum filiorum factū ⁊ ſtatutum eſt hoc, ⁊ eſt fauor talis ⁊ vtilitas liberorum, nam ante hanc legem filius emancipatus preteritus agebat contratabulas, et oportebat eum litigare, et de hoc agnoſci. Preteritus autē a matre qui habetur pro exheredato agebat querela, quam exheredatus habebat querelam ⁊ oportebat eum litigare ⁊ brigam etiam habere nulla inſerta cauſa exheredationis vel preteritionis, ideo fuit inductum ꝙ ſi cauſa non inſeratur ꝙ non ſit ei opus briga aliqua: ſed ſi ipſi adeunt hereditatem tanquam ab inteſtato preſtant tamen legata, ſi intelligeremus etiam in ſuo preterito iam eſſet factus per hanc authen. deterioris conditionis, quia ante poterat dicere ipſo iure nullum ⁊ non preſtabat aliqua legata, modo autem preſtaret, quod ego non credo: vnde dico vt dixi, quia leges que loquuntur de preteritione ſui maneant in ſui firmitate, ⁊ non corrigantur per hanc authenticam. Item dico ꝙ auſ. ex cauſa. loquitur quando cauſa eſt commiſſa, vt tunc legata debeantur beneficio: ſecus crederem ſi cauſa ſit adiecta ſed per heredem non probata, nam tunc crederem legata non deberi: et ſic dicam non corrigi vbicunqȝ dicitur ꝙ rupto teſtamento per querelam. Idem ſi per natiuitatem poſthumi vel per contratabulas non deberi legata, ⁊ hoc indicat ibi in corpore euacuato, non dicit euacuando, ſed ſi per querelam rumperetur diceret euacuando per querelam: loquitur ergo de euacuato ipſo iure vbi neceſſaria non eſt ſententia, nam cauſa inſerta inceperunt legata pendere ab inſtitutione. Si ergo inſtitutio rumpitur, ⁊ quicquid pendet ab ea: ſed quando cauſa non inſeritur legata habuerunt vires a beneficio legis ⁊ ab ea pendebant merito teneant, ⁊ hoc arguit lex.ff.de liberis ⁊ poſthumis.l. ⁊ ſi pepercerit.§. fin. ⁊ de iniuſto rupto ⁊ irri.teſtamen.l. nam ⁊ ſub conditione. ⁊ hoc tetigit dominus Accurſius in ſumma huius titu.licet aliud dixit
1 in ſumma de inoffi.teſtamen. ¶ Quod †autem dicitur in queſtione quid ſi dicatur: ſi non valet iure teſtamenti ⁊c. videtur ꝙ directa inſtitutio trahatur ad fideicommiſſum, ⁊ allegatur. ff.ad trebellianum.ſceuola. melius facit, de legatis.iij.cum quis.§.ſeia. Sed certe debet eſſe teſtamentum vel codicillus ſicut alibi dicitur. ff.de vſucap.eum qui edes. ff. de rerum permuta.l.i. ꝯ.de codicillis.ſi idem. Item quia deficit conditio codicillandi ſi teſtamentum eſt irritum, ſed cum valeat ſaltim quo ad legata non debet valere vt codicillus: nam conditio debet exiſtere in totum, ⁊ ſi in partem eſt falſa, in totum vitiatur. ff. de rebus dubijs.l.ſi is qui.§.vtrum. cum ergo valet ſaltem quo ad legata, ergo deficit conditio. Item eſt alia ratio quare non poteſt filius ſic grauari, quia filius preteritus non grauatur. ff. de legatis. iij.l. ex filio.non obſtat.ꝯ.de fideicommiſſis.l.penultima.quia filius emancipatus relicta preſtat certis perſonis, quia loquitur de relictis ab aliquo puta herede: non de relictis a ſe, quia relicta a ſe nulli preſtat. Sed in queſtione iſta loquitur de relictis a ſe, ergo nulli debet preſtare: vnde non credo ꝙ illa conditio trahatur ad hoc, operatur ergo quando a principio non valet: vt.ff. de legatis. ij. ſi ita ſcripſiſſet.de verborum obligatione.l. ſi a colono. ⁊.l.cum ſtipulamur. quia ſecus ſi a principio valuiſſet, ⁊ poſtea ruptum fuiſſet agnatione poſthumi. Item quando in totum non valet, tunc trahitur ad codicillos, at ſi valet in totum ⁊ deficit conditio codicillandi. a Item quando pro parte valet, nihil operatur adiectio illa. Item quando teſtamentum rumpitur per querelam.ff.de inoffic.teſtamen.titia. ⁊ not. de hoc.ff.de teſtamen.l.ex ea ſcriptura. Jac.de are.

a ¶ Vide ꝙ no.per Dy. in.l.paulus reſpōdit. ff. de reb. eorū. ⁊ per Jaco. in repe.ſuis.

¶ De verborum ſignificatione. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ In legatis alternatiuis cuius est electio, an heredis an legatarij.

1 CUm quidam. ¶ Dic in † legato cui detur electio vtrum heredi vel legatario. Dic aut ita dicit testator: heres dato illam aut illam rem, ⁊ tunc heres eligit: vt. ff. de lega. ij. si ita. §. fina. et l. si quis duobus heredibus. de lega. j. si quando. §. j. Si dicit, precipito vel habeto tibi illam vel illam rem: tunc legatarius eligit. de lega. j. plane. j. §. fina. in princip. §. Si vero dicat, illud aut illud tibi do lego: tunc etiam legatarius eligit. de leg. ij. l. lucio titio. ⁊ ibi not. ⁊ l. si is. Jac.

¶ De fideicommissis. Rubrica.

SI probaueris. ¶ Sed quomodo intelligitur hec litera: inscienter soluente an per ignorantiam. Glo. dicit ꝙ ignoranter. contrarium est. s. de iuris ⁊ fac. ignorā. l. cum testamentum. vbi ecōtrario non nocet etiam in libertate que est fauorabilior ceteris: quare credo melius ꝙ hic fuerit sciens. Non obstat lex proxima, ⁊ s. de testamentis. l. non dubium. §. j. vbi incontinenti preiudicauit, quia ibi vnum fuit legatū hic plura, nam tot sunt legata quot anni, vt de annuis lega. si in singulos. ⁊ l. cum in annos. ⁊ quan. dies legat. ced. in annos. quare si in vno agnosceret non teneret in alijs, vt. s. ne vxor pro mari. l. fi. de excusa. tuto. l. voluntarie. nisi hoc faceret triennij prestatio ⁊ fauor alimentorū. Ad contrarium. l. non quemadmodum. respondetur ꝙ hic agitur de iure presenti, contra quod est de annuis lega. si in singulos. vbi dicitur ꝙ primi anni vel mensis est purum, sequentium conditionale, ita ꝙ non est debitor etiam si filiusfamilias efficietur sui iuris queret sibi pro annis futuris, vt de reg. iur. l. que legata. ⁊ l. si filius. de verbo. obligat. Quare melius videtur dicendum ꝙ sit hic speciale vel ꝙ adueniente termino petas: sed stipulatio annua vna est. de verb. obli. stich. §. vnico. de donatio. causa mortis. l. senatus. in fine. vnde cum sit vna ius est presens. Jaco. de are.

CUm secūdum. ¶ Si adierint. Ergo si non adierint trāsmisit illa fideicommis. ad suum heredem: licet enim do. Accur. in summa ad trebel. dicat ꝙ transmittat ius deliberandi. idem etiam nota. de lega. j. cum filio. sed tamen contrarium est vt. ff. ad trebel. cogi. §. idem metus. ⁊ ad trebel. postulāte. Et hanc opinionem tenet glos. in. l. apud iulianum. §. vtrum. ⁊ hec est tenenda: quia hoc fideicommissum vniuersale habet naturam alterius fideicommissi specialis siue singularis; quod intelligo si est purum, secus si conditionale, vt not. j. eo. si in personam.

Summarium.

1 ☞ Venditio ⁊ pignoris obligatio an sint prohibite extra familiam.

2 Prohibita alienatione an in dotem datio prohibita sit.

1 VOluntas patris. ¶ Sorori. Jmo cuicunq;, nam † cum prohibita sit venditio ⁊ pignoris obligatio, ergo non donatio: vt. j. de pred. tut. l. fin. ⁊ hoc dicunt quidam ꝙ etiam cuilibet donare possit: alij dicunt ꝙ prohibendo venditionem etiam donationem videtur prohibere. ff. de statuliber. statuliberi a ceteris. ⁊ sic est ius in eo quod dicit

2 extra familiā vt sic in familia promittatur. Sed † an in dotem potest dare, arg. ꝙ sic: nam cum erat maritus habebitur de familia: vt. s. de verbo. signifi. l. fin. vbi gener de familia habetur, sed ibi fuerat generante: sed dicendum est ꝙ sic, siue habet aliud. ff. ad trebellianum. l. mulier. §. cum proponeretur. ⁊ l. a filia. ⁊ commu. de leg. authen. res que. Jac. de arena.

Summarium.

1 ☞ Si ambigua sit testantis voluntas ad quem spectat interpretatio.

1 VOlūtatis defuncti. ¶ Pone † exemplum. ff. de fun. instru. l. quesitum. §. idem respondit. vel alia exempla que sunt in glos. ⁊ dic aut constat de voluntate aut de significatione vocabuli ⁊ non de voluntate, aut de neutro. Si constat de voluntate, qualiscunq; sit significatio statur voluntati. j. eod. cum inter. fallit. ff. de vsufruc. lega. l. si alij. Si vero non constet de voluntate sed de significatione vocabuli, tunc oppo. l. non aliter. vbi vero significatio est ambigua ⁊ etiam voluntas, tunc opponitur sic: quia aut interpretatur lex, ⁊ tunc statur illi interpretationi: vt. ff. de heredi. instituen. l. si pater. de lega. iij. l. nummis. Si vero lex alij interpretandum commisit, tunc interpretatur ille quem lex dicit: vt de lega. j. si quis a filio. §. si quis plures. Si vero non sit commissa alteri, tunc committitur arbitrio iudicantis: vt in. l. quesitum. §. idem respondit. de condit. ⁊ demonstra. l. illis libertis. cum similibus hic allegatis. ¶ Additio. (Ad cōtrarium signatum in glossa respon. ꝙ ibi erat prohibita transactio inter omnes indistincte hic simpliciter, ita ꝙ non videtur prohibere extra familiam. argu. ff. de iudi. l. cum pretor. Petrus.).

Summarium.

1 ☞ Testatoris preceptum, quādo dicitur esse nudum.

QUoties in omnib⁹. ¶ Si testatoris preceptum est nudum non

1 valet: ⁊ dicitur † non nudum, vt quando dixit: quia volo in familia remanere vel etiam penam apposuit si contra fieret, vt quia dixit: si alienetur volo ꝙ talis reuocet, nam valet pene adiectio: vt. s. tit. j. l. vnica. ⁊ de verb. signi. l. fi. in fine. Jac. de are.

Summarium.

1 ☞ Si heredis institutio a principio nō valuit an legata ab instituto relicta debeant a veniētibus ab intestato.

EA quā frater tuus. ¶ Hec lex legitur duobus modis: vno modo ꝙ heredes ab intestato fuerunt rogati, ⁊ iste est satis grossus intellectus. Alio modo secundum Accursium ꝙ non fuerunt rogati: sed testator simpliciter est locutus in fideicommisso, videlicet hereditatem meam volo post mortem heredis restitui tali: ⁊ nota ꝙ dicit in fine heres facta, nam quando fuit legitime adoptata, si non adeatur hereditas non debetur fidei-

1 commissum a veniētibus ab intestato. Unde dico † aut hereditas potuit adiri, ⁊ tunc si adeatur debetur ab heredibus ipsius restitui, vt in fine ⁊ in principio, vbi dicit quesita. Aut non fuit adita, ⁊ tunc non debetur a venientibus ab intestato, etiam si simpliciter fuit locutus testator vt in fine sumitur: a contrario sensu non bene sumitur ex fine, imo videtur colligi ex vers. tūc enim. ⁊ hoc etiā declarat illa parua gl. que incip. inutiliter. in eo. vers.

Si vero

Si vero hereditas adiri non potuit ex testamento, tunc aut nominatim locutus est decedens, vt si dixit: volo heredem meum post mortem suam tali restituere, et tunc venientes ab intestato non tenentur: vel distingue vt notatur per Dyn. ff. de lega. ij. l. cum pater. §. filius. & de fideicommis. liber. si pater duas. §. fin. & sic loquitur. ff. de leg. ij. celsus pater. §. quod alicui. Aut generaliter puta, post mortem heredis volo restitui hereditatem meam tali, & tunc venientes ab intestato videntur rogati: & sic hic loquitur argumen. ad hoc. de fideicommis. liber. l. si pater. §. finali. Et est ratio diuersitatis inter hos duos proximos casus: nam quando nominatim grauat, tunc grauamen incipit habere vires ab institutione, que est caput testamenti: & ideo si hereditas non additur ex testamento illud grauamen non durat: vbi autem simpliciter sine nominatione est locutus, illud grauamen capit radices in quolibet succedente ex testamento, vel ab intestato. arg. ad hanc rationem de liber. & posthu. si pepercerit. §. fina. & de iniust. rup. & irri. testamen. l. iij. §. fin. & l. nam & sub conditione. & dicam peti hoc casu & in casu huius. l. tanquam ex codicillis. nam sine institutione non potest valere testamentum. vt de iis que in testamen. delen. proxime. nec obstat ad hoc. s. de testamen. l. non codicillum. nam hic noluit codicillari sed testari sicut & ibi: & quia non dixit quod valeat iure codicillorum, vt. ff. de codicil. l. j. & de testamen. mili. l. iij. cum simili. Nam respondeo. l. non codicillum. dicit institutio &c. intelligo institutione scilicet de iure facta de persona que potuit institui vbi si non est numerus testium non valet vt codicillus: sed aliud si est talis heres institutus qui etiam cum legitimo numero non potuit institui, nam tunc loquitur hic, sed nonne relicta ab instituto tacite videntur repetita a substituto. de lega. ij. l. cum pater. §. ab instituto. et etiam relicta ab vno de legitimis debentur ab alio. ff. de leg. ij. si titio. §. iulianus. Respondeo est differētia quando relinquitur fideicommissum aut determinate, aut indeterminate: si indeterminate habet locum hec lex, & l. si pater. de fideicommis. liber. Si determinate, hoc est nominatim, tunc aut hereditas peruenit ad alium secundum voluntatem testatoris expressam vel tacitam, aut contra voluntatem. Si expressa vt cum ad substitutum peruenit, & tunc sunt repetita: vt dicta. l. cum pater. §. ab instituto. Si ex tacita, vt est quando decedit intestatus, nam tunc videtur tacite velle hereditatem peruenire ad venientes ab intestato: vt dicit. l. conficiuntur. ff. de iure codicil. & de lega. j. ab exheredati. & tunc etiam alij legitimi tenentur: vt dicta. l. si titio. §. iulianus. vbi vero contra voluntatem testatoris venit ad alium, tūc fideicommissa non debentur ab eo: vt. ff. de legatis. iij. §. j. & de lega. ij. cum pater. §. cum estimaret. qui graui. & l. sequen. & l. penult. Jaco. de are.

Heredum etiam. ¶ Dic si error sit in proprietate rei proprie non nocet, quia ego testator credo alienam que est mea: vt inst. de leg. §. si rem. de iur. & fac. igno. regula. §. j. si erretur in proprietate rei heredis. idem de leg. ij. vnum ex familia. §. si rem & hic. Si vero sit error in proprietate rei aliene, tunc habet locum. s. de leg. cum alienam. Jac.

Summarium.

1 ☞ Quid operentur illa verba: si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum.
2 Voluntas testatoris est in suis finibus tenenda.

Ex testamento. ¶ Allegatur hic pro contra que contradicit legi, de inof. testa. l. titia. nam ibi venientes ab intestato non tenentur licet fuerit dictū: sed illud ideo contingit, quia cum testamentum expugnatur vt inofficiosum, creditur quod testator fuerit furiosus: vt eo. tit. l. ij. Sed quid si † dictum
1 est quod si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, quid operatur? Respondeo ad hoc, si eo tempore non valet, vt quia deficit solennitas vel scriptus est ille qui non potuit scribi vel nullus de facto est scriptus, tūc
a illa verba operantur [a] vt valeat iure codicillorum. Si vero valuit tunc cum factum fuit, licet postea inueniatur non valere, tunc non valebit iure codicillorum quia dixit testator si non valet, ergo si valuit, satis est vt non
2 possit iure codicillorum valere: nam voluntas † testatoris in suis finibus est tenenda: vt. ff. ad trebel. l. sed si ante. in princ. & verbum presens non trahitur ad futurum: vt. ff. de lega. iij. si ita scripsisset. Sed si vis ponere verba que bene operantur dic sic: quod dicat testator illud meum testamentum volo valere iure testamenti. Et si aliquo casu eueniret quod hereditas mea non adiretur ex hoc testamento, volo venientes ab intestato debere prestare que in eo continentur, tunc quandocunque valebit testamentum valebit ab intestato: vt. ff. de lega. ij. si testamento. & l. lucius. §. filia. fallit si impugnetur per querelam: vt. l. titia. de inoffic. testamen. & etiam a preterito non potest relinqui: vt. j. eo. l. quidam cum filium. Jac.

a ¶ No. quid operantur verba si non valet iure testamēti, valeat iure codicillorū & qualiter dz dicere testator, vt valeat sine dubio.

¶ Communia de legatis & fideicommissis. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Que actio datur pro legatis consequendis.
2 Agens pro legato debet expectare aditam esse hereditatem.

1 Cum ij qui. ¶ Dic † aut legatur quantitas vel genus, & tunc datur actio personalis ex testamento non rei vendicatio, hypothecaria bene datur. Si vero species, tunc aut incorporalis aut corporalis. Si incorporalis, si sit nomen tunc ex testamento vt cedatur mihi directa, habeo tamen vtilem sine cessione ab adita hereditate. s. de leg. l. ex legato. Si sit seruitus tunc ius seruitutis transit ab adita hereditate, & datur confessoria. ff. quemadmo. serui. amit. si partem. Si vero sit species corporalis, tunc si res fuerit testatoris ab adita hereditate datur rei vendicatio: vt. ff. de furtis. l. a titio. de leg. j. si tibi homo. §. cum seruus. de leg. ij. l. legatum. & actio ex testamento vt mihi tradatur, non vt detur: nam possum stipulari rem meam tradi licet nō dari, vt. ff. de verb. oblig. scire. & hypothecaria pro aliis rebus defuncti dabitur. Interdum datur etiam hypothecaria, & personalis pro eadem re vt in gl. vnde personalis regulariter competit: hypothecaria pro aliis rebus, rei vendicatio pro re corporali que fuit defuncti.
2 Item dic † quod oportet aditam esse hereditatem quando quis agit pro legato, al's male agit. Jac.

Si duobus.

§. Sed quia nostra.

¶ In fine glos. que incipit: Imo videtur quod teneat alienatio. Quid si filius esset qui debet habere debitum bonorum subsidium? Respondeo sic: nam iste filius dicitur creditor quantum ad hoc, quod sic probatur: hereditas patris magis debetur filio quam hereditas liberti patrono: vt nota. s. de inoffi. testamen. l. fina. sed patronus dicitur creditor: vt. ff. de dona. si patronus ergo. & filius. & si est creditor potest eligere valere alienationem vt scilicet debitū habeat ex quibuscūque rebus velit: vt. ff. de distrac. pig. l. creditoris arbitrio. & pro hoc facit in auth. de resti. & ea que par. §. quamobrem. Jac.

Authentica.

Res que subiacent. ¶ Dic quod hec authentica nihil innouat in pro

hibitione alienationis: quia id erat olim quod hodie non poterat alienari ⁊ irreuocabiliter: vnde si alienabatur transferebatur dominium, sed adueniente die vel conditione rescindebatur ⁊ videbatur non translatum, vt in corpore auf. de restitu. ⁊ ea que parit. in glos. quia verbum. licet glos. hic posita videatur dicere ꝙ per authē. hanc sit prohibita alienatio vt sic dominium non transferatur, sed non est ita sed vt dixi. ⁊ de hoc no. Ac. concor. vnde extrahitur quod magis placet ꝙ id quod not. hic. ⁊ dic ꝙ dos data ante non venit in restitutionē, vt. ff. ad legem falci. l. pater. de collatio. dot. l. fi. nec etiam post data. ad trebel. mulier. §. cum proponeretur. ⁊ l. a filia. Sed an pro alimentis possit fieri diminutio. Glos. dicit ꝙ non, sed credo ꝙ sic in liberis: nam ex aliis causis promittitur pro dote, multo magis pro alimentis, cum magis sit necessaria causa alimentorum ꝙ dotis. arg. §. de patri. qui fil. distraxe. l. ii. de sacrosanc. ecclesiis. l. sancimus. cum ibi nota. in glos. animata. que videtur contraria huic glos. ⁊ in vtraq; est eadem legis prohibitio ⁊ eadem causa permissionis, ⁊ sic magis debet habere beneficium huius auf. ⁊ facit quod not. Dyn. extra de regu. iur. c. in argument. ⁊ de regul. iur. que propter necessitatem. Quid si filius alienauit an tenet saltem quo ad legitimam. Dic ꝙ sic, quia filius est creditor: nam patronus dicitur in legitima creditor, vt. ff. de donation. l. si patroni. ⁊ filio magis debetur legitima ꝙ patrono: vt. ff. ad legem cornel. de fal. l. si quis legatum. §. fi. ⁊ ibi not. cum ergo creditor possit eligere valere alienationem ex quibuscunq; rebus sibi debitis, vt. ff. de distract. pig. l. creditoris arbitrio. ⁊ filius sit creditor potest facere alienationem naturalem, puta in extrahendo herede res alienate computantur in legitimam, vt. ff. ad trebel. §. res que. ergo ⁊ filio. Jaco. de are.

¶ De condictionibus insertis. Rubrica.

Summarium.

1 Heres grauatus restituere hereditatem si sine liberis decedat, susceptis liberis alium instituit an valeat institutio.

Cum testatorem.

1 ¶ Sed quid si quis † instituit heredem ⁊ grauauit eum restituere si decederet sine liberis, an si habeat liberos ⁊ alios instituat, nunquid liberi petent, vt ex causa fideicommissi. Et videtur ꝙ non per hanc literam, quia hic dicit heredem instituerat: ergo si non instituisset heredem tunc haberet institutus ⁊ non liberi: pro hoc de verbo. significa. liberorum. §. sed ⁊ papinianus. ⁊ pro hoc. ff. de pupilla. substitut. l. singulis. Econtra videtur ꝙ sic, quia testator pretulit liberos fideicommisso. ff. de heredi. instituen. l. lucius titius. Pro hoc de lega. i. filius. §. cum quis. de legatis. ii. codicillis. §. coniuncti. nam quare ibi expirat nisi quia filii debent habere, sicut ⁊ alibi. institu. de successio. libero. §. si nostra. simile. ff. de coniung. cum emancip. libe. l. i. §. si pater. vnde cum filii etiam non heredes noceāt fideicommisso, ergo ad ipsos debet venire, quia nisi ad eos veniret non deberet nocere. hec opinio tanquam humanior debet admitti: vt. §. de fideicommis. l. cum virum. ⁊ quia al's dicitur de lega. ii. lucius. §. penulti. quod ergo dicit hic nepotem heredem institui, subaudi maxime. Jac. de are.

¶ Ad trebellianum. Rubrica.

Summarium.

1 Si quarta que debetur heredi ex trebelliano sit ere alieno grauata, an onus spectet ad legatarium pro diuiso an ad solum heredem.

Et sine scriptura.

1 ¶ Ere alieno deducto. Sed † ad hoc contradicit. §. l. i. ⁊. ii. ad qd potest dici aut pro diuiso vult fideicommissum habere ⁊ sic hic loquitur: aut pro indiuiso, quia petit restitutionem super solo verbo, tunc loquitur. l. i. ⁊. ii. vel dic ꝙ testator voluit onus eris alieni pertinere ad heredem, nam tunc heres deducit: vt. eod. titu. cogi. §. non queritur. Jaco. de are.

Summarium.

1 Ad hoc vt quis intentet hereditarias actiones an necesse sit restitutionem fieri.

2 Si heres rogatus fideicommissum restituere fideicommissario, ⁊ fideicommissarius alii non petente fideicommissario restitutionem: an alius petere possit.

Sancimus licētiam.

¶ Hic adde extra glos. casus in quibus fit restitutio ipso iure: ⁊ alius. ff. eo. si heres. vbi
1 non † oportet restitutionem fieri ad hoc vt quis inten-
2 tet hereditarias actiones. Sed † quid si rogatus est heres restituere tibi: tu mihi non petis tibi restitui, an ego possim petere. Dic ꝙ sic: vt. ff. eodem. si patroni filius. §. quod si prior. quia remanet penes eum cum onere: vt. i. de caducis tollendis. l. i. §. pro secundo. ⁊. §. in nouissimo. Jaco. de arena.

Summarium.

1 Heres rogatus restituere vniuersam hereditatem fideicommissario, an detrahere debeat quod ab eo alii nominatim relictum est.

Quidam testamēto.

1 ¶ Si queritur † an heres teneatur ad legata: dic aut rogatur restituere partem, aut totam hereditatem. Si partem aut dimidiam, tunc diuiduntur onera: vt. §. l. ii. secundum primam positionem. ⁊. ff. vt legato. nomi. cauea. l. i. §. fina. ⁊. l. etiam. §. i. dic tamen non teneatur nisi vsq; ad quartam: vt. ff. eod. l. i. et §. is qui. xl. in primo responso. vbi dicitur ꝙ heres quartam habet intactam si grauatur restituere totum: aut totum restituit ⁊ nullo modo conuenitur. ff. eod. l. i. §. i. Si vero restituit aut retinet totum aut quartam, ⁊ tunc non conuenitur heres, al's sic: vt. eod. §. is qui. xl. in princip. ⁊ in fin. ⁊ hoc si conuenitur postꝙ restituit, al's soluit ⁊ postea retinet: vt. l. ita tamen. §. qui ex trebelliano. Si queras vsq; ad quartam partem, petantur integra vel diminuta: tunc dic, ꝙ est differentia: aut fuerunt relicta a fideicommisso aut ab herede. Primo casu non detrahitur quarta, ⁊ conuenitur fideicommissarius vniuersalis totaliter. Si vero simpliciter in institutione reliquit tunc refert aut voluit ꝙ ad onus heredis ⁊ loquitur. l. marcellus. aut ad onus fideicommissarii ⁊ integra prestantur ab eo: vt in. l. i. §. i. ff. eo. aut dubitatur. ⁊ tunc opponitur. l. quadringenta. Jac. de are.

¶ De caducis tollendis. Rubrica.

Et nomen.

§. Ne autem.

¶ Ibi, fideiussionē. Sed an si soluit repetit: videt ꝙ non, quia si iussus est fideiubere, ergo ⁊ soluere: vt

uere: vt in. l. indebitam. ff. de condict. indeb. Item actione mandati non, quia non sponte, sed tractus per actionem ex testamento fideiussit. Item negotio. gesto. non, quia fecit coactus, sed dic quod potest facere sibi caueri dicendo quod soluit: vt. ff. de vsufruc. earum rerum que vsu consumun. l. tribus. Jac. de are.

¶ De ijs qui ante apertas tabulas. Rubrica.

Per hanc.[a] ¶ Dic quod hec lex facit specialitatem tantum in liberis emancipatis et in filijs succedentibus matri, vel alij ascendenti per matrem: nam in ijs qui sunt in potestate nullam specialitatem inducit: nam ipsi sunt heredes etiam ignorantes. institu. de hered. qualit. et differen. §. sui. de lega. j. si post mortem. et transmittunt ad quemcunque: vt de castren. pecu. l. hereditatem. §. j. et ad hoc. s. de iure deli. l. si filius. et ideo non est mirum si in. l. apud hostes. j. de suis et legiti. heredi. transmittit filia hereditatem patris in cuius fuerat potestate in matrem. ad idem facit. ff. de reb. du. qui duos. §. cum bello. et. §. penulti. de iure fis. l. lucius. si omis. sit cau. testamen. l. j. §. j. de vsucap. iusto. §. fina. et idem est in successione ab intestato quod in successione ex testamento est edictum: vt. s. de iure delibe. l. conficiuntur. aut ad hereditatem maternam transmittat, sicut de paterna est dictum: dic quod non, vt. j. ad orficia. l. ij. ¶ Item dic quod aliud ius est in transmittente quam in illo in quem transmittitur: nam filius non transmittit hereditatem sui patris, nepos hereditatem aui, sed quilibet eorum transmittit in quemcunque descendentem, nam filius qui successit transmittit etiam in nepotem et pronepotem. Jac.

¶ Ad senatusconsultum orficianum. Rubrica.

Summarium.

1 Hereditas non adita non transmittitur ad superiores.
2 Quod possum te inuito, multo magis potero te ignorante.

Non pro numero.
1 ¶ No. ergo hic † quod hereditas non adita non transmittitur ad superiores, quod est ideo quia hic non erat suus: nam suus bene transmittit, vt. s. de suis et legiti. heredi. l. apud hostes. ad inferiores bene transmittitur, per titu. de ijs qui ante aper. tabu. Sed opponitur non: ne pater potuit adire saltem per. l. cum non solum. j. de
2 bonis que libe. nam † cum possit eo contradicente, multo magis ignorante absente siue mortuo, vt regula iuris, qui potest. Respondeo pater remouetur quia fratres erant: imo plus dixit dominus Sy. vincentinus quod etiam si fuisset hic infans, non transmisisset ad patrem propter fratres. non obst. l. si infanti. quia ibi non erant fratres. Jaco. de arena.

¶ De bonis maternis. Rubrica.

Summarium.

1 Qui alieno nomine agit, an potest procuratorem constituere.

Res que. ¶ An possit pater constituere procuratorem. Dicit gl. etc. sed ego credo quod hec litera intelligatur vt iacet, quod possit agere per se vel per procuratorem quandocunque a se ordinatum per id quod dicit, tanquam si insolidum etc. nam dominus procuratorem facit. ff. de procu. l. j. ergo et pater. et aliud sit in tutore, quia tutor nec vtitur nec fruitur, nec suum commodum prosequitur, sed iste sic licet non totaliter aliqualiter tamen: nam de pecunia potest habere vtilitatem. argu. l. ff. de pactis. l. si
1 conuenerit. nam video quod qui alieno † nomine agit interdum facit procuratorem ante litem contestatam. j. de donat. l. illam. licet ibi totaliter suum commodum prosequatur. Sed si experitur pro vsufructu non est dubium quod procuratorem potest constituere: nam tunc proprio[a] nomine agit, et quod qui proprio nomine actionem habet proprium procuratorem possit constituere. ff. de iniurijs. sed si vnius. §. penul. Jaco. de are.

[a] ¶ De hac materia no. Ja. de bu. in l. q se patris. s. vnde libe. et Ja. de bel. in. l. frater a fratre. ff. de condi. inde.

Summarium.

1 Filij non debent esse deterioris conditionis quam nepotes.
2 Relicto nepote ex filio primogenito secundogenitus prefertur nepoti in successione regni.

Si viua matre. ¶ Ibi: Filij sin autem etc.
1 No. † quod non debent filij esse deterioris conditionis quam nepotes: et ideo hec litera est optimum
2 argumentum, quod † si decesserit rex relicto filio et nepote ex filio primogenito premortuo, quod filius in regno preferatur nepoti ne inueniatur esse deterioris conditionis filius quam nepos. Nec obstat. s. de legit. here. auf. post fratres. vbi nepotes representant personam patris, quia istud habet locum in hereditate diuisibili, sed cum regnum sit indiuisibile non possumus hic dicere quod succedat nepos et filius: ne ergo inueniatur filius deterioris conditionis quam nepos: dicam eum solum admitti per hanc literam, et hoc credo verius. Jaco. de are.

¶ De bonis que liberis. Rubrica.

Constitutionis. ¶ Superiori lege dictum est quod si aliquis de coniugibus ab aliquo aliquid lucratur illud patri non acquiritur: sed ne putaret aliquis ita esse cum dotem dem pro filia mea et maritus eius moriatur vt talis dos ad me non reuertatur, statuit hec lex quod si dotem dedi pro filia mea et maritus eius moriatur quod dos ad me pleno iure reuertatur: idem si dedi donationem propter nuptias et mortua sit eius vxor. Jaco. de are.

Quod scitis. ¶ Versic. sin autem. Potest intelligi vt glossa dicit quod decessit filius lucrantis mulieris qui lucrans erat mortuus et decessit, dico relicto patre lucrantis et auo, prefertur pater. Vel dic quod filia lucrata fuit aliquid a viro, et decessit relicto filio et patre in cuius ipsa erat potestate, transmittit in filium, non vt dictum est: sed si modo iste nepos ex filia moriatur relicto auo paterno: et sic patris lucrantis relicto et auo materno, prefertur auus maternus eo quod attinet per lineam eius que lucrata est. Potest etiam intelligi vt hic loquatur in casu per se, quia aliquis filiusfamilias aliquid abusque fuerat lucratus, decessit relicto auo prefertur pater ipsius lucrantis tanquam proximior. Jacobus de arena.

Cum oportet. ¶ No. de obligatione que contrahitur a tempore gestionis inchoate. simile dicam in tutore et sic hypotheca dedit personalem: vt alleg. ff. qui potio. in pigno. habean. l. j. sicut et datio fideiussoris. institu. de fideiusso. §. j. Sed lex contradicit quod a tempore quo incipit male agere in debitore fisci. j. de priuileg. fis. l. j. de bo. proscri. l. penulti. Item pi

gnus videtur obligatum ex tempore date pecunie: nam tempore interposite cautionis. ĩ.qui potio.in pig.ha.diuersis.ff.qui potio.in pign.l.potior.simile.s̃.de donatio. ante nupt.ſi conſtante. quid ergo dicemus. Poteſt dici qđ hic dicitur obtinet in adminiſtrationibus per.l.pro officio.s̃.de adminiſtr. tuto. in adminiſtratione fiſci ob. ſua.l. quia cum fiſcus alˀs habeat permulta priuilegia hoc eſt deterioris conditionis: nam non puto ⁊c.de iur. fiſ.l.non puto.Jaco.de are.

Summarium.

1 ☞ Si cõtemplatione patris filius inſtituatur heres, repudiante filio pater adire poſſit.
2 Dictio tanquam, quid importat.
3 Filiofamilias agenti criminaliter, an pater tenetur conſentire.
4 Qui alij conſentit ſua iura perdit.
5 Non meo nomine geſtum ratum habere poſſum.
6 An filius abſente patre ⁊ non cõſentiente poteſt agere.
7 Si actio competat filio vel contra filium, an pater debeat conueniri vel agere loco filij.

1 **Cum non ſolum.** ¶ Sed quid† ſi in contemplatione patris filius inſtituatur: nunquid habet locum ꝙ hic dicitur, vt filio contradicente poſſit pater adire? Dico ꝙ non: imo ſeruantur vetera iura, vt filius iuſſu patris adeat, non pater, ſicut in ſeruo eſt. s̃.de heredib.inſtituen.cum propo nas.ff.ſi omiſ.ſit cau.teſtamen.l.j.§.j.Et eſt ratio diuerſitatis quare aliud in aduentitia, et aliud in profectitia: quia in aduentitia filius obligatur oneribus hereditarijs ſi eam adijt. ff. de acquiren.heredit.l.more. Si ergo non vult adire, pater non poteſt eum compellere, ſed ipſe poteſt adire ne perdat vſumfructum: ſed in profectitia nullo momento ſtat penes filium. de acquiren.heredit. l.placet. vnde hic tollitur ius compulſionis ⁊ datur ius aditionis patri. Sed in profectitia non tollitur ius compulſionis, ⁊ ſic ius aditionis patri nõ competit. ¶ Additio. (¶ In eadem. l. cum non ſolum. in gloſ. magna, ibi.l.queſitum. ratio eſt: quia tutela eſt publicũ munus, ſcilicet autoritate, ſed vtilitate priuatum: vt inſtitu. de tuto. ⁊ curato. in princip. ⁊ in publicis muneribus patria poteſtas non curatur: imo ipſe filiuſfamilias in predictis muneribus loco patrifamilias habetur: vt ff.ad trebellianum.l.nam qđ. de ijs qui ſunt ſui vel alieni iuris.l.filiuſfamilias.§.ſin autem.Oldradus.) ¶ Circa gloſ.vero magnam dic primo contra opinionem que fit de.l.denuo.l.deniqꝫ.§.vtrum.dicit gloſ.⁊c. Sed contra iſtud dictum gloſ.facit ꝙ lex dicit ꝙ filius ⁊c.ibi: tanquã cum patrefamilias ⁊c. de actio. ⁊ obliga. filiuſfamilias. de iudicijs.l.tam ex contractibus. ⁊. ff.de penis.l.j. Sed
2 poteſt † dici ꝙ illud tanquam, non ſignificat omnimodam ſimilitudinem, nam etiam cum patrefamilias interdum nõ poteſt agi ſine autoritate alterius: vt in adulto qui debet conueniri autoritate curatoris: vt de adminiſtra.tuto.l.j.§.ſufficit. vel in.l.contraria conueniebatur filius ex ſuo contractu ſine delicto, hic ex perſona defuncti conueniebatur ſeu pretextu lucri aduentitij ſibi delati.
3 ¶ Sed in eo † quod queritur de accuſatione criminali, dicit gloſ.⁊c. Sed ego dico[a] aliud in accuſatione ſiue agetur criminaliter pro crimine, ſiue ciuiliter. Item dico aliud quando filius conuenitur ſuo nomine ex ſuo contractu: nam videamus que eſt ratio quare pater debet conſentire. dicit gloſ. quia non eſt integer homo, contra quod eſt dicta.l.filiuſfamilias.ibi: ob id agit eo tanquam ⁊c.⁊.l.tam ex contractibus. de iudic. Dominus Oto papienſis dicit ꝙ in ſignum repudiationis:
4 nam † qui alij conſentit, ſua iura perdit.s̃.de adminiſtr. tuto. l. cum quedam. ego dico apertius ꝙ hec eſt ratio ne negando ꝙ ſe inuito fuerit adita litem ſopitam valeat ſuſcitare: nam non poſſet forte probare ꝙ eo inuito fuerit hereditas adita, ⁊ ſic iterum litem ſuſcitaret niſi interfuiſſet iudicio. ⁊ ad hoc facit. extra de iudic. c. cauſam. Alij dicunt propter honorem patris: vt inſtitu.per quas perſonas nobis acquiri.in princip.alij dicunt ne ſe preſcribat in exiſtentiam ſui iuris: vt.ĩ.de patria poteſta. l.j.ego credo opinionẽ Oto. bonam, vt hec lex loquitur in ſuo caſu, ſcilicet quando conuenitur filius ex perſona defuncti, ⁊ lex que dicit ꝙ filiuſfamilias conuenitur tanquam paterfamilias loquitur in ſuo caſu quando filius conuenitur ex ſuo contractu: auẽ.quod locum. loquitur in ſuo, ſcilicet in dote. ¶ Sed queritur quid ſi pater interpellatus non conſentit. dicit gloſ. ꝙ non valet quod fit. Ego contrarium credo per legem.ff.ſolu.matrimo.ſi cum dotem.§.eo autem tempore. ibi: ſed ſi latitet ⁊c. ff. de fideicommiſ.liber.non tantum. §. articulianum. ⁊.ff. ad trebellia.l.imperator. de iniurijs. ſed ſi vnius.§.filio. nam iam daretur patri licentia ꝙ iudicium eſſet nullum eo ſemper latitante. ¶ Queritur de procuratore.gloſſa dicit ⁊c.quaſi non ſit integer homo: ſed econtra hoc eſt ꝙ ſit homo integer dicta lege. ff. de actio.⁊ obligatio.filiuſfamilias.⁊.l.tam ex contractibus. de iudicijs. Item ꝙ cum eſt procurator pater non habet conſentire dicit lex.s̃.de procur.exigendi. non obſtante quod dicitur in gloſ.qui non admititur pro ſe non pro alio, quia inuenio ꝙ quis per ſe non poteſt, ſed pro alio poteſt, vt maior decem ⁊ octo annis qui non poteſt pro ſe poſtulare, poteſt pro alio.ff.de poſtula.l.j.§.pueritiam.nam non agit procurator ſed dominus: vt rubri.inſti.de ijs per quos agere poſſumus.argu.de in ius vocan. ſed ſi hac.§.fina.⁊.l. queſitum. hic dicebat Petrus, ꝙ poſſit agere ſine patre: vt Jaco. ⁊ argu. eius. quod poſtea gloſſa dicit de tutore et arbitro. ¶ An coram arbitro debeat conſentire. Dico ꝙ vbi agitur ex ſententia arbitri tanꝗ ex iudicio tunc debet conſentire: ⁊ eſt in.l.tanꝗ.⁊.l.ne in arbitris.ſed agatur ex contractu. ¶ Item an valeat ſi poſtea conſentiat. Dicit glo.ꝙ non, quia cum non ſit actum nomine patris ſed filij non poteſt habere ratum: quia quod meo nomine ⁊c.Sed certe hoc non eſt bene dictũ:
5 nam † etiam nõ meo nomine geſtum ratum habere poſſum ſicut apparet. Obligat aliquis rem meam, poſſum ratam habere obligationem ⁊ tamen non erat facta nomine meo.ff.de pigno.ſi fundus.§.j.de pignora. actio.l. aliena.primo reſpon. Item pro hoc apertius facit: pater agit de dote ſuo nomine ⁊ facit procuratorem de voluntate filie, vt.ff.de procura. filiuſfamilias. §.j.ergo ſuo nomine agit ex quo facit procuratorem: nam quiˀſuo nomine habet autoritatem, ſuo nomine procuratorem dãdi habet facultatem.de iniurijs.ſed ſi vnius.§.j.⁊ tamen filia debet cõſentire, ⁊ ſi pater agit poteſt filia ratum habere.ff.ſolu.matrimo.l.ij.§.voluntatem.l. ſi cum dotem. §.patri. Item filia patre abſente agit ⁊ cauet patrem ratum habiturum.ſolu. matrimo. ſi cum dotem.§.ſoluto. ergo pater etſi ſuo nomine non agatur poteſt ratum habere. Ego dico ꝙ ſi pater poſtea conſentit ⁊ approbat ꝙ valeat per iura preallegata. pro hoc facit extra de re-
6 ſcriptis.c.edoceri.in gloſ.diſcrete.Sed an † ipſo abſente poteſt filius agere ſine conſenſu. Reſpondeo ſic.ĩ. eo. §. vbi autem voluntas.ff.de iudicijs.ſi longius. quod multum facit ad id quod ſupra dixi ꝙ non vult conſentire vel latitat ꝙ valeat iudicium: nam hic equiparantur aliquem abeſſe vel adeſſe ⁊ latitare.ff.de fideicommiſ.liber. l.neqꝫ infans. §.j. Sed quid ſi factum ſit inſtrumentum de expreſſo conſenſu in quo pater dat legitimam filio vt ſit in iudicio ⁊ poſſit omnibus iudicijs intereſſe an valet. Dixunt quidam ꝙ non.de acquir.here.ſi quis mihi bona.§.iuſſum. Econtra ꝙ ſic: nam generalis renunciatio valet.ff.pro ſocio.l.actione.§. renũciare. de iniurijs.l.ſed ſi vnius. §. procuratorem. Ego credo ꝙ ſufficiat inſpecta ratione litere que dicit: ſine patris voluntate. Sed an ſingulis poſitionibus debeat conſentire. Dicunt quidam ꝙ ſic, ne aliquid dicat ⁊c.vt in minore. de auto.preſtan.l.clarum. ſed contra.eſt, quia ad aliud deſideratur conſenſus tutoris ⁊ curatoris, ⁊ ad aliud patris: nam conſenſus patris deſideratur vel gratia honoris, vel in ſignum repudiationis, vel ne litem ſapitam valeat ſuſcitare: vt dictum eſt in gloſſa ibi: Item ſi agat filius.

ſed iſta

a ¶ Hãc eandẽ opi.tenet Dy. in.l.inter liberos. §.pen.hic in gl.alle.in ea. opi.eſt Gui. đ ſuza. ⁊ idẽ videtur ſentire Azo in ſumma, de adult. §.admittiẽ.idem Rofre. in eius ſumma.

sed ista reprobatur in .l. miles. ff. de castrensi peculio.
7 ¶ Sed circa hanc materiam † breuiter posset sic dici, quia cum queritur de actionibus que competunt filio, per quem debeant moueri: vel si contra filium moueantur, quis debeat conueniri. Dic aut competunt ex castrensi peculio vel quasi, aut ex alia causa. Si de castrensi vel quasi, tunc illas intentat filius ⁊ pro eis conuenitur etiam patre inuito. ff. ad macedonia. l. ij. de castren. pecul. l. miles precipua. nam in eo nullum ius habet pater. s. eod. cum oportet. §. exceptis. j. de castren. pecul. l. errat. ergo in eis debet facere vt quilibet, ⁊ cum possit alienare patre inuito, ergo ⁊ iudicio interesse, cum hec sint paria. ff. de iure delibe. l. ait pretor. Si vero descendant extra causam castrensem: tunc considera, aut descendunt ex maleficio, aut ex cōtractu. Si ex maleficio, aut querimus de conueniendo filiumfamilias, aut de actione ex delicto per filium intentanda. Primo casu credo ꝙ possit cōueniri tanq̄ paterfamilias. insti. de noxa. §. fi. ff. de noxal. l. noxali. Si vero queritur de actione ex delicto per filium intentanda considera, aut competit propter offensam factam in personam filij aut in res. Si in personam vt iniuria, ⁊ tunc est filij. ff. de acti. ⁊ obli. l. filiusfamilias. ibi: nisi iniuriarum intendat. illam patre presente et consentiente et renitente propter sui vtilitatem. Item patre absente ⁊ nemine existente qui pro eo agat: vt. ff. de iniurijs. sed si vnius. §. filio. de pactis. l. in personam. Si vero in rem, tunc considera: aut in rem patris que filio fuerat deputata vt in rem profectitij peculij, ⁊ tunc est actio patris nō filij: sed si pater erat absens filius agit si studiorum causa absit. ff. de iudicijs. si longius. Si ex contractu, tunc aut querimus de filio conueniendo, aut de actione per filium intentanda. Primo casu cum tractamus de filio conueniendo, aut conuenitur ex suo contractu ⁊ conuenitur tanquam paterfamilias. de actio. ⁊ obli. l. filius. de iudicijs. tam ex contractibus. Si ex contractu defuncti cuius ipse est heres, ipse est cōueniendus. fallit quando contra voluntatem patris habet hereditatem: nam tūc in signum repudiationis vel ne litem sopitam valeat suscitare debet pater consentire vt hic. Si vero tractetur de actione per filium intentanda, tunc aut actio est profectitia, ⁊ tunc actio est patris nisi sit actio commodati vel depositi: vt dicta. l. filius. sed actionem patris ⁊ illam que competit sibi suo nomine intentat patre absente, vel consentiente si sit presens. Si est aduentitia, tunc aut pater consentit in lucro ⁊ tūc exercitium est patris: vt. s. de bon. mater. l. j. sed eo consentiente credo ꝙ filius possit exercere: vt in aut. quod locum. si pater non cōsentit in lucro, tunc exercitium est filij, sed pater cōsentit propter rationes predictas. Jac.

¶ Additio. (¶ Queritur nunquid per hanc legem correcta sit. l. ij. s. ad orficia. ⁊ videtur ꝙ sic, ⁊ ita pater habebit portiones defunctorum: nam cum possit eis inuitis habere, multo magis eis ignorantibus, vt in regula iuris, qui potest. Sed tu dicas contra. sed habebūt rationes defuncti qui certat de damno vitando, scilicet de hereditate matris. sed pater tractat de lucro, ⁊ ideo preferuntur fratres: vt. s. de codicil. l. fi. de iure delib. l. fi. §. si vero creditores. ⁊ ita not. super dicta. l. ij. ¶ Item nunquid habet locū hec lex in hereditate profectitia. Et dixerunt quidam ꝙ sic, quod non est verum, sed vetera iura seruantur vt missus precedere debeat, ⁊ aditio sequi vt patri queratur. ff. de acquiren. heredita. l. si quis mihi bona. §. iussum. s. de heredi. institu. l. iij. Dic ad solutionem contrarij dicte. l. ij. ff. de iudicijs. ꝙ hic compulsus fuit a iudice suo ⁊ ad debitum, ibi a non suo iudice, ⁊ ad non debitum: ⁊ hoc est quod dicimus ꝙ iudicium redditur, in inuitum. ff. de ver. obli. l. inter stipulantem. §. j. et ita potest tolerari opinio glos. quia ibi fuit compulsus ad id quod non debuit. ¶ Quid si pater suscitatus ad consentiendum filio venit ⁊ tacuit: nunquid hoc sufficit vt habeatur pro consentiente? Credo ꝙ sic per leges que dicunt taciturnitatem haberi pro consensu. j. de acquiren. possessio. l. ij. ff. si serui. vendi. l. si a te. ⁊ no. de pig. actione. l. caius. ¶ Quid si pater potius patitur se condemnari q̄ velit consentire, quid erit? Uidetur dicere glossa ꝙ non teneat iudicium quasi in eo fuerit sine patris consensu. Certe si filius sit quidam dissipator, ita ꝙ pater nullam iustam causam habeat consentiendi dico ꝙ non habetur pro consentiente nec compellitur consentire. argu. ff. soluto matrimo. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. al's si non habeat iustam causam contradicendi habetur pro cōsentiente. ff. de iur. do. l. si ego. §. j. ¶ Pone filius pro fratre dat generalem concessionem, pater sibi concessit vt possit agere et conueniri in quacunq; causa qua agere vult vel conueniri, nunquid valebit? Dicunt quidam ꝙ non: quia tempore litis contestate eius consensus requiritur. ff. solu. matrimo. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. sicut ⁊ tutoris autoritas in presentia negotij quod agitur requiritur. ff. de consensu ⁊ autori. tuto. l. obligari. §. tutor. institu. de autori. tuto. §. penulti. Tu dicas contra si tibi placet, scilicet ꝙ talis generalis concessio sufficiat, quia lex videtur requirere certum tempus quo consentiat: ergo eodem tempore poterit consentire. arg. pro hoc de petitio. heredi. si quo tempore. de rei vendic. sin autem. §. j. nec obstat. §. eo autem tempore. imo facit pro hoc, si quis bene inspiciat: nam ibi dicit ꝙ potest penitere ante litem contestatam: videtur ergo intelligi si non peniteat. ¶ Item ratio ob. predicto. §. tutor. quia aliud in tutore: quia autoritas tutoris reintegrat pupillum. ff. de manumis. l. fi. ff. de verb. oblig. l. fina. institu. de inuti. stipul. §. furiosus. licet sit argu. contra. quia interdum specialitas obtinet vbi generalitas nihil operatur. ff. si quis cautio. l. sed ⁊ si quis. §. quesitum. ¶ Item per hoc est solutio questionis, si filiusfamilias fuit in iudicio sine patris cōsensu, an si postea ratum habeat cōfirmetur. Et certe sic cum non inueniatur determinatū tempus quo eius consensus requiratur vt dixi: poterit ergo quandocunq; interuenire. pro hoc. ff. de iudicijs. l. licet. quamuis glos. contradicat. ¶ Item dicit glo. ꝙ dato ꝙ agat procuratorio nomine ꝙ patris consensus requiratur non puto bene dictum: nam hic cessat ratio ꝙ videat in iudicio esse sine patris consensu, quia non dicitur ipse esse in iudicio sed is cuius nomine agitur: vt institu. de acquisi. per arrogatio. in princip. ⁊ nota. super rubrica, non obstante quod dicit glos. non potest interuenire pro se, ergo nec pro alio: nam interdum quis non admittitur pro se nec pro alio. ff. de postulan. l. j. §. pueritiam. ⁊ aliquando quis tanq̄ ipse non potest facere, tamen potest facienti consentire: vt not. ff. de pigno. l. si fundus. §. j. ⁊ pro hoc quod hic de tutore dicitur. Oldradus.)

¶ Explicit liber sextus.

¶ Incipit liber septimus.

¶ De latina libertate tollenda. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Si instrumētum inueniatur penes debitorem cancellatum, an presumatur liberatio a debito.

CUm in dediti. §. Sin autē.

1 ¶ Sed queritur † si penes debitorē inueniatur instrumentū cancellatum an presumatur redditū? Dic aut debitor confitetur se liberatum pacto, et ad probandum ostendit instrumentū, ⁊ tunc obtinet ꝙ probat redditionem, quia allegat liberationem, vt cum pactum sit donationis perditio: ⁊ nemo presumitur iactare pecunias suas, ⁊ ad hoc. ff. de

transactio.l.j.de pactis.labeo.de probatio.cum de indebito.de donatio. l.si filiusfamilias. Si vero confitetur se liberatum ideo quia soluit et ad hoc inducit instrumentum: tunc si est persona non domestica presumitur liberatus solutione. ff. de proba. si chirographum.[a] de furtis.l.fullo et sarcinator.ibi, ex his tantum etc. nam non est verisimile si non habuisset pecuniam quod reddidisset instrumentum:nam si soluitur sibi debitum debet reddere instrumentum.s.de condi.sine causa.dissolute.Si vero sit persona domestica non presumitur nisi probetur: vt.j. qui.cau.ce.long.temp.prescri.l.j.et facit.l.lata.j.de dona.

a ¶ Et hoc videtur sentire gl.vlti. C. de proba.l.j. i fi. ibi:quamquam solutum presumitur. et sic debitor non probat: vt.d.l.si chirographum.

¶ De ingenuis manumissis. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Si quis reliquit vxorem dominam domus sue, quid intelligitur appellatione domus.

Si ingenuum. ¶ De domo.i.patrimonio: vt et alleg.ff.si cer.peta.l.lecta.alibi sumitur pro agnatione.de ali.leg.cum vnus. et de testibus.l.testes.sed.l.testes,alias ponitur pro domo. ff. de vsucap. eum qui
1 edes.quod facit pro eo quod queritur,† si quis relinquit vxorem dominam domus sue, quod intelligitur patrimonij.Jaco.de are.

¶ De acquirenda possessione. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Ad probationem traditionis alicuius rei,an sufficiat scriptura.

1 Unus. ¶ Licet† enim in instrumento non sit comprehensum: ergo a contrario si esset comprehensum in instrumento de re tradita staretur instrumento,sed videtur instrumento de hoc non credi. ff. eo.predia.Preterea traditio est facta, qualiter ergo scriptura factum probatur non videtur,quamquam glo.innuat.insti. de inuti.stipu.§.item verborum. sed pro prima opinione est quia cum hoc sit scriptum quasi actum videtur, cum intelligantur omnia solenniter acta: vt institu.de fidei. §.fina.ff.de verbo.oblig.l.sciendum.Item ex donatione perfecta per scripturam transfertur dominium:vt.ff.de donatio.l.ex hac.Sed quid si ramos arborum accipiat, et certe videtur tradita:vt.ff.eod.tit.l.veteres.ad quod dic, si res in conspectu sit vbi fit instrumentum credo traditam si instrumentum dicit traditam:vt ar. l.quod meo. §.si per venditorem. et. l. quarundam. Item si de facili possit esse in conspectu:vt.ff.eod.l.j.§.si iusserim.Si vero sit absens,tunc non presumam traditam licet instrumentum contineat, sed dicam pro hoc datam licentiam intrandi:vt in dicta.l.predia.Jaco.de are.

Summarium.

1 ☞ Qui retro possedit presumitur hodie possidere.

1 Licet. ¶ Ex glossa que incipit,† quod fuit minus decem annis. colligitur quod qui retro possedit presumatur hodie possidere,vt hic:sed si hodie neget se possidere, tunc non presumatur hodie possidere: et sic loquitur quod not.l.vti possidetis. vt patet per exceptionem que ibi fuerit de lege.de pignora.actio.si creditor. et ad exhibendum.l. non ignorabit. nam ibi negabat se possidere. ¶ In eadem gloss.ibi: et per obliuionem.amittitur possessio,et sic possessione amissa incipiet quis vsucapere: vt nota.per Dyn.extra de regu.iur.c.sine possessione. et de hoc etiam glos.notat in prealleg.§.quod autem.institu. de inutil.stipul.et.j.vnde vi.l. fina. in glos. queritur contra etc.Jaco.de arena.

Cum nemo. ¶ Pone casum.Colonus meus videns se colligere singulis annis fructus fundi cepit cogitare se dominum, et possidere tanquam dominus et sic possedit,verbi gratia: per quinquennium, deinde vendidit tibi bone fidei emptori,tu possedisti per aliud quinquennium tanquam dominus,et sic vis vti accessione authoris tui,queritur nunquid possis. Respondetur quod non: quia cum nemo causam sue possessionis mutare possit, sequitur quod colonus qui nullam possessionem habet de nulla sibi potuit controuersiam facere, et ideo enim accessione vti non potes et sic rem a te poterit vendicare.Jaco.de are.

Summarium.

1 ☞ Habens titulum presumitur bone fidei, secus si non habeat.

1 Improba. ¶ Sed queritur an quis presumatur† bone fidei vel male fidei. Dicas quod qui habet titulum presumitur bone fidei; si non habet titulum presumitur male fidei vt hic, nisi probet aliquem iustum errorem,vt in.l.celsus.ff.de vsucapio.et.ff.pro legato.l.pro legato.Jac.de are.

¶ De prescriptione longi temporis. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Mala fides impedit prescriptionem.
2 Authoris mala fides an noceat bone fidei successori.
3 Emptor rei pignori obligate an prescribat.

Authentica.

1 Male fidei. ¶ Ego intelligo hanc auth.† quando alienans ab initio habuit malam fidem, vt sicut ipse longo tempore prescribere non posset,ita nec ille qui habet causam ab eo: ceterum vbi ab initio habuit bonam fidem,sed postea tempore alienationis habuit malam fidem non impeditur longi temporis prescriptio bone fidei emptoris,nam cum superueniens mala fides non impediat prescriptionem,vt.s.ti.j.l.ij.ergo nec eius qui ha
2 bet causam ab eo. Richar. ¶ Quid † si emi ab emente a possessore male fidei an habet locum hec auth. Dico quod non.arg.ff.de liber.cau.liberis.§.ij.et.l.qui sciens. et arg. ff.de diuer.et temp.prescrip.l.an vitium. nam alias nullus
3 posset prescribere decem vel viginti annis.Sed quid † si debitor vendidit rem pignori obligatam,an emptor prescribit decem viginti vel triginta ann.Et videtur quod hec auth.habeat locum etiam in eo,nam est male fidei qui scit rem obligatam licet non ratione proprietatis,vt.ff.de acquirn. possess.l. si quis fundum. tamen est male fidei ratione iuris quod competit in re. ff.qui potio.in pign.habean.l.qui balneum.in fin. ergo cum sit male fidei habet locum hec authen.¶ Econtra videtur quod non,quia hec litera videtur dicere de ea prescriptione que currit contra dominum non contra creditorem, quia dicit si verus dominus:ergo iura vetera remanent in suo statu.j.si aduer.cre. l.i.et.ij.et hoc vltimum credo verius et dico quod vbi venditio mala fide facta in re mobili facit rem furtiuam, et ita vsucapio impeditur ibi,hodie mala fides in re immobili facit quod res non possit prescribi minori tempore.xxx. ann.cum determinatione tamen que hic dicitur si verus dominus,

rus dominus, nam non est hic distincte verum, sed cum determinatione, sed vbi mala fides in re mobili nõ inducit furtiuitatem, ibi mala fides in re immobili non facit qd sit opus prescrip.xxx.annorum: at constat qd si debitor subtrahit rem mobilem obligatam non efficitur res furtiua, vt de vsucap.sequitur.§.si rẽ.⁊ de fur.l.in actione.§.j.⁊.l.cũ es.§.j.ita eodem modo res immobilis obligata ⁊ alienata non inducit prescriptionis prohibitionem.⁊ ad hoc facit.j.vnde vi.l.fina.

NEc petentem. ¶ In glos. ponit casum in hac lege per.l.de rei vendi.inter officium. sed certe illa lex non facit cum hac lege: nam bene confiteor ꝙ si fui aduocatus in causa pro re mea ꝙ non preiudicat mihi quo ad dominium: sed quomodo paretur aduersario conditio prescribendi de qua ista lex intendit cum de prescript.in hoc tractetur non credo, quia bene paratur cum res tradatur autoritate iudicis, vt.ff.de acquiren.possess.pomponius.§.si iussu. nam habeo causam prescribendi, ⁊ datur actio in factũ ei cuius iudicatur esse, vt.ff.de iureiuran.l.nam postea.⁊ ibi not. Secunda etiam positio de indebito non placet: quia tunc daretur cõditio in re que est personalis actio, et sic frustra quereretur de prescrip.long.temp.cum in personalibus non vendicet sibi locum, vt.j.quibus non obijcitur long.temp.prescript.l.neq; mutui. Item non agerem tunc ad rem ratione dominij: quare melius ponitur casus ꝙ rem meam tradidi tibi tanꝙ tuam errore lapsus: postea meam reperio volo eam vendicare non obst.prescrip.long.tem.⁊ possum. potest etiam poni casus per leges.s.famil.hercis.l.seruum. Jaco.

Summarium.

1 ☞ Exceptio prescriptionis an impedit litis contestationem.

1 EMptor. ¶ Sed † an exceptio prescriptionis impedit contestationem. dicunt quidam qd non per legem hanc que dicit ꝙ sufficit habere contestationem in initio, ergo probari ab initio est superfluum: sed postꝙ actor suam impleuerit intentionem, vt ⁊ alleg.s. de probat.l.exceptionẽ.j.de except.prescriptionem. Alij dicunt ꝙ impedit contest. pro eis.ff.de condict.indebi.l. eleganter.§.si quis post. vbi exceptio transactionis impedit contesta. ergo ⁊ prescriptionis. Item pro eis.j.de prescrip.xxx.ann.l.sicut in rem. vbi impeditur moueri actio post prescriptionem.⁊ ad idem.j.de adulte.l.adulteriũ.ff.ad tertul.l.j.in fi.s.ne de sta.defunc.l.qd est cõstitutum. plerique tenent ꝙ nõ impediat contra indistincte: sed cum tali distinctione, quia aut est prescriptio rei, vt est prescriptio.x.vel.xx.an.⁊ vsucapio, ⁊ tunc dicunt qd non impedit contest.vt hic. Si vero sit prescriptio actionis, tunc dicunt ꝙ impedit cõtesta. ⁊ sic loquitur.l.sicut in rem.⁊.l.omnes. sed certe videtur ꝙ hec exceptio prescriptionis non obstet actioni: nam prescriptio est exceptio trahens eam ex tempore: vnde videtur qd si vult proponere ante litem contestatam, ⁊ statim probare ꝙ admittatur: nam quod hic dicitur ꝙ sufficit ab initio protestari fauore opponentis dictum est, sed si ante velit opponere ⁊ probare quare nõ audiretur. Et certe videtur ꝙ audiatur: nam cui necessitas probandi ⁊c.ff.de libera.cau.cui necessitas. ⁊ de probat.l.circa. Item quia per hanc exceptionẽ lis est finita: vnde dicit decre.extra de lite contesta.exceptionis finita.⁊ exponi prescriptio. vel tẽpore: vnde videtur qd impediat contestationẽ licet plerique dicant contrariũ. ¶ Super eo autem quod hic dicitur in glos.ꝙ debet probari ante didicita testificata, decretaliste tenent contrarium, ⁊ dicunt ꝙ postꝙ actor monstrauit suam intentionem etiam apertis dictis testium potest de exceptione probari, quod videtur rationabile: nã ẽm gl.simul cum probatur de intẽtione actoris debet ꝓbari exceptio rei. Sed quare reus debet grauari in probando si actor non probauit. Certe videtur mihi equius ⁊ melius ꝙ demum cum probauerit actor, ⁊ cum hoc patuerit debeat probare exceptionem: nam super alio producuntur testes non super primo, sed hoc credo melius, scz de iure, licet de consuetudine opi.glos. preualeat. de hoc not.extra de testi.c.fraternitatis. Jac.

¶ De quadriennij prescriptione. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Priuilegium cõcessum ab Imperatore ante eius coronationem, an valeat.

BEne a zenone. ¶ Qd hic dicit in fi.qd hoc ab eo tempore valeat ex quo imperiales ⁊c. non credo posse alle-
1 gari ad † hoc ꝙ Imperator[a] possit cõ-
a cedere priuilegiũ ante coronationem,
nam vult valere vsque ad illa tempora quibus susceperit imperiales infulas: idem poterat facere dicendo ꝙ valeat retro per annum vel biennium, ⁊ ad eam similitudinem dixit ꝙ valeat qd valeret retro vsque ad illa tempora, vnde credo ꝙ possint etiam ante concedere, nam signum non facit signatum, vt.s.de testa.ma.l.directis. ⁊ pro hoc institu.quibus mod.iuspa.pot.soluitur.§.si filius.⁊ de decur.l.fina. Jaco.de are.

a ¶ Imperator nondum coronat⁹ qd si concedat priuilegium vide per do. Ray.de for. in.l.sed ⁊ reprobari.§.ẽ autem.ff.de excusa.tuto. vbi tenet ꝙ sic.⁊ vide ibidem per do. Nic.de nea. ⁊ per Arch. in.c.ad apostolice.de re iudi.li.vj.

¶ De prescriptione.xxx.vel.xl.annorum. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Colonus an prescribat.
2 Emphyteota quãdiu soluit pensionem non debet a domino expelli.
3 Allegans se perpetuo conduxisse, an possit prescribere.

MAle agitur. ¶ Super eo qd hic not.ꝙ
1 colonus † non prescribit, licet non prestet pensionem, ego teneo talem modũ ⁊ dico, aut cum peteretur pensio soluere contradixit, ⁊ tunc prescribit cum videatur possessionem interuertere. de acquiren.posses.l.si quis.quorum leg.l.j.§.quesitum. de vi ⁊ vi arma.l.colonus.⁊.l.cum fundum. Si vero nõ fuit interpellatus nõ prescribit sibi libertatem, vt.ff.queãd.ser.amit.l.si quis alia aqua.§.fi. ⁊ hoc casu dico ꝙ non prescribit quo ad rem, sed an prescribat vt non teneatur eam soluere: dic ꝙ de ea pẽsione de qua sunt iam.xxx.an.elapsi videatur prescripsisse. argu.eius quod dicitur de seruitu.l.ij.licet cõtra.not.j.eo.cum notissimi.in fi.vbi not.ꝙ aliud in stipulatione, aliud in legatis annuis ⁊c. Sed non credo illud ita verum, nam ei qui non habet actionem non currit prescriptio.j.de anna.except.l.j.in fi.⁊ sic videtur non prescribi pro his pensionibus de quibus non sunt xxx.anni elapsi, cum postꝙ peti potuerint nõ transierit tantum tempus. Sed licet rem nõ prescribat, an prescribat aliquod ius: verbi gratia, vt possit dicere se emphyteotam. Potest dici ꝙ sic. arg.j.de fund.pa.l.iubemus. ⁊ pro hoc in vsi.feud. de feud.inter.c.si quis. ⁊ hoc in eo
2 qui possedit iure perpetuitatis vt est emphyteota † qui
quãdiu soluit pensionem non debet repelli, vt insti.loca. ⁊ conduc.§.fina. sed si possedit vt simplex colonus possidet naturalem: sed emphyteota naturalem habet sibi sicut vsufructuarius, quem vsumfructuarium credo similiter prescribere ius fruendi non dico in proprietate si tanꝙ fructuarius qui possedit tãto tempore. ¶ Sed
3 quid si allegat † se perpetuo conduxisse, ⁊ videtur iuuari, vt.ff.de vsur.l.cũ de in rem verso. sed melius videtur ꝙ debeat probare de locatione perpetua, al's videtur singulis annis renouari, vt.ff. locati. item queritur.§.

qui impleto. Et videtur stare vt colonus quãdo prestat s[ecundu]m quantitatem fructuum ⁊ plus ⁊ minus in vno anno q̄ in altero: at quando prestat certum quid singulis, ⁊ illud nõ augetur nec minuitur, tunc illud videtur solue re, al's possidere vt emphyteota. ¶ Sed quid si soluit pensionem bene. xl. annis, et tunc dicit quando petitur ab eo pensio, nescio quid dicis, nam istam rem nõ teneo a vobis, sed a solo deo: iste qui locauit non potest probare de tanto tempore, quia testes nõ possunt recolere, nec potest probare qs sit venditor suus siue dominus qr non inueniunt testes qui hoc possint asserere, nec potest probare ꝙ prescripserit. xxx. an. quid erit? Respõdeo ex frequentia ⁊ consecutione reddituum coloni non possunt resistere quo minus ⁊c. vt. j. de agrico. colo. ⁊ censi. l. litibus. Jacob. de are.

Summarium.

1 Quomodo interrumpitur prescriptio.

Sicut in rem.

¶ Ad contrarium. ff. de eo p[er] quem factum est. ita est dicendum ꝙ prescri-
1 ptio † alia currit propter negligentiam non petentium, alia currit ex natura ⁊ omissione siue negligentia non petentis: prescriptio propter negligentiam non petẽtis est prescriptio. xxx. annorum. j. de an. except. l. si. que interrumpitur incontinẽti cum vigil factus est, qd est cũ mittit executorem. Si vero non sola negligentia sed fauore prescriptio est introducta, vt est prescriptio. x. vel. xx. an. vt probatur. s. de edic. diui adria. l. edicto. in fi. tunc non interrumpitur per executorem, vt. ff. pro emp. l. aliam. sed demum per contestationem, vt de rei vendica. l. more. ⁊ tangitur. s. de seruit. l. ij. in glos. interruptione ⁊c. s. de prescri. lon. temp. l. nec bona. Si vero fauore possidentis tantum vt vsucapio, tunc per contestationem tantum impeditur cursus eius, licet impediatur quo ad effectum: vt de rei vendi. l. si post acceptũ. preter q̄ in casibus qui sunt in. l. vt perfectus. vnde quod dicit. l. ex quib. cau. maio. §. ait pretor. loquitur in prescr. x. vel. xx. an. qua prescriptio tempus habet sui natura limitatum. Jaco. de are.

Summarium.

1 Prescriptio interrumpitur per executionem.
2 Sublata personali actione, an tollatur hypothecaria.
3 Allegans maiores suos rem de qua queritur prescripsisse, debet probare quãto tempore possederũt ⁊ a quo tempore ipse possideat.
4 In pari causa melior est causa possidentis.
5 Fluminis inundatio interrumpit prescriptionem.

Cum notissimi.

¶ Lex ista diuiditur i[n] partes quatuor principaliter. In prima parte tractatur de vita actionis vsq[ue] ad. §. illud. In secũda de primordio prescriptionum vsq[ue] ad. §. imo. In tertia de prescriptionis interruptione vsq[ue] ad. §. in his. In quarta ponuntur quidam casus qui videntur
1 effugere prescriptionem. ¶ Ad illud † quod dicitur ꝙ interrumpitur prescriptio: dic ꝙ interrumpitur per executionem intantum ꝙ oportet postea de nouo inchoari, sed per etatem pupillarẽ non oportet de nouo inchoa
2 ri, imo computatur tempus precedens. ¶ Quod † autem dicitur ꝙ sublata personali durat hypotheca. est contra regulam iuris, cum principalis. Dicit glos. illud ideo est quia non tollitur principalis ipso iure: secus si ipso iure tolleretur, sed illud non est bene dictum, nam in. l. eos. de vsuris. non tollitur principalis ipso iure, ⁊ tamen accessorium tollitur, quare dic in. l. principalis. est
3 plerunq[ue], nam interdum fit interdum non. ¶ † Quod autem dicitur in versic. si autem coniungere. nota ꝙ si quis vult dicere se ⁊ suos maiores possedisse ⁊ prescripsisse rem aliquam, debet probare quanto tempore possederunt antecessores ⁊ quanto tempore ipse. Item hoc facit pro eo quod notatum fuit in glos. ordinaria in aut. male fidei. ⁊ ad hoc facit de acquir. posses. põponius. §. cum quis. ¶ Quod autem dicitur de iure offerendi an primus habeat contra secundum: ⁊ dicit P. ꝙ non meminit se legisse. glos. dicit ꝙ meminit per. l. ff. quibus mo. pig. vel hypothe. solui. paulus. §. qui pignoris. Credo ꝙ P. bene dixerit, nam non intellexit quando primus possidet quia tunc habet ius offerendi tanq̄ possessor non tanq̄ creditor: sed si ipse primus non possedit ⁊ agit contra secundum possidentem, secundus offert ei debitum, dicit primus imo offero tibi, tunc an audiatur primus. Dicit Petrus ꝙ non meminit se legisse: et ita credo ꝙ intellexit. Sed videndum est quid iuris sit tunc. Certe videtur ꝙ primus audiatur: nam quoties est secunda obligatio potior prima, potest primus secundo offerre, vt. ff. qui potio. in pigno. habean. l. iij. §. cum ex causa. sed cum hic secundus efficiatur fortior propter oblationem quã facit primo, quare non poterit primus ad conseruationem sui iuris. Sed posset aliquis dicere ꝙ non, quia post obligationem secundi offert primus. ⁊ ita sunt
4 in pari causa, ergo est melior † conditio possidentis: vt ff. de condic. ob tur. cau. l. si ob turpem. ⁊ de verb. oblig. seruum. §. sequitur. Sed forte diceret quis non est par causa, sed certe imo est in offerendo: vnde credo ꝙ melior sit conditio possidentis, ⁊ in dubio dicam pro reo. ¶ Quod autem dicit glos. imo multo minus vbi dicit, vel dic ꝙ hec interruptio prodest omnibus ⁊c. videtur male dictum cũ creditor possideat debitori quo ad vsucapionem, ergo non prodest omnibus: vt not. fuit. s. §. sed cum illud. ¶ Quod autem hic dicitur ꝙ naturalis interruptio prodest omnibus, no. pro eo qd potest quo
5 tidie cõtingere, Padue aliquis † possidet aliquod predium ⁊ prescribit medio tempore, fluuius crescit ⁊ inundat predium illud: certe dico ꝙ est interrupta prescriptio, nam per inundationem amittitur possessio: vt. ff. de acquiren. posses. l. iij. §. noua. vnde sit cautus ille contra quẽ opponitur prescriptio vt si possit probare inundationem contigisse medio tempore ostendet interruptam mediam prescriptionem. ¶ Quod autem dicitur in questione, quid si debuerã decem ⁊ solui quinq[ue] ꝙ nõ sit prescriptio. alleg. ad hoc, si vis tenere illam opinionẽ leges que melius faciunt. ff. si serui. vend. si eo loco. §. qui latiorem. ⁊ ad illud quẽadmo. serui. amit. l. si stillicidij. §. ijs qui. Sed ego credo ꝙ prescribatur ita ꝙ non teneatur nisi ad quinq[ue], ⁊ hoc per leges. ff. quib. mod. vsusfru. amit. l. ijs qui vsumfructũ. ⁊ pro hoc. s. lex comperit ibi vel minus q̄ oportuerat. ¶ In eo autem quod dicitur an in annuis prescribatur omnibus annis. xxx. ann. M. fuit in vna opi. ⁊ pro eo facit, quia non potuit agere pro alijs annis ante aduenientẽ terminum, ergo demũ cum potuit agere debuit inchoari prescriptio: vt ea. l. §. illud. ⁊ pro hoc. j. de anna. except. l. ij. in fi. pro hoc. ff. quib. mo. vsusfruc. amit. l. si vsusfructus alterius. nam tot debent esse denunciationes quot edificationes. ff. de operis no. nun. l. de pupillo. §. sed si in pluribus. tot abolitiones quot actiones, ad turp. l. j. §. si plura. sic ⁊ hic tot prescriptiões quot anni, ⁊ credo opi. M. veriorẽ. ⁊ ꝙ respon. ad. l. eos. qd illud in accessorijs bene respon. nec obst. ad illã respõsionem ꝙ glos. opponit de. l. centum. vbi durat accessorium sine principali: quia dico ꝙ est differentia vtrum eneruetur ius actoris per prescriptionem, quia tunc tollitur omne ius, ideo quia tunc prescriptione cõpleta videtur retro compleuisse, vt sic non teneatur ad fructus vel aliquas accessiones: sed aliud quãdo tollitur ius actoris, quia satisfit, nam tunc si in totũ satisfit in totum tollitur, si pro parte tollitur, ⁊ pro parte remanet. Jaco.

Si quis emptionis.

¶ Apparet ex hoc principio ꝙ rem immobilẽ nõ potest petere quis quasi sit dominus directo: sed vtiliter per prescriptionem sed videtur cum res a principio fuerunt de genere occupabiliũ vt quãdo fuerunt

fuerunt in bonis nullius, & sic directum potuit queri dominium si vendatur & tradatur ab eo qui semper possedit & sui maiores qd trāsfertur dominium: vt institu. de rerū diui. §. singulorum. vel si fuit insula in mari nata, vt §. insula. vnde quidam dicunt. Si vero reperiatur quod alius possedit habeo dicere ꝙ maiores ipsius fuerūt illi qui primo occupauerunt, & sic habeat directū dominiū: sed si constat ꝙ alter ante possederit, tunc vtilem haberet modo si prescripsit, sed vt dixit hoc esset verū si essent res occupabiles vt insula que in mari nasceretur: sed in alijs rebus cum hoc non fuerit iam sunt. iij. M. annorū. non videtur ꝙ possit procedere, licet aliquando a primordio fuerint de numero occupabilium, sed prodest quo ad presumptionem, sed insula in mari nata sic, nam al's posset probari directum dominium. Si vis dicere emit a tali oportet nos dicere quomodo habuit: nam dicere ꝙ habuit dominiū directum non potest dici, vt dictum est. Si dices prescripsit, ergo vtile dominium qd habebat transtulit in emptorem, sed per confessionem bene potest probari: nam si confiteatur aduersarius me dominum intelligam de directo dominio. ff. si ager vec. l. j. vel nisi haberet a principe, quia princeps potest dominium transferre: vt. ff. de euic. l. lucius. & de rei vendi. item si verberatum. ¶ Sed quis est ille dominus de quo hic dicitur? Respon. qui erat ante directo vel etiam vtiliter dominus, vt per prescriptionem longam cū titu. & bona fide. ¶ Sed quid si prescripsit longo tempore primus & secundus, an secundus auocabit a primo. Et videtur ꝙ secundus preiudicet prescriptione primi quasi dominiū vtile transijsset in se: tamen hec litera videtur dicere ꝙ si ad primum veniat ponitur quod acquirat sibi commodum detentionis quasi in pari causa per. l. ff. de condic. ob turp. cau. si ob turpem. & de verb. obliga. si seruum. §. sequitur. ¶ Secundum qd hic dicitur de eo qui prescripsit. xxx. an. quomodo hoc procedere hic potuit, nā aut habuit bonam fidem, & tunc si errat iuste, iustus error habetur pro titulo & vsucap. procedit lon. temp. prescriptione. de vsucap. l. celsus. Si vero errat iuste, vt quia in iure errat, tunc non procedit vsucapio: vt. ff. de vsucap. l. nunꝙ. Respon. error iustus & probabilis habetur pro titulo, sed ille qui non est probabilis vt quia in iure errat non habetur pro titulo, & tamen iste qui sic detinet potest. xxx. an. prescribere. Pone enim ꝙ heres institutus in primo testamento qd postea testator mutauit credidit testamentum non posse mutari & sic tenuit res hereditarias, & sic bonam fidem habuit, vt de peti. hered. l. sed si lege. §. scire. iste tamen bene prescribit longissimo tempore nō longo: quia in vsucapione iuris error &c. vt dictum est in vsucapione dico. x. vel. xx. annorū. Item si erret in facto suo dicit error improbabilis: nā in alieno facto est tolerabilis. pro suo. l. fin. vt si miseram aliquem ad emēdum fundum qui mihi traditus fuit, postea quē credidi mihi tradi ex emptione procuratoris & non erat verum habet locum vsucapio & longi temporis prescriptio: sed si fuit in suo tunc. xxx. an. quod ergo hic dicit de prescriptione xxx. an. facta bona fide, dic ꝙ non fuit iustus error, sed iuris vel al's improbabilis. ¶ Sed quid si aliquis pscripsit. xxx. an. bona fide, an bona fide possidentur res, actor prescribens habet vtilem actionem & dominus suam directam: venit dominus & agit contra possidentem, venit & prescribēs, quis prefertur. Et certe in prescrip. x. vel. xx. an. prefertur prescribens. Sed hic non videtur prescribens preferri: quia tunc prescribens prefertur domino quādo habuit titulū & bonam fidem, & tunc vendicat prescribēs etiam a domino, & illa vtilis prefertur directe. Sed hic qui prescripsit. xxx. an. bona fide non vendicat a domino, vt hic: imo videtur posterior dominus si tenet ꝙ iste: vnde non videtur ꝙ dominus possit vendicare & preferri prescribenti, quia al's prefertur directa vtili. ff. de loco publi. fruen. l. j. econtra melius videtur ꝙ preferatur, quia iste habet vtilem, et regulariter vtilis prefertur directe. de procura. in cause. Itē dominus si detinet habet maius ius, ergo quando non detinet non, vnde preferā prescribentem. Sed quid si prescribens non venit directo dominus vendicat, an potest. Credo ꝙ sic, quia licet tu sis superficiarius & ego habeo directum dominium sed tu taces, ego vendico a possidente. ff. de superficie. l. j. §. is autem cuius. ergo & a simili verus dominus vendicat ab eo qui prescripsit: & sic potest intelligi versicu. nullum. in duobus casibus, scilicet in bona fide prescribente qui negligit, & in eo qui mala fide prescripsit, vbi etiam si veniat prescribens et dominus, repellitur prescribēs, & dominus admittitur. ¶ Quod autem dicitur nō obstante &c. facit pro eo qd queritur: aliquis habet rem meam in feudum nec commisit feloniam, abest, aliquis possidet eā, volo ego dominus vendicare a possidente, ipse excipit contra me & probat de feudo, an potest: dic ꝙ non. arg. dicte. l. de superfi. & ibi not. in glos. Jaco.

¶ De annali exceptione. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ An iuri offerendi prescribatur.

Super annali. ¶ In fine magne glos. sed certe
1 † non prescribitur iure offerendi per. l. j. de pignori. si dominium. & hoc dicit Sy. vincē. & dicit ꝙ. §. deniqz. s. l. cum notissimi. loquitur in alio speciali casu, sc3 quando vnus creditor offert alteri: sed potest capi medium & dici aut facile potuit soluere debitor, & tunc prescribitur pignus & iuri offerendi. ar. l. qui potest. de reg. iur. al's si non potuit facile, non quia videtur posse geri &c. vt de verb. signi. nepos proculo. ff. de noxa. si seruus depositas. Jaco.

¶ De sententijs & interlocutorijs omnium iudicum. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Sicut defectus solennitatis facit testamentum nō valere, ita etiam defectus solennitatis facit sententiam nullam.

2 Solennitas sententie quid est.

Prolatam. ¶ Dic aut deficit solennitas vt, qz deficit scriptura, vel nō fertur sententia in loco tribunalis, & tunc sententia est nulla: vt. s. titu. j. l. penul. in fi. nam
1 sicut † defectus solennitatis testamenti que est testamenti substantia facit esse nullum testamentum. s. de testamentis. l. testandi. ff. de testamen. l. si queramus. ita & defectus solennitatis facit sententiam
2 esse nullam si deficiat substātia, vt qz deficit † cōdemnatio vel absolutio, & tūc similiter sententia est nulla: vt. s. l. proxi. Si vero pretereatur vel subuertatur ordo: tunc aut ordo iudiciorum, aut ordo actionis. Si ordo iudiciorum sententia est nulla, vt hic, & sunt exempla: si primo fecit iurari de calumnia, & postea recepit testes, & postea lis est contestata. Si vero ordo actionis vel causarum subuertitur vel preteritur: vt quia primo de proprietate cum debuerit primo de possessione agi, vt. s. de rei vendi. ordinarij. j. de interdic. l. incerti. Si primo iudex cognouit de proprietate & tulit sententiam valet & est appellandum: vt. j. de appel. l. j. Si vero subuertatur iustitia tunc aut fertur sententia contra ius litigatoris, et tunc sententia valet sed est appellandum: nam ius dicitur pretor facere etiam & si nunꝙ decreuit. ff. de iusti. & iure. l. fi. & appellatio est querela iniquitatis sententie. ff. de mino. l. prefecti. ff. de app. l. j. Si contra ius legis, quia expresso errore, vt quia dicit minorem. xiiij. an. posse testari: tunc sententia ipso iure est nulla. ff. de appella. si expressim. j. quādo procla. l. ij. Jaco.

De sententijs que pro eo quod interest proferuntur. Rubrica.

Summarium.

1 Snia debet ferri certa etiam super eo qđ interest.

In glos. que est super rubrica nõ videtur bona conti-
1 nuatio que fit in rubrica: tamẽ † sententia debet ferri certa etiam vbi petitur interesse, vt institu. de actio. §. curare. quare potest continuari dictum est. s. ꝙ certa quantitas est ponenda in sententia ⁊ aliter nõ valet: sed quia dubitaretur vsq₃ ad quã quãtitatẽ super interesse iudex condemnaret, ideo Imperator intendit hic limitare.

Summarium.

1 Iurare in infinitum, an liceat.
2 Quid interest inter rem dare ⁊ rem tradi.
3 Si continetur in sententia ꝙ quis det vel tradat: fit executio vt tradat.

Cum pro eo. §. Sancimus. Qui certã habẽt quantitatẽ. Exponit hic gl. vno ⁊ alio modo, ⁊ neuter placet mihi: ⁊ hoc ideo q₂ tractamus hic de singulari interesse quomodo potest habere affectionẽ magis ad vnũ oleũ quã ad aliud eiusdem quãtitatis ⁊ qualitatis. Item in eo ꝙ exẽplificat natura vt equus in genere, ibi similiter nõ potest haberi ratio singularis interesse: nam illud qđ soluitur videbitur debitum. ff. de lega. j. l. cum incertus. Item contractus continet tunc incertum quãdo debetur homo in genere. ff. de verb. oblig. l. stipulationum. sed lex ista intendit de certa, ⁊ ideo potest exponi qui certam habent quãtitatem, id est certam speciem humano ingenio quãtitatem vel naturã habent speciem a natura limitatam: nã alia res habet a natura speciẽ vt homo ⁊ equus. de verb. obliga. l. inter stipulantem. §. sacram. ⁊ alia habet speciem ab humano ingenio quãtitatem vel naturã qui habet longitudinem ⁊ latitudinem ad arbi-
1 trium condentis. Sed an per hanc legẽ † derogatur ei que dicit ꝙ iurare in infinitum licet. ff. de in lit. iuran. l. videamus. §. iurare. cum ista dicat interesse singulare restringi. Respõderi potest ꝙ hec lex determinet illam, scilicet vt possit iurari in infinitũ dũmodo non excedant hanc legẽ: vel dic aut iuratur in lit. contest. in infinitum etiam potest iudex condemnare ſm qđ iuratum est, vt in lege contra. ⁊ ad hoc. s. de iudi. l. sancimus. Sed si nõ iuretur in litẽ, sed al's probetur interesse singulare: tunc non potest excedere duplum communis vel conuenti. Sed certe si hoc est verum videtur magis grauari qui habet necesse probare interesse ꝙ qui solum iurauit de affectione ⁊ in litem quod videtur inconueniens, quare prima responsio magis placet, vt lex contra. determinetur per hãc. Additio. (An appellatione damni contineantur expẽse. Videtur ꝙ non, imo inter illa differentia videtur, vt. ij. qõ. j. c. in primis. ibi: damnum ⁊c. ad idem extra de iniur. c. olim. ⁊ c. in nostra. ⁊ de foro cõpe. c. dilectus. Sed dic ꝙ appellatione damni cõtinentur, quia damnum dicitur a diminutione patrimonij. j. de dam. infec. l. iij. ⁊ expense minuunt patrimoniũ, vt. ff. de impen. l. quod dicitur. ⁊ ff. de iur. dot. l. si is. §. qđ dicitur. Item diminutũ dicitur qđ ab hereditate exijt. ff. de petitio. hered. deperditum. Non obst. dictum. c. in primis. quia dic vt ibi. Non obst. decre. in nostra. cum simi. quia ibi per pactum ⁊ iuramentum fuerunt remissa damna, et ideo stricte accipitur id verbum: quia non videtur perimi pacto de quo non est cogitatum. ff. de transact. qui cum tutorib⁹. ⁊ facit qđ not. extra de transac. c. j. ⁊ ꝙ nomine damnoꝝ contineantur expense facit. s. de iudi. sancimus. ⁊ de bo. auto. iudic. possi. auf. ⁊ qui iurat. ⁊ de dam. infec. inter quos. §. si. non tamen appel. expẽsarum cõtinetur pretium, vt. l. quibus diebus. §. quidam ita. de condi. ⁊ demonstr. cum simi. ⁊ de hoc not. per Archi. in dicto cap. in primis. vbi idem ipse etiam tenet. Lapus.) Id autem quod hic dicitur interesse consideramus in lucro: dic aut quia lucrum qđ omissum est fieri procedebat cum alterius damno, aut sine alterius damno. Primo casu nõ habetur ratio, vt si vsucapiebã fundum de cuius possessione alter me deiecit: si ago interdicto vnde vi contra deijcientem nõ habetur ratio vsucapionis non complete, vt. ff. de furt. si is cui. ex quib. cau. ma. deniq₃. de dam. infec. proculus. Si vero fiebat lucrum non cum alterius damno, tunc cõsidera aut illud lucrũ erat radicatũ: verbi gratia, hereditas fuit delata mihi per seruũ meũ, qui seruus mortuus est ante aditam hereditatem tunc habetur ratio hereditatis ⁊ sic lucrum, vt. ff. si quadru. paupe. fecis. di. l. fi. de his qui deie. l. fina. ad leg. aquil. qua actione. in prin. de cõdic. fur. si seruus. cum multis similibus. Si vero non erat lucrum radicatum sed casuale quia pendebat ex casu fortuito, tũc eius ratio non habetur: vt. ff. de peri. ⁊ cõmo. rei vendi. l. fina. nisi in casibus specialibus hic not. in vlti. glos. ⁊ hoc nisi certissima ratione possit ꝓbari, nam in alijs casibus specialibus per cõiecturas probatur: secus autem dicerem si certissima ratione, vt. ff. de lega. iij. l. patronus. in prin. nam tũc veniret etiam interesse etiam circa lucrum, vbi autem non potest probari de lucro nisi per coniecturas tunc non potest peti, vt dicta. l. fina. de peri. ⁊ cõmo. rei vend. nisi in dictis casibus exceptis in glos. Si autem queratur an interesse sit in obligatione. de hoc not. de re iudi. si quis ab alio. in fi. Sed de hoc ita teneas, quia aut petitur interesse quia factum est qđ fieri non debet, ⁊ tũc dico ꝙ interesse est in obligatione. de act. empt. ⁊ vendi. iulianus. ⁊ l. iuris. §. si nos. cũ multis si. Si vero petitur interesse quia non est factum qđ fieri deberet: tunc dic, quia aut est factum merum aut mistum vt traditio: si merum factum est tunc vtrumq₃ est in obligatione ſm Azo. vt no. in summa si cer. peta. ⁊ ff. si cer. pe. l. certi condictio. ita ꝙ possum petere qđ volo vel interesse vel factum, ⁊ hoc per dictam. l. certi condictio. ⁊ de verb. obli. quoties. ⁊ si quis in ius voc. l. fi. ⁊ de arbi. l. diem. proferre. §. fi. vbi autem est mistũ factũ ⁊ etiam dominij translatio qđ est ius tunc interesse non est in obligatione, sed in cõdemnatione est, vt. ff. de act. emp. ⁊ ven. l. j. vbi dicitur agitur, expone. i. actum fingitur, ⁊ per. l. ibi de act. emp. si traditio. vbi traditio est in obligatione, tunc interesse non est in obligatione sed dari: vnde ad hoc tenetur. ff. de verb. oblig. l. vbi autẽ. in fi. sed si non potest dare tunc interesse non est in obligatione, vt. ff. de verboꝝ obliga.
2 si seruum stichum. in fine. Sed si † queratur que est differentia que debeat dari vel tradi. Respondeo, quia vbi tradi non potest tunc cogitur quis precise ad factum licet non possit tradere: sed vbi dari tunc si potest dare precise ad factum cogitur, sed vbi dare non potest vel tradere tunc idem, cum in vtraq₃ siue tradi siue dari sit in obligatione, sed fit condemnatio interesse. Vnum
3 tamen no. circa † hoc quia quando continetur in sentẽtia ꝙ quis det vel tradat rem aliquã fit executio vt tradat non vt det, vt. ff. de rei ven. l. qui restituere. Iaco.

De pena iudicis qui male iudicauit. Rubrica.

Summarium.

1 Par causa est actoris ⁊ rei liti renunciantium, vt vterq₃ ius suum perdat ⁊ instantia pereat.
2 Lite contestata si reus absens sit ⁊ legitime citatus non cõpareat, tacite videtur renunciare liti ⁊ diffinitiue condemnari potest instante actore.

Constitit. In glossa, amittat ius defendendi. Et sic
1 optime † probat hic glos. ꝙ sicut actor renũcians liti videtur in dubio renunciare instantie ⁊ iuri

tie ⁊ iuri suo, ⁊ sic actionem perdit: vt.l.postq̄.§.de pac. ⁊ ibi not. per Cyn. ita ⁊ reus renuncians liti eadem ratione videtur renunciare iuri suo, scilicet iuri defendendi, ⁊ sic ius defensionis sue perdit.arg.eius quod hic nota. ⁊ ideo sicut actore renunciante vt supra, potest reus petere nihilominus dari ⁊ ferri sententiam pro se, vt no. ff.de vi ⁊ vi armata.l.cum fundum.§.si. ita ⁊ reo renunciante liti vt supra, potest actor petere nihilominus dari ⁊ ferri sententiam pro se si liquidum sit eadē ratione per
2 ibi nota. ⁊ pro hoc facit, quia † si reus lite contestata est absens ⁊ citatus legitime sit ⁊ non comparet, tacite liti renunciasse videtur ⁊ sic iuri defensionis sue. arg. j. qui accu.non pos.l.accusatorem.⁊.l. si ea. ⁊ quod in eis not. ⁊ idcirco diffinitiue damnari potest actore instante si est liquidum, vt.l.properādum.§.sin autem reus.ergo idē si lite contestata reus expresse liti renunciat eadem ratione predicta, quod est valde notabile. ¶ In ead.glos.ibi: sm B. ipso iure.imo videtur q̄ per sententiam, quia dicit amittat: vt nota.j. vnde vi.l.si quis in tantam. ⁊ facit quod not.s.de iurisdictio.om.iudi.l.in criminali.nisi sustinendo opinionem B. dicas q̄ de sententia loquitur que ipso iure est nulla vt sequitur, ⁊ sic ad illam hec verba referantur non ad actionem, quia illa non ipso iure sed per sententiam amittitur vt dixi: ⁊ vide quod nota. extra, de foro competen. c. si diligenti.super verbo causam perdat. Jaco.de are.

¶ De vsuris rei iudicate. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Quomodo fieri debeat executio in causa iudicati.

Os qui cōdemna. ¶ Dic q̄ lex de donatio.de re iudica. non corrigitur per hāc legem licet glos.
1 dicat sed determinatur: nam † a tempore late sententie currit tempus quadrimestre ⁊ si intra illud non soluit capiuntur pignora in causa iudicati que postq̄ fuerunt capta si non satisfiat intra duos menses venduntur pignora. Jaco.

a ¶ De fructibus[a] ⁊ litium expensis. Rubrica.

Um quidam. ¶ Ex lege ista in fi. dic ad hoc vt statutum habeat locū in preteritis ⁊ futuris nō est opus q̄ hic expresse in statuto dicat̄, sed satis est q̄ ponitur in statuto verbum preteriti temporis ⁊ futuri: simile de sacrosanc.ecc.l.fina. ⁊ ad hoc.j.de pac.pig.l.fina. Jaco.

¶ De re iudicata. Rubrica.

Ebus. ¶ Sed quid si ante sententiam res peruenit ad dominū ⁊ nihil mihi fuit dictū, quia ignorabam fui cōdemnatus, an habeam exceptionē. Videtur qd non, quia cessat ratio q̄ est hic assignanda, que est q̄ iustitia rediit ad iniustitiam, quia hec sentētia nunq̄ fuit iusta. Item quia exceptio ante competit, et ideo ante sententiam opponenda, vt in.l.peremptorias. sed in hac lege exceptio cepit competere post sentētiam: sed dico qd hic potest etiam opponi exceptio, q2 tenetur mihi contraria cōmodati ad id quod mea interest: vt.ff. cōmod.l.rem mihi cōmodasti. vnde cum teneatur mihi contra. cōmodati eo qd ex sua perfidia damno me afficit merito exceptio competit: quia cui damus ⁊c. de superficie.l.j.§.quod autem. vnde videtur idem ⁊ si ante sententiam peruenit res ad eum casum vbi potest teneri contraria, vt est in lege ista cum datur exceptio non autem actio. ¶ Sed quid si res peruenit ad dominum sed expendit in ea habenda. Respondeo, aget ex sententia vsq̄ ad quantitatem expensarum, quia non intelligitur peruenisse vsq̄ ad id qd impendit: vt argu.ff.quod met. cau.l.si cum exceptione.§.si homo.pro hoc.ff.de procuratoris.et.l.seq. Jacob.de are.

Es iudicate. ¶ Sz hic queritur an valeat vsq̄ ad eam quātitatem in qua non est erratum. Dicit glos.qd sic.arg.j.de dona.sancimus. Sed alibi videtur nota.contrariū in simili.q.ff.de iurisd.om.iudi.l.fina. ⁊ pro hoc: quia sententia ⁊c.ff.famil.herciscun.in hoc iudicio. ⁊ dicitur ibi in dicta.l.fin. quod secus est in contractu, et allegat.C.de dona.sancimus. Et credo qd hic male dicat q̄ res iudicata non de-
b bet pro parte valere: pro parte non valere[b]. Jaco.

Summarium.

1 ☞ Instrumentum solutionis post condemnationem repertum, an prosit debitori ad repetitionem iudicati.
2 Ubi abest bona fides, adest mala fides.

1 Ub specie. ¶ Quid si † solui, fui conuentus, nō potui reperire instrumentum solutionis, cōdemnatus sum: post condemnationem reperio instrumentum, an potero me tueri. Videtur q̄ non, vt hic ⁊.ff.de edendo.l.argentarius.§.penul.vbi dicitur q̄ si non potui probare solutionem contra creditorem agentem eo q̄ argentarius non edidit rationes, ⁊ sic sum condemnatus creditori: dicitur ibi q̄ ago contra argentarium actione in factum ex illo edicto quod quidem competit ad interesse, vt eod.titu.si quis ex argentariis.§.ij.sed si daretur mihi actio vel exceptio contra creditorem cui sum condemnatus, non daretur mihi actio cōtra argentarium cum mea non interesset. Econtra q̄ sic, quia bona fides non patitur ⁊c. vt in regula
2 iuris, bona fides. ⁊ vbi † abest bona fides, adest mala fides: vt.ff.deposi.qd nerua.ergo est dolus, ergo dolū cōmittit in eo qd a me nunc petit, ergo ex hoc dolo potest cōueniri actiōe de dolo ciuiliter, ⁊ criminaliter crimine stellionatus.ff.manda.l.si fideiussor.§.in omnibus.cum ergo habeā actionem si soluo, merito exceptionē anteq̄ soluā: q2 cui damus act.⁊c. ¶ Circa hoc videt̄ ita dicendum aut est in dolo quia ipse idem recepit solutionem, ⁊ tunc dic q̄ potest excipi ante solutionem, ⁊ si est solutum repetitur per actionē de dolo, ⁊ per cōdic.sine cau. per dictū.§.in omnibus.sed si nō est in dolo, vt quia predecessori suo facta est solutio: ⁊ sic habet iustam causam ignorantie.de regu.iur.quia in alterius.tunc non potest reperire instrumentum. Nunquid autem iuuetur tunc ope restitutionis, not.Cyn.sed non firmat.s.de condic. indebi.l.j.⁊ qd iuuetur allegat.l.si is ad quem. in fine.de acquiren.heredita. ⁊ quod not.in.l.seruo inuito.§.cum pretor.ad trebellianū.in contrarium.l.diui fratres.ff.de penis. ⁊ q̄ repetet per sine causa.⁊.l.j.circa fin.ff.de questionibus.vt not. in Specu.de senten.§.postremo.versi. illud autem.quere circa finem. Alij dicunt aut fuit quesitum in primo iudicio de dolo, ⁊ tunc amplius nō queratur: aut non, ⁊ tunc sic. ⁊ pro hoc facit de execu.rei iudi. l.duobus.s.de fide instrumen.l.fi. Sed certe ibi non fuit quesitū de dolo licet de solutione sic: vnde dic vt ibi dixi, ⁊ sm hoc.ff.de cōdic.inde.l.in summa.s.de trāsac.l.iij.

Summarium.

1 ☞ Acta cause quomodo probentur.
2 Perempta instantia an pereant acta.

1
c Esta. ¶ Dic q̄ oportet quod acta[c] cause scribantur, et al's non valent: sed certe in summa videtur q̄ acta cause

a ¶ Quid cōtineatur appellatiōe fructuum: vide qd not.ex de re iudic.sup rub.p Inn.

b ¶ Et de hoc plene dic vt no. Jo.and. ex de reg.iu. c.ea q̄ fiunt. lib.vj.

c ¶ Que itelligant̄ acta.vide qd not.in l.iij.s.de sen. q̄ si cer.quātita.profe. ⁊ vt li.pen.l.ij. ⁊.ff.eo.ti.l.acta.⁊.l.actorū pba. ⁊ an oblatio.l. pductio instrumēti pcur. vel si. ⁊ tenor instrumēti pducti scripti per notariū tunc officialis sit de actis. dic vt no.p Inn.i.c. cū in iure.de offi.dele.vbi de hoc p eū. in fi. Itē vide no. Jn.in.c. qm̄ cōtra falsam.de pba. circa fi. q̄ ea que fiūt sine cause cognitione ⁊ partib' absentibus nō dicuntur esse de actis vt ibi no.per eū.dic vt ibi, ⁊ vide quod not. de epis. et cleri. auf. generaliter. super verbo in actis.

probentur per testes, vt.s̄.de here.l.quoniam.de testi.l.curent. Sed potest dici ꝙ ibi loquitur quādo iudicium fiebat sine scriptura: licet hodie regulariter cum scriptura fiat, vt in auē.offeratur.vel dic ꝙ scriptura erat prodita que probatur per testes qui dicunt de scriptura facta ⁊ quid cōtinebatur in ea, ⁊ probatur de perditione: vt.s̄.de testi.l.testium.in fi. Sed † an perempta instātia pereant acta. glos.hic dicit ꝙ sic inter eosdem non al's: vt de liberali cau.iubemus.⁊ not.s̄.de edendo.l.is apud quem.alia contradicit.ff.de ijs que in frau.credi.l.iij.ibi: litem mori patitur.in glos.ibi signata. ⁊ alibi etiam dicit lex aut testes viuunt ⁊ tunc est in arbitrio aduersarij si velit iterum eos produci vel eorum attestationibus stare, si sunt mortui tenenē attestationibꝰ stare.s̄.de testi.l.fina. Circa hoc potest dici sic qđ est differentia vtrū hec acta sint publica ⁊ transformata in publica monumenta: sed ſm intellectum hic in glos.positum, ⁊ tunc opp. hec lex vt obtineāt perpetuam firmitatem etiam in alia instātia. Si vero nō sint translata in publica monumenta ⁊ instantia perijt ante: tunc dico ꝙ etiam pereunt illa acta, ⁊ ita intelligitur.j̄.de ijs que in frau.cre.l.iij.lex vero de testibus, loquitur in suo casu, scilicet quādo coram arbitro testes fuerunt vocati non autem instantia perempta. Jacob.de are.

De executione rei iudicate. Rubrica.

Summarium.

1 Exceptio competens post sententiam, potest post sententiam opponi.

1 SI causam. Ex hac lege colligit † ꝙ exceptio competens post sententiam, possit post sentētiam opponi: alioquin si aliud diceretur oporteret dici ꝙ si condemnatus solui ꝙ non detur mihi exceptio, qđ esset absurdum. Jacob.de arena.

Summarium.

1 Ubi iudex dat pignus in solutum creditori, an eo debeat esse contentus creditor.

1 ORdo. Dicitur hic in glos.qđ † vbi iudex dat in solutū debet creditor esse contentus pignore pro toto debito, vt.ff.de re iudi.l.a diuo.§.pignora.sed hoc videtur valde absurdum: quare potest dici aut iudex dat in solutum pignus captū in causam iudicati indeterminate, ⁊ tunc loquitur dictus.§.si pignora.vt habeat creditor pro toto debito. Si vero determinate pro tāta pecunia, tunc pro reliqua remanet sibi in integrum. argu.ff.qui.mod.pig.vel hypo.sol.l.si debitor.⁊ de ver.oblig.l.continuus.§.cum ita. secus quando a principe: nam tunc etiam si indeterminate detur cedit in solutum pro eo qđ valet, vt. j̄.de iure domi. impe.l.fi.§.sed si quidem. Alij dicunt ꝙ iudex dando in solutum non dat dominium, si iudex daret dominium ad quid adirem principem: sed potest dici qđ ideo aditur princeps, quia tunc tātum pro valore rei cedit in solutum, at cū a iudice pro toto debito debet habere si indeterminate facit. Alij dicunt non dari dominium per iudicem nisi in causa damni infecti: sed tm̄ possidere ⁊ fructus percipere per legem: vt.ff.vt in posses.lega.imperator.sed alia opi.est cōmunis. Jacob.de are.

SI vt proponis. Hec lex habet duplicem intellectum: primum vt loquatur de nuncio, ⁊ ſm hoc queritur quid si opponitur talis exceptio que potest opponi post sententiam. Respō. tunc debet supersedere ⁊ referre iudici: vt extra de re iudica.c.decetero. Potest intelligi secundo in executione, cum a lege committitur executio: vt est delegans in sua delegatione.de re iudi.l.a diuo.in princi.vt est iudex qui habet res in suo territorio in quas fit executio sententie late ab alio iudice: vt de bo.autori.iudi.possi. cum vnus.§.penul.⁊ de iudi.properandum.§.sin autem reus. Sed quid ſm hoc si opponitur coram eo exceptio talis que potest opponi post sententiam. Respondeo ipse cognoscet ⁊ pronunciabit: ⁊ si male pronunciat ab eius sententia poterit appellari, vt.j̄.quorum appel. non recipian.l.ab executore. Quod autem dicitur in glo. ꝙ loquitur in delegato ad exequendum non videtur bene dictum: cū alibi notetur ꝙ executio non possit delegari, vt no. ff.de re re iudi.a diuo.per legem, de iurisd.om.iud.l.iubere.

Comminationes epistolas ⁊c. Rubrica.

In glos.rubrice ibi: quia causa cognita.nota ꝙ de intellectu huius titu.not.per Inno.extra de appel.c. cum cessante.vbi not. ꝙ si iudex precipiat sine cause cognitione ꝙ preceptum est iniustum per hunc titulum: ergo preceptum tale non est nullum sed aliquod licet iniustum, quod est not.propter multa. In ea.glos.ibi: conflictu. Sed an interlocutoria possit ferri absente parte, not. in l.sed interpellatur.ff.de arbi. ⁊ per Dy.in.l.omnia quecunqꝫ.ff.de reg.iuris.

PRogramma. In gl. Cum idē. in fi. Uel dic ſm Odoffre. ꝙ programa dicitur a pro quod est procul, ⁊ grāma quod est litera quam mittit preses per prouincias sine cause cognitiōe vt quilibet prouincialium soluat tantum: certe hoc non obtinet vim rei iudicate. ⁊ ita loquitur hec lex, ⁊ hec videē esse eadem opi.cum opi. Accur.de qua.s̄.in prin.huius glos.sed opi. Joan.magis videtur probari per hāc legē ibi: ꝓpositum est ⁊c. Et quid sit canon, ⁊ quid decretū, et quid decretalis epistola, ⁊ quid dogma, ⁊ quid mandatum, ⁊ quid interdictum, ⁊ quid sacramētum, no.in decre.iij.dist.in princi. Jacob.de are.

Si ex falsis instrumentis sententia lata sit. Rubrica.

Summarium.

1 Sententia pretextu falsorum instrumentorum lata quomodo contra eam potest opponi.

ET qui non. Ex hac lege, ⁊.j̄.l.fi.col

1 ligitur † ꝙ si sententia lata per falsa instrumēta fuerit, prius debeat de crimine doceri: ⁊ sic accusatio prius instituiē edoceri de crimine, et postea petitur restitutio in qua veniet estimandum an iudex secutus illud instrumentum motus fuit propter quod restitutio detur. ⁊ hoc etiam dicitur de re iudica.diuus.de iudi.si pretor.§.marcellus.cōtrarium tamen videtur qđ etiam sine accusatione pendente possit peti restitutio, ⁊ intelligunt de crimine docuerit ciuiliter vel criminaliter: sed hec questio non potest procedere, nam si audiatur ciuiliter ad quid petam restitutionem cum per ciuilem habeam interesse meum, ⁊ idcirco credo qđ debeat preponi accusatio ⁊ doceri de crimine, ⁊ postea restitutio peti. Unde circa hoc ita credo tenendum aut viuit princeps falsitatis, ⁊ tunc ante omnia accusetur, vt in.l.huius ti. et pro hoc.s̄.de aduo.diuer.iudi.l.j.et vbi cause fiscales.l.j.non autem ciuiliter debet tunc agi ne preiudicium alij generetur, intentato crimine falsi ⁊ probato petitur restitutio. Si vero non viuit ciuiliter falsitatis author, tunc dic ꝙ omissa accusatione de crimine petitur restitutio per dictam.l.diuus.quia vbicunqꝫ equitas mouerit iudicem

iudicem debet dari restitutio. de in integ. restit. l. omnes. et. l. diuus. ¶ Sed quid si sententia lata fuerit per falsa instrumenta ⁊ ago actione in factum in executione sententie, an potes excipere de falsitate non habita restitutione. Certe omnes concordant ꝙ exceptio possit opponi in hoc tracta. ⁊ decreta. est expressa, extra de probat. c. licet. ⁊ de exceptio. cum venerabilis. contra quos obijcitur, quia sententia nisi rescindatur per restitutionem, vt in. l. diuus. ergo ante non competit exceptio, vt. ff. de condic. indebi. l. fina. in fi. ⁊ de excep. l. exceptiones. vnde ita credo dicendum, aut ille qui obtinuit per falsa instrumēta fuit in dolo vt quia scienter falso instrumēto vsus est, ⁊ tūc cum possit teneri crimine falsi habeo actionem in factū ad interesse. j. de falsis. l. damus. et. l. prebemus. ergo executione quid cui damus ⁊c. vt regula iur. inuitus. §. cui damus. vbi vero non fuit conscius falsitatis, tunc non potest excipi nisi habeatur restitutio, vt dicta l. exceptiones. ad hunc intellectum possunt decre. predicte adduci. ⁊ de hoc not. ff. de excep. l. qui agnitis.

Summarium.

1 ☞ Quomodo potest probari testem dixisse falsum.

possessionē perdidisse ⁊ sic non tenearis quia non dura-
uit perdita.arg.ff.de iureiur.ver.si pro parte.§.versum.
sed certe imo fecisti vim cum effectu quantum in te fuit.
¶ In secunda questione quid si equum soliuagum in
pascuis accepi. Respōdetur in glos.qđ si suum credidit
habet locum condictio sine causa vel vtilis condictio
ex hac lege. Sed hoc non videtur bene dictum cū nemo
condicat rem suam preterꝙ̃ a fure, sed dabitur rei ven-
dicatio vel publiciana, quia furtum nō cōmisit: qđ est ve
rum quando occupans credidit suum ⁊ a nemine possi-
detur, vt q2 delata erat hereditas sibi, inuenit illū equū
in pascuis hereditarijs quē credebat esse hereditarium.
al's autem teneatur pena huius legis. ¶ Super eo qđ
queritur quid si clam dicit, potest dicit glos. ⁊ ita etiam
furti tenetur. Sed certe hec lex videtur velle qđ violētia
cōmittatur: vt insti.vi bono.rap.§.quia rem.vnde credo
ꝙ non habeat locum pena huius legis, non iure in qua
violētia cōmittatur super eo qđ querit̃ si clam ⁊ tibi: sed
certe hec lex videtur velle quia violentia cōmittatur: vt
insti.vi bono.rapt.§.quia tamen.vnde non credo ꝙ non
habeat. Super eo qđ queritur de vsufru.dici potest ꝙ cō
moditas percipiendi fructus applicetur expulso: vt.ff.
de iure dot.si vsusfructus. ⁊.l.cum in fundo. ⁊ solu.mat.
vsufructu. Itē ad idē de adult̃.l.si postulauerit.§.iubet.

Summarium.

1 Spoliatus ante omnia venit restituendus.
2 In possessorijs an habeat locum reconuentio.
3 Quenam vtilitas interdicti vnde vi.

Momentarie. ¶ Potest dici
ꝙ agebam inter
dicto tu excipiebas de dominio, ego dicebā
primo cognosci de possessione recuperanda:
certe audior, ⁊ hoc interdictum sine inscriptione ⁊c. et
sic ⁊ mox exponitur, id est statim non admissa excussio-
1 ne dominij, quia spoliatus † ante omnia est restituen-
dus. Quod ergo dicitur de iudicijs.l. si de vi. habet lo-
cum quando consentio ꝙ cognoscat de illa exceptione,
sicut ⁊ al's per consensum cognoscitur de eo de quo al's
impeditur cognitio.ff.famil.hercis.l.j.de euictio.si man-
cipium. ⁊ ita intelligitur decret. extra de restit. spoliato.
c.j. ⁊ hoc quando de proprietate obijciebatur. Idem di-
co si obijcit questionem criminalem: vt.s.de dona. inter
vir. ⁊ vxo.si maritus. ⁊ sic credo potest etiā intelligi hic.
Nec obst. ad hoc ꝙ primo videtur agi ciuiliter ꝙ̃ crimi-
naliter: vt.s.de ordi.iud.l.quoniam.quia ibi est sepe, qua
si dicat non semper: nam non intermittitur quando ci-
uilis est de possessione. Idem etiam si ab eadem parte
mouetur questio possessionis ⁊ proprie.nā sm Acc.ante
nō dz cognosci ⁊ diffiniri causa possessionis ꝙ̃ propieta-
tis: sm alios simul potest intentari dūmodo primo con-
testetur lis super possessione demū super ꝓprietate. Pri-

a ¶ Dic ꝙ l3
gl.ord.dicat
prodigū nō
teneri pena
ꝯstitutionis
huius: tamē
credo ꝯtrariū,
q2 si nō puni
ret̃ hmōi p-
digus rema
neret malefi
ciū īpunitū
qđ iura no-
lūt: vt.ff.ad
le.aquil.l.ita
vulneratus.
cū multis si.
et melior eēt
cōditio stul-
tor ꝙ̃ sapiē-
tū qđ est iau-
ditū, vt.ff.đ
nox.nō solū.
et qđ vi aut
clā.l.seruus.
Et qđ dicit
eū cui bonis
est īterdictū
nō posse alie
nare: vt.ff.đ
ver. obli.l.is
cui.intelligit̃
de alienatio
ne volūtaria
non necessa-
ria que al's
ꝯcedit̃, vt in
fundo dota
li qui prohi-
bet̃ alienari.
s.de rei vxo.
act.l.j.§. cū
ex necessita-
te.tn̄ aliena-
tur, vt.ff.de
fund.do.l.j.
Itē ꝓhibet̃
alienatio cū
agit̃ familie
hercis.sed cū
causa neces-
saria conce-
ditur: vt.ff.
fami.hercis.
alienatiōes.
cū.l.ieq.B.

mo fiant probationes recipiantur probationes in possessionem: postea vero in proprietate sic & in sententia vt in primo super possessione postea super proprietate. Item si agat quis de vi ciuiliter & criminaliter. l. iul. de vi pub. vel pri. nam primo de possessione, postea de proprietate est agenda. s. finita questione possessionis: & ita in his qua-
2 tuor modis potest intelligi istud mox. ¶ Sed† nunquid in possessorijs habet locum reconuentio. & potest esse casus huius legis & dici quod non, & pro hoc. ff. de iudic. l. ij. §. sed si agant. & l. qui non agitur. extra, de iurepat. c. relatum. & potest intelligi hec lex secundum vltimum intellectum glo.
3 ¶ Super eo autem quod † in fine glos. queritur quam vtilitatem habet hoc interdictum: tu dic quod hec est vtilitas, quia interdicto habetur ratio omnis interesse etiam extra rem, vt. ff. eo. l. in interdicto. & l. j. §. ex die. & §. non solum. vnde si seruus qui fuerat in fundo fuerat heres institutus sub aliqua conditione, tamen non potuit parere, propter violentiam habetur ratio etiam hereditatis perdite: sed quod illud veniat in constitutione si quis in tantam. non video, retinebo ergo eam vt iacet cum sit stricti iuris. Sed an si actum est interdicto an poterit agi ex constitutione si quis in tantam. Credo quod sic, nam per interdictum consequitur tantum interesse: at illa mera & persecutoria non tollit penalem & non erit, vt dicta. l. quoties. de act. & oblig. Jaco. de are.

SI quando. ¶ Sed quid si statutum est in ciuitate quod si domus comburatur siue fiat incendium in villa quod villa resarciat domino omne damnum: nunquid si non potest dominus singula probare satis erit per sacramentum suum probare: quidam dicunt quod sic, arg. huius legis, sed certe quod hic statuitur est odio violentie, sed villa non commisit violentiam licet teneatur ex forma statuti: villa enim conuenitur ex quasi maleficio quia non custodiuit vt alias qui committunt quasi maleficium non custodiendo quod debent custodire. ff. de ijs qui deie. vel effude. l. si vero. & ideo habeat locum hec lex quia dato tamen damno, id est incendio: sed de illatione ignis quia a tali parte incipit quod est verisimile quod fuerit appositus. Jaco. de are.

Summarium.

1 ☞ Ingrediens possessionem si amittit possessionem, aliter quam per reiectionem, an teneatur vnde vi.
2 Que sit pena huius legis.

a ¶ Circa hoc duplex videtur esse opi. vna Al. alia gl. vt. ff. e. l. j. not. i quinta glo. & ad saluandas. glos. que videntur contrarie dic vt sufficienter hic no. lz non recitetur opin. Rofre.

CUm querebatur. ¶ Dic quod ad hoc vt hec lex locum habeat oportet quod possessio sit vacans, quod sit aliena, quod ingrediens sciat non suam: sed quis probabit hec duo vltima, an ingrediens quod sit sua, et quod credit suam, an alter qui agit ex hac lege probabit quod res sit aliena. i. non inuadentis, & quod ille credidit alienam. Respondeo credo quod conuento incumbat probatio quia presumptio est ex quo ingreditur sine causa quod clam destitutus sit, vt de acqui. possess. l. clam possideri. & ostendet errorem probando quod vulgaris fama fuerit quod fuerat defuncti cui successit. Item probabit de dominio quia per illam famam probatur dominium. & in fi. glos. que incipit, & non est res. sed dic,
1 sed quid† si ingrediens perdidit possessionem alio modo quam per deiectionem & sine dolo, an teneatur. Uidetur quod sic, nam interdictum vnde vi datur & si sine dolo perdat. ff. e. l. j. §. qui a me possidetis. nam obligatus est propter dolum & tenetur actione personali nisi lapsum sit spacium temporis quod ipsum minuat, vt hic dicit. Sed que
2 est pena † huius legis. glo. videtur velle quod pena. l. si quis in tantam. sed si tenerem illam opi. dicerem hoc esse verum quantum in ea parte & in ea qua tenetur qui ingreditur rem alienam, non autem si suam quia tunc hec lex non habet locum, licet illa si quis in tantam. sic: nam hec lex requirit quod hec sit res aliena non inuadentis: vt dicit litera alienas res. quod intellige mobiles vel possessiones etiam immobiles, non autem dicas quod si res erat ingredientis & alter possideret quod ille possit eum conuenire ex hac lege: quia hec non erat aliena possessio cum esset vacans, & sic non possunt opponi possessiones quas alter habuit licet non esset dominus sed ingrediens: hoc tamen credo humanius esse vt non habeat locum sed teneatur pena statuta in interdicto, scilicet ad restitutionem possessionis & ad fructus. arg. ff. eo. l. j. §. ex die. & §. non solum. & hoc indicat hec litera veteribus &c. Jaco. de are.

¶ Uti possidetis. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Interdictum vti possidetis in quibus rebus locum habeat.
2 Interdictum vti possidetis, an pro seruitute habeat locum.
3 Qui non possidet vi vel clam vel precario ab aduersario obtinet in interdicto vti possidetis.
4 Ui vel clam vel precario possidere operatur plura.
5 Turbans aliquem in possessione cum non possideat, an teneatur hoc interdicto.
6 Emens bona fide a clandestino possessore, an teneatur hoc interdicto vti possidetis.
7 Interdictum vti possidetis est mistum & in eo quelibet partium est actor & reus.
8 Cautela pro reo contra actorem in interdicto vti possidetis vt dicat se possessorem.
9 Quem modum iudex tenere debeat in formanda sententia in interdicto vti possidetis.
10 Potior possessio quenam dicitur.
11 Judici nefas ad arma & rixam trahere quos potest sua iurisdictione compescere.
12 Quomodo procedi debet in interdicto vti possidetis contra partem non venientem.
13 Interdictum vti possidetis vtrum cedi possit.

UTi possidetis. ¶ Circa legem istam isto ordine est videndum quare sit inuentum hoc interdictum, et in quibus rebus, quis obtineat in hoc interdicto, quomodo formanda sit sententia, et quare fuit inuentum colligitur & dicitur. ff. eod.
1 l. j. §. j. & ij. In quibus rebus obtineat † dic in immobilibus & in hoc est differentia inter hoc & interdictum vtro-
a bi, & dicitur vtrobi &c. vt in glos. Primo[a] quero† an pro
2 seruitute habeat locum: dic quod si per se censetur vt est vsusfructus. qui est pars dominij: vt. ff. de vsufru. l. vsufruct. in multis habet locum pro possessione defendenda hoc interdictum sicut pro rebus immobilibus, vt. ff. eo. l. fi. & de iureiura. l. sane. Si vero est talis seruitus que non censetur per se: sed alij accedit vt est seruitus realis, tunc refert aut est talis que habet causam continuam vt est seruitus tigni iniuncti, & tunc pro tali possessione defendenda habet locum interdictum vti possidetis vtile, vt. ff. si ser. ven. l. sicuti. §. fi. Si vero non habet continuam causam vt seruitus itineris & aque: tunc non videtur quod possint defendi per hoc interdictum, sed per interdictum de itinere actuque priuato. ff. de iti. act. pri. l. j. in prin. §. j. & §. ij. vsque ad. l. iij. deinde incipit tractare de itinere reficiendo vbi datur illud quando &c. vel agit per interdictum de aqua quotidiana & estiuali, vt. ff. de aqua quoti. & estiua. l. j. & ideo lex dicit interdicta quasi possessoria, intelligens de illis. s. de itine. actu. priua. & de aqua quoti. & esti. ff. de vsufru. l. quoties. & si serui. ven. l. ij. & datur vtilis non directa cum non possideantur sed quasi, vt de acquir. rerum domi. l. seruus. §. incorporales. nam appellantur quasi possessoria. ff. quibus ex causis maio. l. item. vt. §. item hi. de vi & vi arma. l. iij. §. vnde vi. licet alibi dicitur iure possessor qui possidet seruit. s. de ijs qui pene nomi. in testa. vel codi. relin. l. j. de peti. here. l. regulariter. de iti. actuque
3 priua. l. iij. & de colla. l. j. ¶ Quis obtinet† in hoc interdicto: & certe qui non possidet vi vel clam vel precario ab aduersario.

4 aduersario.Et dic † vi vel clam, vel precario possidere
operat̃ circa duo, videlicet primo quia si actor sic possi-
det absoluitur reus: et de hoc sunt ponenda exempla,
licet gloss. non ponat nisi incidenter in glos. que incipit,
precario.in ver.sed si possessorem. ⁊ sic glos.ponit exem-
plum de vi coherente persone conuenti ⁊ male: q̃r vis in
persona conuenti absit vel adsit non inducit diuersita-
tem iuris,nã non curamus quomodo possideat vel etiã
nõ dũmodo me turbet,⁊ ideo debet ponere exemplum
de vi coherente persone agentis. Item operatur circa
aliud vt cõuentus succumbat.⁊ de hoc glos.ponit exem
pla quo ad hoc vt reus conuentus absoluatur. Si actor
vi possideat est exemplum: deiecisti me de possessiõe fun-
di mei: ego te inquieto non patiendo te arare ⁊ colere,
agis contra me hoc interdicto, certe tu non obtinebis,
cum a me vi possideas.⁊ hoc dicit dicta glo.que incipit,
precario.ver.sed si possessori.ar.ff.de no.oper.nuncia.l.j.
§.in operis.ij.respõ. Item si clam inuasisti possessionem
meam cum emissem, postea te inquieto, agis contra me
hoc interdicto,succumbis,⁊ ego reus obtineo,quia ab-
soluor cum a me clam possideas. Idem dico in precario
vt si inquieter ⁊ propter hoc agam, succumbam. Po-
test etiam poni extra: possidebã fundum tanq̃ fructua-
rius, ingressus es per vim vel clam vel precario ⁊ tenes
naturalem: si ego te turbem in tua naturali tu propter
hoc me cõuenias interdicto vti possidetis obtinẽdo,q̃r
absoluar cum a me possideas vitiose. Interdum ope-
ratur vi clam vel precario possidere vt conuentus suc-
cumbat,⁊ tunc obtinenda sunt extra glos. que incipit,
de vi.pone exemplum. ⁊ glos. que incipit, clam.⁊ gloss.
que incipit,precario.⁊ dic q̃ actor possidebat ⁊ conuen-
tus non patiebatur arare ⁊ colere ⁊ propter hoc conue-
nitur. Sed contra hoc obijcitur,quia duo nõ possunt in
solidum possidere: ⁊ ideo pone exemplum per.l.vim fa-
cit.de vi ⁊ vi arma.si cum non possidet qui sic impedit,
quomodo est bonum exemplum quia debet possidere?
Respon.quantum ad interpretationem dicitur posside
re: nã qua ratione turbat me aliquid sibi attribuit,licet
non quantum ad veritatem, vt vti posside. l.si duo.§.
5 item videamus. ¶ Sed quid † si nõ asserit se possidere,
sed turbat. Respon.tũc tenetur iniuriarum.de act.emp.
qui pendentem.vel etiam vti possidetis:quia non est ne-
cesse q̃d dicat possidere: vt.ff.eo.l.iusta.ibi:pro hoc enim
ipso.⁊ pro hoc.l.si duo.§.si vicinus.vbi non possidet nec
contendit se possidere,scilicet rem ipsam ⁊ non tenetur.
Item est exemplum in eo qui ingreditur me absente vt
vsufructuarius.⁊ sic in naturali patior vim: vnde in ciui
li admittit ⁊ sic cum clam possideã tenetur hoc interdi
cto conuentus succumbat.ff.de acquir.pos.l.clam.§.qui
ad nundinas.al's si me nõ admitteret: tunc nullo modo
possiderem,licet dicat q̃ non vult nisi naturalem, vt de
vsucapio.l.sequitur.§.dominus. Si vero super eo quod
6 clam possidet naturaliter, queritur si † clandestinus
vendat alij qui emit bona intentione,an si agit quis con
tra emptorem obtineat. Et hec questio not.in.l.si duo.⁊
videtur q̃ non, imo rei vẽdicatione agi debeat contra
eum quia ille possidet: licet naturaliter non vi non clam
non precario,ergo absoluitur cum non possideat, ⁊ hoc
apparet per.§.non video.in.l.si duo.ff.eod.non ergo te-
netur. Econtra q̃d sic, quia succedit in locũ clandestini,
ergo non debet esse melioris conditionis,de regu.iur.in
his.§.non debeo.pro hoc de acquir.posses.pomponius.
§.cum quis.vt sic teneatur,sed.§.non video multũ obst.
sed potest dici q̃d non videtur possidere, vt teneatur in-
terdicto vnde vi: vt.ff.de vi ⁊ vi arma.l.j.§.qui a me. Sed
quantum ad interdictum vti possidetis videor posside-
re vi vel clam si turbor. Uel dic non eo ipso q̃ emit videt̃
vi possidere,sed in eo q̃d teneor: ⁊ ideo tenetur.⁊ pro hoc
l.sepius.alleg. q̃d cum eo.si seruus.vbi etiam in ea auto-
ritate multo fortius per interdictum.⁊ ad hoc de restit.
spolia.c.olim causam. ¶ Et sic patet ex premissis q̃d in-
terdum apparet q̃ vnus tantum vicit vt actor tantum
qui possidet non vi,non clam,non precario: ⁊ agit cõtra
eum qui nõ possidet ⁊ vincit vt reus compellatur relin-
quere possessionem in pace ⁊ ad interesse possessionis, vt
ff.eod.l.si duo.§.fina. Econtra reus interdum vincit: vt
quãdo agẽs hoc interdicto possidet vi vel clam vel pre-
cario,nam absoluitur reus. Interdum neuter vincit et
neuter obtinet q̃d est mirabile: hoc est dicere neuter obti
net tanq̃ actor,⁊ vterq̃ tanq̃ reus obtinet quãdo quili
bet habet iustã causam vnus ciuilem alter naturalem,
vel si aliquis habet iniustam habet ab alio nõ ab aduer-
sario tunc quilibet admittitur in suo statu: ita q̃d vterq̃
vincit per modum quo vincit reus quia absoluitur: sed
per modũ quo actor non,quia alter ibi discedit quando
aliquis vincit per modũ actoris: sed hoc non q̃n per mo
7 dũ rei quis vincit, vt in.l.si duo.in prin. ¶ Sed † aliquis
dicet quare dicis de actore ⁊ reo cum quilibet sit actor ⁊
reus: cum hoc iudiciũ sit duplex.insti.de interdic.⁊ re.§.
interdictorum. Respon. nihilominus est actor qui prouo-
cat reus qui prouocatur.ff.de iudic.in tribus.⁊ idcirco
fertur sententia per modum actoris ⁊ rei: si vero vterq̃
prouocat,tũc vterq̃ actor,⁊ vterq̃ reus. ¶ Et hic for-
8 matur questio † que fit in glos.que incipit, precario. in
ver.sed pone quod proposui libellum.circa hoc credo q̃
reus qui sapienter vult facere debet dicere cum actor
proposuit libellum contra eum in interdicto vti posside
tis q̃d ipse debeat dicere porrigendo de hoc libellũ, imo
ego possideo ⁊ peto me pronunciari possessorẽ ⁊ me non
molestari, q̃r si nõ fecerit quomodo tũc condemnabitur
actor, vt cõi diui.l.vt fundũ.nam interdictũ vti possidetis est duplex habilitate quia potest reus sic petere: vt.s.
9 eo.dictũ est proxime.et hoc credo tutius. ¶ Circa † sen-
tentiã qualiter sit formãda dic, aut iudex inuenit vnum
possidere ⁊ non alium aut vtrunq̃ possidere: si inuenit
vnum possidere ⁊ non alium tunc actorem aut reum, si
inuenit possidere actorem, considera quia aut est posses-
sor iustus respectu aduersarij aut non, si est possessor iu-
stus respectu aduersarij quia non vi vel clam vel preca-
rio possidet iudex debet ita pronunciare: Quia comperi
mus talem agentem corã nobis de possessione talis fun-
di possessorem esse ⁊ molestari a tali, idcirco eum decla-
ramus ⁊ precipimus tali vt eum non turbet in possessio-
ne tali,sed pacifice eum possidere dimittat ⁊ interesse pre
stet.ff.eo.si duo.§.fina.sed glos.dicit q̃ venit interesse pro
pter contumaciam non parentis,sed certe imo ex senten
tia, vt patet per dictam legem. Si vero actor est iniustus
possessor debet absolui conuentus, ⁊ debet iudex sic di-
cere: Quia comperimus istum possidere vitiose, ideo ab
soluo conuentum hoc interdicto: nam debet absolui.ff.
de precario.l.precario. Si vero constet reum possidere ⁊
non actorem, tũc feret absolutoriã pronũciando ipsum
possidere: non tamen condemnabit actorem vt dimit-
tat eum pacifice possidere nisi reus hoc petierit, dicens
se possidere ⁊ pronunciari possessorem, ⁊ in possessione
non inquietari vt dictum est. Si vero inueniat vtrunq̃
possidere,tunc aut diuerso iure aut eodem: si diuerso iu-
re quia vnus ciuiliter alter naturaliter, ⁊ tunc si vterq̃
iuste determinabit dicendo: Quia reperimus talem po-
tiorem in ciuili, pronunciamus vt in ea nõ turbetur, sed
licere sibi facere omnia que ad proprietarium pertinẽt,
⁊ quia talem reperimus potiorem in naturali, pronun-
ciamus vt in ea non turbetur sed liceat omnia ei facere
que fructuario, ⁊ sic vterq̃ obtinet diuersis respectib',
vt.l.si duo.in princip. Si vero eadem qualitate ⁊ eodem
iure inueniat eos possidere quia vterq̃ ciuiliter vel vter-
q̃ naturaliter, vel vterq̃ ciuiliter ⁊ naturaliter: ⁊ tunc
videbit quis melius probauerit vt pro eo pronunciet, vt
10 ff.eo.l.j.§.hoc interdictum. ¶ Sed quomodo † ostendi-
tur possessio potior. Respondeo ex antiquitate, quia si
possedi diu ⁊ ea adhuc possideo ⁊ continue possedi, si po
stea es ingressus ⁊ ostendis aliquid te habuisse necesse est
quia nullum sit adeptus vel clam ⁊ sic debeo obtinere:
vt.ff.de acquir.posses.l.clam.in princi.⁊.s.vnde vi.l.cum
querebatur. Sed dicet aliquis nonne interdicto obti-
net qui possidet tempore litis contestate. Sed respond.
dixi.s.cõtinuata possessione,sed mea antiquior. Sed quõ
hoc cõtingere potest. Respon.animo solo vel si per aliũ
possideam: vt institu.de interdic.§.retinende.vnde cum
possedi olim adhuc presumor possidere cũ hodie asserã

possidere, si non probetur contrariũ: vt no. §. de acquir. possess. l. licet. ⁊ ad hoc facit instit. de vsucap. §. qd autem. de vsucap. l. furtum. Item potius probat de possessione qui probat de iustiore: vt quando equaliter eodem tempore inchoata: sed alter habet titulũ alter non, vel vnus habet dominium, alter non. Certe eius possessio est iustior: ⁊ ideo ille qui de iustiore possessione probat siue in titulo siue in dominio obtinet: vt. ff. deposi. l. bona fides. extra, de probatio. c. licet. Sed vbi neuter probat titulũ vel dominium sed equaliter probant de possessione, dicunt quidam ꝙ iudex debet pronunciare enses accipiatis, ⁊ vti possidetis ita possideatis, sed hoc non est bonũ:
11 vt dicit glos. ꝙ iudex † permittit ad arma ⁊ rixam deuenire eos quos potest sua iurisdictione compescere. ff. de vsufru. l. equissimũ. Sed quid tũc debet facere: certe precipere partibus ne vadãt ad locũ, ⁊ debet dicere: si quis vestrum confidit de proprietate offerat libellum in petitorio si vult ⁊ ego eum audiam: nam cum nõ sit clarum quid possit pronunciari in possessorio debet abstinere a iudicando, vt. ff. de offic. presi. diuus. et ad hoc. ff. de arbitris. si de meis. §. fina. ⁊. l. sequenti. de repudi. l. pomponius. sed debet precipere ne aliquis vadat ad locum, et si probet de proprietate ille obtinebit etiam in possessione, quia possessio incumbit proprietati: vt. §. vnde vi. l. inuasor. ⁊ hoc quando ambo prouocant. Si vero alter tantum, tunc absoluitur reus actore non probante. §. de edendo. l. qui accusare. Sed quando vterq; prouocat, tunc loquitur hic. Sed hoc casu quando non apparet quis prouocauit. not. extra, de probatio. ca. licet. vel pro sorte dirimitur: nec habet locum credo. l. fina. §. vnde vi.
12 quia ibi certum est ꝙ alter inuasit, hic non. Sed † qualiter proceditur in interdicto vti possidetis contra non venientem. Respondeo, vt pronuncietur possidere, nec in possessione inquietari: vt not. in summa huius tituli
13 per legẽ. ff. de oper. noui nuncia. l. si prius. Sed † an cedi poterit interdictum vti possidetis. dic ꝙ sic, vt not. ff. ne quid in loco pub. l. ij. §. idem nerua. Jaco.

¶ De edificijs priuatis. Rubrica.

Summarium.

1 An socius potest cõpelli ad reedificandum.

SI vt proponis. ¶ Sed an potest † socius compelli ad reedificãdum. Dic ꝙ sic. ff. famil. herciscun. his consequenter. §. celsus. et circa hoc dic breuiter, aut socius vult aliquid facere iure cõmuni iure seruitutis ⁊ non potest, de seruitu. vr. pred. parietem. ⁊. l. in re communi. Si vero iure cõmunionis, aut reficere ⁊ potest, vt hic ⁊. ff. pro socio. cum duobus. §. idẽ respondeo si de nouo faciendo, aut id ad qd est parata, ⁊ tunc potest facere etiam inuito socio. ff. pro socio. cum duobus. §. item mela. ⁊ de religio. l. quod. de rerum diui. intantum. §. in eodem. aut vult facere tale quid ad qd res non est parata, et tunc est melior conditio prohibentis[a]: vt. ff. cõmu. diuidun. l. sabinus. quia edificando videtur velle percipere ius alienũ. ff. si seruit. ven. l. vnus ex socijs. facit quod not. per Dy. extra, de regu. iur. c. in re cõmuni. Jaco. de are.

a ¶ Si interest phibẽtis nõ fieri, al's nõ. ff. de ser. vrb. pre. l. fistulam. §. penulti. ⁊ si. fm Dy. nec distinguit reficere velit an facere.

SI quis post. ¶ Hoc opus colligitur ex fi. huius legis ꝙ si prohibeantur blada victualia portari extra districtum Padue, ꝙ si aliunde veniat possit portari: secus credo si dicatur in statuto quod per districtum Padue non portentur blada, seu victualia: quia tunc est prohibitum, vndecunq; veniat videtur fieri contra statutum si portetur per districtum Padue sicut ⁊ al's dicitur si quis fecerit furtum sit excõmunicatus: aliquis forensis venit ad locum illum et furtum fecit, certe est excõmunicatus, vt extra de sentẽ. excõmu. c. a nobis. Jaco. de are.

Summarium.

1 Utrũ cuilibet pmissum sit facere castrũ in iure suo.

PEr prouincias. ¶ Sed nũquid
1 licet † cuilibet facere castrũ in suo. Uidetur ꝙ sic. ff. de serui. vrb. pred. l. imperatores. pro hoc. §. de religio. statuas. quia videtur permitti ꝙ non prohibetur. ⁊ ad hoc si serui. vend. l. sicuti. §. aristo. de regu. iur. domum suam. Econtra videtur ꝙ non: vt. j. de fund. limitosis. l. ij. lib. xj. Item potest ex hoc oriri materia scandali quia volam per hoc dominari rusticis de loco vel per hoc de facili veniam ad discordiam cum alio habente castrum vicinum: ⁊ illud prohibetur per qd materia scandali fit: vt. ff. eo. l. opus. ⁊ in. d. l. de fund. limito. quod potest: ⁊ dic vt ibi notaui. Jaco.

¶ De operibus publicis. Rubrica.

PLurimi. ¶ Sed an potest municipium alicui fabro qui sit in ciuitate tribuere immunitatem ad hoc vt veniat habitare in municipio. Uidetur ꝙ sic, quia primo erat ciuis ⁊ modo factus est de municipio ⁊ quia seruanda est conuentio, vt de iure immu. l. ij. et ideo cum hec lex cum si. contradicit, ideo tutius est qd ipsi promittãt facere pro eo quodcũq; ei imponetur vt sit: al's quilibet tenetur soluere tributa pro eo qd possidet. §. sine censu vel reliq. potest tamen cum alio conuenire ꝙ pro eo soluat. ff. de pac. inter empto. ⁊ vend. l. epistola. §. j. contrarium huius not. C. de decurio. l. euacuatas. lib. x. Jaco. de are.

¶ De pignoribus. Rubrica.

Summarium.

1 Ille ad quem peruenit possessio per negligentiam alterius, an cõmittit furtum.
2 Rei hereditarie furtum non cõmittitur.
3 Solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio principalis ⁊ accessoria.
4 Fideiussori soluenti ceditur actio aduersus debitorem.
5 Creditor vendens pignus de euictione tenetur.
6 Rei sue an potest qs simul ⁊ semel esse vẽditor ⁊ emptor.

USucapio. ¶ Glos. ponit casum in quatuor personis, ⁊ dicit ⁊c. ¶ Sed videamus an sit iste casus bonus: nam dicit ꝙ per negligentiam peruenit possessio ad alium, vel quia sine herede decessit
1 qui possidebat: sed nonne † ille ad quẽ peruenit possessio per negligentiam alterius cõmittit furtum, vt de furt. l. falsus. §. q alienum quid iacens. ⁊ furtiue res non vsucapiuntur. instit. de vsucapio. §. furtiue. Item quando sine herede decessit apprehẽdit mala fide, ⁊ si est res mobilis est male fidei, vt. ff. de vsucap. l. furtũ. et. l. queritur.
2 licet non efficiatur furtiua: quia † rei hereditarie nõ cõmittitur furtum. ff. de furt. hereditarie. ⁊ si est male fidei vendendo facit furtum. §. de vsucapio. pro emp. l. j. ⁊ sic non vsucapitur, ⁊ ideo ita videt mihi ponendus casus. Titius obligauit mihi rem suã pignori, decessit Titius instituto Meuio herede: quidam credidit de se sensum q sic vocabat errore ductus adiuit hereditatẽ de facto tanq heres ⁊ apprehendit bona, ⁊ hanc rem que non erat sua sed opinabatur suam quia credebat se esse heredem vendidit alij bona fide ementi, ille vsucapit queritur an extincta sit hypothecaria. Uidetur ꝙ nõ, quia iste qui credidit de se sensum est in statu qd ipse idem potuisset vsucapere. ff. pro lega. l. p legato, sic ⁊ ille cui vendidit ⁊

didit, ⁊ etiam sic posset poni ꝙ ipse idem tenuisset ⁊ vsu-
cepisset. Sed si creditor ab vsucaptore per hypotheca-
riam auocat ⁊c. dicit glos. ꝙ erit res in circulo: sed certe
si creditor habuit ab vsucaptore, ⁊ debitor soluit credi-
tori, ⁊ rem per pigneratitiam recuperauit, ⁊ vsucaptor
veniet ad debitorem ⁊ rem auocabit ab vsucaptore am-
plius non potest auocare, quia desijt esse creditor per so-
lutionem pecunie: procedit glos. dicens, ergo est consi-
lium debitori vt faciat sibi cedi a creditore eius hypo-
thecariã ⁊c. Sed vidẽdum est an hoc sit verum: nam ꝙ
ius ceditur, aut enim dicis ius personalis actionis, aut
hypothecarie: personalis actio non potest ei cedi, quia
ipse est qui tenetur ea, sed dicit ius hypothecarie, nec il-
3 lud, quia soluta † pecunia est extincta omnis obligatio
principalis ⁊ accessoria.insti.qui.mo.tol.obli.in prin.⁊ in
l.modestinus.ff.de solu.⁊ de fideiuss.l.cum his.⁊ manda.
papinianus.non est ꝙ si soluit fideiussor nomine debito-
ris nõ possit ei cedi, quia omnis actio est sublata: nam so
luta pecunia tollitur hypothecaria.§.de vsur.l.acceptã.
4 de pigno.actio.si rem.§.omnis. Si vero fideiussor † sol-
uat nomine suo, tunc potest ei cedi actio, quia per exce-
ptionem est debitor liberatus. Si simpliciter soluat, aut
incontinenti fecit cedi ⁊ tunc presumitur suo nomine sol
uisse: si ex interuallo contra patet, ergo ꝙ vbi soluit no-
mine debitoris non ceditur actio: sed si hoc est ergo et si
ponamus ꝙ debitor soluit ipse debet liberari ⁊ omnia
obligata, nam non potest dici ꝙ soluerit nomine suo ⁊ al
ter remaneat obligatus, licet hoc interdum contingat
in duobus reis ⁊ in fideiussoribus suo nomine soluenti-
bus. Item video ꝙ non potest cedi actio sibijpsi: nã ipse
eque tenetur hypothecaria cum redditur sibi pignus ⁊
sic ceditur sibi actio contra seipsum, ergo videtur inuti-
lis cessio quia contra se non ceduntur iura: vt.ff.de fide-
iussori.l.vrannius. vnde non credo ꝙ hoc possit habere
locum maxime prima ratione. Alij dant tale consilium
ꝙ creditor vendat rem debitoris et pretium computet
sibi in debito: ⁊ ꝙ hoc possit videtur a contrario. ff. de
pignora.actio.si debitor.in princi.vbi debitor rem suam
obligatam a creditore non potest emere, quia rei sue ⁊c.
sed hic non erat sua ⁊c. sed vsucapientis: ergo sibi eme-
re permittitur. Sed certe nec hoc credo bonum, nam
cum creditor vendit et ipse debitor vendere videtur:
5 quod apparet † quia vendente creditore ipse venditor
de euictione tenetur.ff.de distrac.pig.l.rescriptum.ergo
vendente creditore videtur debitor vendere: nam quod
creditor agit perinde est ac si debitor per procuratorem
egisset.ff.famil.hercis.si pignori. nam vendit creditor ex
potestate quam habuit a debitore.insti.qui.alie.licet.§.j.
6 Si ergo † cum creditor vendit debitor vendere videtur:
ergo si emit debitor a creditore est emptor ⁊ venditor, ⁊
per procuratorem suum videtur emere ⁊ vẽdere sibijpsi:
sed lex dicit ꝙ quis non potest esse emptor ⁊ venditor. §.
si seruus expor. l. j. nam cum emit debitor a creditore di-
citur liberatio non exemptio, vt ⁊ alleg.ff.de distra.pig.
cum seruus.⁊ l.fideiussor.⁊ sic videtur ꝙ nec hoc. Dicũt
quidam ⁊ dant tale remedium ⁊ consilium, scilicet ꝙ cre
ditor vendat alij ⁊ pretium computet sibi in debito: sed
nec hoc placet, quia si venditur extraneo ⁊ pretium ha-
beatur nonne debitor potest conueniri a domino ad pre
tium exsoluendum? Certe sic per. l.recept. ff. de distrac.
pigno. vbi si creditor vendat rem sibi a domino obliga-
tam ⁊ emptor vsucapiat, liberatur debitor quantum ad
creditorem non autem quantum ad dominum, imo te-
netur domino in subsidium re sua vsucapta vt al's hic
contigit ꝙ dominus habet ratam venditionem non fa-
ctam suo nomine re vsucapta vel prescripta.§. de rei vẽ-
dica.l.mater. ⁊ de reb.alie. non alienan.l.j.⁊. ff. de nego.
gest.l.si ita est hic. quia impeditur vendita re, quia domi
nium est transactum quia non posum vendicare, ergo
a te consequar pretium rei mee cui profuit: vnde non vi-
detur aliquod remedium ꝙ semper creditor sic teneat,
nam quousqz tenebit repellit quemcunqz, sed nunc hoc
est bonum, quia vsucaptor poterit offerre ⁊ soluere pe-
cuniam ⁊ postea recuperare eam a debitore, vt.j̃.eodem
l.res. Jac. de are.

SI dominium. ¶ Sed que-
ritur hic: ha-
bes rem meam obligatam quia emi a credi-
tore, volo soluere ⁊ peto in me transferri iu-
ra que habes ad illud debitum, nũquid possum ad hoc
te compellere? Videtur ꝙ non. j̃. de solutionib. l.nulla.
Ecõtra videtur ꝙ sic, quia tu es creditor meus cum ha-
beas rem meam obligatam: nam hec sunt paria vel ꝙ o-
bliger tibi fideiubendo, vel ꝙ rem meam obligem, ⁊ sic
videtur ꝙ creditor compellatur mihi iura cedere tanꝗ
sit meus creditor. pro hoc facit. j̃. qui potio. in pigno. ha.
l.cum tibi. a contrario sensu, scilicet ꝙ secũdus offerẽdo
priori debitũ potest agere hypothecaria, ⁊ secũdus qui-
dem habet iura prioris si offerat: vt. j̃. de ijs qui in prio.
credi.loco suc.l.fi.⁊.j̃.eo. l.secundus. ergo ⁊ ego offeren-
do creditori debitum possum petere iura mihi cedi. Et
certe si ego possiderem ⁊ ipse ageret contra me repelle-
rem eum per remedium exceptionis, nisi mihi parato
soluere iura cedet: vt de leg.j.si res obligata. Jaco.

Summarium.

1 Verbum condemnari acceptum cum effectu intel-
ligitur cum executione.
2 Debitore bonis cedente an creditor possit agere hypo-
thecaria contra pignoris possessores.
3 Diuidens actionem quam habet contra duos debito-
res insolidũ, si excusso vno altero existente non soluendo
velit habere recursum contra primum aut agere hypo-
thecaria cõtra creditores dicti primi debitoris an possit.
4 Creditor non potest agere contra extraneos possessores
bonorum debitoris eo non excusso ⁊ eius fideiussore.

Authentica.

HOc ita si debitor. Actũ.
Intel-
1 ligo † cũ effectu ita ꝙ faciat condẽnari ⁊ exe-
qui, nã hic est ordo.§.de exec.rei iu.l.ordo.nã
verba cum effectu ⁊c.vt.ff.qd quisqz iuris.l.j.⁊ ad hoc.j̃.
de decurio.l.j. vbi agit demũ bonis excussis, ⁊ tũc fit ex-
cussio, scilicet post sententiam. §.de reuo.ijs que in frau.
a credi.l.ignoti.[a] ad hoc. §.de ma.conue.l.j.ff.que in frau.
2 cred.l.j.ij.⁊.iij. Sed an † si debitor cedat bonis potest agi
hypothecaria contra pignoris possessores, et credo ꝙ
sic: ⁊ idem in similibus qui sunt presentes qui conueniri
non possunt per rationem preallegatam. §. j. ⁊ pro hac
opinione facit.l.fisco.ibi, ⁊ cõueniendi eius facultas ⁊c.
j̃.de conue.fisci debi.li.ix.⁊ vide ꝙ not.de hac materia.j̃.
de fideiuss.auf.presente. per doct. nam litera exigit ꝙ sit
talis qui possit conueniri personali, sed iste cõueniri non
potest. Nam hoc est notum ꝙ si debitor est absens ita ꝙ
non possit conueniri ꝙ potest agi hypothecaria contra
possidentem pignora, ergo inspicitur si possit conueniri
vel non: ⁊ ita respondi in hac questione que fuit missa
de Teruisio licet aliter fuerit respõsum per alios qui de
hoc fuerunt consulti. ¶ Super eodem verbo, actum.
Dic ꝙ tũc demum dicitur actum, ⁊ debitor dicitur con-
uentus, quando eius bona sunt excussa: vt. §.de magi-
stra.conuenien.l.j.⁊.ff.de verbo.obliga.l.decem.⁊ ita te
nent doctores. ⁊ not.in Spec. de oblig.⁊ solu.§.j.versic.
sed quando dicitur debitor conuentus. ⁊ de hoc not. in
lxviij.q. Sed Bononie fuit consultum contrarium per
do.Martaga.de azoguidijs, scilicet ꝙ sufficiat si princi-
palis debitor fuerit conuentus, ⁊ secum actum persona
li actione etiam nulla facta excussione de bonis eius vt
possit peruenire ad rerum possessores: ⁊ hoc per textum
qui est in auf.de fideius.§.sed neqz.⁊ hoc sumitur in prin.
ibi: anteꝗ trãseat materiam super personalibus ⁊c.⁊ re-
putatum fuit bene fuisse consultum: prout audiui a do-
mino Thoma doctore meo, per textũ dicti. §. sed neqz.
3 ¶ Sed quid dicemus in questione ista: † Titius habẽs
duos debitores, scilicet Semproniũ ⁊ Caium in centũ
libras, cõmuniter obligatos, ⁊ quemlibet eorum insoli-

a ¶ Hoc etiã no.in Spec. de obliga. ⁊ solu.§.j.ver. sed quando dicitur.

dum legitime diuisit actionem suam predictam peten-
do.l.tantum ab ipso Sempronio, ⁊ reseruando sibi ius
suum contra Caium in aliis quinquaginta tantũ ⁊ non
vltra, modo cõtingit ꝙ agẽdo contra Semproniũ prin-
cipalem debitorem personali actione ad dicta quinqua-
ginta nihil reperitur in bonis ipsius Sempronij, ⁊ facta
legitima excussione de bonis ipsius Sempronij vult a-
gere Titius creditor hypothecaria actione contra ex-
traneos possessores bonorum ipsius Sempronij quan-
tum est pro illis quinquaginta libris tantummodo o-
missa Caio, qui conueniri non poterat propter predictã
diuisionẽ, actione: queritur an possit. In hac questione
supra transmissa per me domino Raynerio de forliuio
legẽti extraordinarie in ciuitate Bononieñ. dum super
ipsa essem electus Mutine ad consulendum, mihi con-
suluit ꝙ non poterat: ⁊ dixi esse casum in authen. de fi-
deiusso.§.sed neq; ad res.coll'.j.vnde sumitur hec auť.in
ducendo eam duobus modis: ⁊ primo sic. Nõ est dubiũ
ꝙ plures fideiussores insolidum obligantur, vel expresse
per hominem, vel tacite per legem: vt.C.de fideiuſ.l.non
recte.⁊ institu.de fideiuss.§.si plures. sed ita est ꝙ vbi est
debitor principalis ⁊ sunt plures fideiussores insolidum
obligati, ⁊ bona principalis sunt excussa, ⁊ bona vnius
fideiussoris tantum non potest agi hypothecaria con-
tra bona debitoris ⁊ fideiussoris excussi, imo omnes qui
personalibus actionibus tenentur primo debent esse ex-
cussi, ⁊ tunc agitur hypothecaria contra extraneos pos
sessores ordine seruato: primo op; debitoris principalis
bona excuti scđo fideiussoris, vt.d.§.sed neq;.ꝓbatur in
tex.ergo idem in casu nostro cum sint plures correi inso
lidum obligati, primo debent oẽs excuti personalibus
prius ꝙ̃ agatur hypothecaria cõtra extraneos possesso
res. Cum igitur pro illa quantitate eum, scilicet Caium
correum non possit excutere: vt.l.si creditores. C.de pa-
ctis.si liberum. C. de fideiuſ.not. simile in.l.si ex toto.§.j.
ff.de lega.j.sibi imputet creditor.arg. ff. de admi.tut.l.si
pupillus.⁊ de solutio.l.stichum.§.penul. cum similibus.
Secundo inducitur pro casu alio modo, ⁊ sic dicit ille.§.
4 ꝙ creditor † non potest agere hypothecaria contra ex-
traneos possessores bonorum debitoris nõ excusso ipso
⁊ fideiussore eius, nunc ita est ꝙ vnus correus videtur
fideiubere pro alio in summa que ad eum peruenit secũ-
dum opi. Azo.approbatam per glos. ff. ad velleia. l. vbi
vxori.§.mulier.⁊ in auť.de duo.reis. in princi. coll'.vij.ff.
eo.titu.l.reos.in princip. ⁊ pro parte ad quemlibet in du
bio presumitur deuenire: vt.l.si non singuli. C. si cer.pet.
C.de duo.reis.l.j.⁊.iij.⁊ no.Mar.silly.⁊ Jac.de bel.⁊ gl.
hoc videtur tãgere.ff.commo.l.si nõ certo. §.si duobus.
Igitur bene cõcluditur in questione nostra ꝙ Sempro-
nius quantum ad illa quinquaginta que presumuntur
ad ipsum ꝑuenire sit principalis, Caius vero fideiussor,
⁊ sic Caius primo debet executi pro illis quinquaginta
ꝙ̃ agere possit creditor hypothecaria contra extraneos
possessores bonorum Sempronij, ꝙ quia facere non po-
terit obstante diuisione ab eo facta merito repelletur: vt
dicta.l.si pupillus.fm vnam lecturarũ. ⁊.C.de trãsac.l.j.
cum simi.hoc sentio ego Raynerius de arsendis de for-
liuio doctor legum, salua correctione vestra.pro hoc fa-
cit glos.l.j.l.nisi hoc actum.ff.de pactis. Sed quid si debi
tor meus vẽdit P.domum M. fundũ ⁊ ago contra P.
ad domũ hypothecaria actione, ⁊ offeratur mihi debi-
tum ⁊ cedam sibi actionem contra debitorem ⁊ eius bo
na: modo petit agere contra M. ⁊ ipse opponit sibi be-
neficium cedendarum actionum in illa domo in qua nõ
potest cedere ⁊ sic facta est sua. de hac questiõe plene vi-
de per Pe.in titu.de cessione.§.j.versi.sed pone.

In quibus causis pignus tacite contrahitur. Rub.

Quãuis. Circa fructus rei obligate dic aut per-
cipiuntur manente dominio debitoris
aut mutato. Si manente dominio debi
toris percipiuntur, considera aut perci
piuntur a debitore, aut ab alio. Si a de-
bitore non est dubium ꝙ sunt obligati vt hic, sicut ⁊ par
tus editus penes debitores.j̃. de partu pig.l.j.ff.de pig.
actio.si conueniet.§.penul. Si vero percipiuntur ab alio
tunc a bone fidei possessore, ⁊ hoc dico manẽte dominio
debitoris: nam hunc articulum adhuc teneo ⁊ dic, aut
extant, aut sunt consumpti. Si extant cadunt in obliga-
tione ⁊ petũtur per hypothecariam si sunt consumpti,
si bona fide non petantur: si mala, sic, quia extant cum
dolo desierit possidere.ff.de pigno.l.j.§.cum predium.ff.
de pignõ.si fundum.§.interdum. Si vero est mutatum
dominium debitoris, tunc considera aut fuerunt sati a
debitore aut non. Si fuerunt sati a debitore, ⁊ ita fuerũt
in dominio debitoris ⁊ tunc cadunt extantes in obliga-
tione, consumpti non: vt dicto.§.cum predium. sicut in
ancilla obligata vendita grauida ibi partus est obliga-
tus.ff.de pigno.paulus.§.mancipia. secus si concepisset
apud alterum ita vt in agro pleno fructibus, sed si fru-
ctus non fuerunt sati a debitore, ⁊ ita nunꝙ̃ fuerunt in
dominio debitoris, tunc idẽ ꝙ in partu genito cõcepto
penes alium: vt in.l.si conuenerit.ff.de pign.actio.l.pau-
lus.§.j. Fructus autem qui percipiuntur pendente iudi
cio in hypothecaria veniunt officio iudicis.ff.de pigno.
si fundus.§.j.non autem iuris actio vt tractauimus mo
do. Jaco.de arena.

Si aliena res pignori data sit. Rubrica.

Summarium.

1 Creditor agens hypothecaria an teneatur proba-
re dominium fuisse debitoris, ⁊ nu.6.
2 Hypotheca dat ius in re.
3 Ius seruitutum ab eo debet constitui qui habet domi-
nium.
4 Res per quã quis habet actionem dicitur esse in bonis.
5 Res cadit in obligationem quam quis de bonis suis fa
cit obnoxiam.
7 Agens publiciana, an vtili an directa agere debeat.
8 Debitori bona obliganti non licet questionem dominij
referre.
9 Replicatio doli claudit os obligantis.
10 In generali obligatione bonorũ veniũt iura ⁊ actiones.

1 Cum res. Quero † an cre
ditor agendo hy-
pothecaria teneatur probare dominiũ
fuisse debitoris, vel sufficiat probare ti-
tulum ⁊ bonam fidem, vel ꝙ minus est
sufficiat probare bonam fidem tantum.
Et in hoc glo.variant: nam.s̃.de interd.sal.l.j.dicunt ꝙ
debet probare dominium: ⁊ idem not.institu.§.item ser-
uiana. alibi dicitur ꝙ sufficiat probare bonã fidem cum
titulo: vt not.ff.de pigno.actio. l. rem alienam. hic vero
videtur ꝙ sufficiat solum possessionem ⁊ bonam fidem
quod minus est. Nos quidem dicemus breuiter vt reci-
tauit Dy.in dicto.§.item seruiana. ꝙ glos.illa ⁊ alie que
loquuntur ⁊ dicunt probare debere dominium male di
cunt, quia leges non dicunt creditorem probare oporte-
re debitorẽ esse dominum tempore obligationis, in bo-
nis autem fuisse videtur etiam si non erat dominus sed
bona fide possidebat: vt.ff.de verb.signifi.l.in bonorum.
§.in bonis. Et falsum est dicere ꝙ oportet probare debi-
torem fuisse dominum tempore obligationis secundum
2 eum. Sed in contrarium arguo sic: certum est † ꝙ hypo
theca dat ius in re: vt.ff.de noxali.l.in noxalibus. ⁊.ff.de
dam.infec.eorum.⁊.l.si finita.§.si qua. ⁊ no.s̃.ad velleia.
sine.⁊ de contrahen.empt.l.in rem alienam. sed iura de-
bent constitui ab eo qui habet dominium vel eius volũ-
3 tatẽ: vt.ff.de pigno.actio.l.ij.⁊.l.aliena res. A simili † si-
cut iura seruitutum que ius afficiunt a domino eius vo-
luntate debent constitui: vt. ff.de serui.vrba.pred.l.cum
erant. §. per plurium. ⁊ de aqua plu.arcen. l.in exercen-
do, ⁊ arg.s̃. de pac.l.vlti.⁊ sic constat ipsum rem per hy-
pothecariam peti non posse tanꝙ̃ obligatam mihi cum
est affecta

est affecta ex predicta obligatione per quod concluditur
4 per creditorem debere dominiũ probari. Preterea † res
dicitur esse in bonis per quam habemus actionem: vt
ff. de acquir. rer. domi. l. rem in bonis. sed debitor si non
esset dominus non haberet actionẽ: vt. ff. de publi. l. vlti.
ergo non cadit in obligationem: vt dicto. §. cum dicitur.
5 ⁊. l. proxima. Preterea † lex dicit ꝙ ea cadunt in obliga-
tionem q̃ quis de bonis suis facit obnoxia: vt. j. tit. pro-
xi. l. qui filios. in fi. sed proprie sui appellatione non conti
netur res que non est in nostro dominio: vt. ff. ad sylla.
l. j. §. j. de leg. iij. si quis suos. Cum ergo hic tractemus de
obligatione que odiosa est restringere debemus appella
tionem sui ad propriam cõstructam significationem ver
bi. ar. l. arianus. ⁊ si per predicta ⁊ alia que possent circa
hoc dici: ⁊ credo ꝙ glos. bene dicũt salua reuerentia pre-
dicti doctoris mei: vnde ad solutionẽ questionis distin-
6 guo sic, † aut agitur directa hypothecaria aut vtili: si
agitur directa, tunc dico debere probare dominium: ⁊
sic intelligo ꝙ not. de sal. interdi. l. j. insti. de actio. §. item
7 seruiana. Hinc est † ꝙ cum agitur publiciana non est be-
ne consultum propter difficultatem probationis: si agi-
tur vtili, tunc refert aut agitur contra ipsum debitorem
vel eius heredem, aut contra tertium: si agitur contra
debitorem, tunc sufficit probare debitorem solum bona
8 fide possedisse, quia † non licet debitori obliganti que-
stionem referre. arg. ff. de pigno. l. si inter colonũ. §. j. ⁊ ita
potest procedere glos. que est hic. Si agitur contra tertiũ
possessorem, tunc aut habet causam a debitore aut non:
si habet causam dicunt quidam vt Jacobus baldui. ꝙ
in debitore dictum est supra proxime: vt. ff. de regu. iu-
ris. l. quod ipsis. ⁊. l. in omnibus. §. nõ debeo. ⁊ ibi tangit
glos. Sed quidam dicunt ꝙ si velit vti possessione tantũ
ex persona sua que tunc non est idem: sed hoc non vide-
tur procedere per id quod no. ff. vti posside. si duo. ad fi-
nem glos. ⁊ dixi. s̃. vti possidetis. ⁊ pro opinione Jacobi
facit. s̃. de donatio. ante nupt. l. de rebus. Sed pro aliis
9 facit ꝙ dolus non nocet successori: quia replicatio † doli
claudit os obligantis: vt dicta. l. si inter colonum. §. j. er-
go ⁊c. Non videtur obstare ꝙ in. l. si duo. dicitur in pre-
dicta glo. ꝙ erat possessio affecta vicio reali, aut hic non
potest vinculo obligationis res affici, vt per predicta di
xi in. l. mater. de rei vendi. ⁊. s̃. ad velleia. siue. Item non
videtur obstare in prealleg. l. de rebus. quia ibi presuppo
nebat donatarius apud donantem dominium fuisse:
pro hoc facit quia non est eiusdem cõditionis hypothe-
caria contra singularem successorem habentem causam
a debitore, sicut contra eundem debitorem vel eius here
dem. ff. si aduer. credi. l. ij. de actio. ⁊ obligatio. l. j. in fine.
Quid ergo dicemus? videtur fore distinguendum, aut
singularis successor habet causam legitimam, aut non:
vt in. §. de authoris. ⁊. §. si quis. cum simil. Si non habet
causam agit creditor ad rem, aut ad possessionẽ: si agit
ad rem oportet probare rem fuisse in bonis, id est debi-
torem possedisse bona fide cum titulo. ⁊ ita intelligit gl.
que est de pigno. actio. l. rem alienam. ⁊ hoc probari po-
test quia lege cauetur: quia si rem pignori accepero a nõ
domino ⁊ agam hypothecaria contra alium ita tuetur
tunc pretor per seruianã sicut tueretur debitorem agen-
tem publiciana, haberet probare titulum ⁊ bonam fi-
dem: vt dicitur insti. de actio. §. alie. ergo ⁊ cum creditor
agit hypothecaria cõtra extraneũ habet probare duo.
Ad huius confirmationem accedit qđ no. solet. ff. de pi-
gno. l. j. vbi dicitur ꝙ facilius admittitur creditor agen-
do contra debitorem q̃ contra extraneum, tenent com-
muniter omnes moderni. Si vero agit ad possessionem,
tunc si erat talis creditor an omnia bona debitoris obli-
gata fuissent, sicut hodie fit in instrumentis in quibus
omnia bona obligantur presentia ⁊ futura: ⁊ Cy. refert
aut debitor poterat auocare secundum quod dicitur in
10 l. cum notissimi. §. penul. ⁊ vnde vi. l. fina. tunc † quia ge-
nerali obligatione bonorum videntur obligata iura ⁊
actiones, vt. ff. de verbo. signifi. l. in eorum. ⁊ ad trebell.
si legatur. §. j. ⁊ peculio legato, vt. ff. de peculio. l. quam
tuberonis. §. in peculio. ar. ff. de bonis auto. iud. possidẽ.
l. in venditione bonorum, in principio. Item quia posset
eius ius quoddam insistendi rei, vt dixi. s̃. de acquiren.
posses. licet iura ⁊ actiones in generali obligatione veni-
ant, vt. j. titu. proxi. l. nomen. ⁊ sic illud ius quod appel-
latur possessio in obligatione cadit ⁊ actio competens
ad recuperationem: dico ꝙ creditor probãdo solum de
possessione debitoris poterit agere sicut contra debitorẽ
debitoris sui ex generali obligatione, cũ modo debitor
suus sit creditor possidentis, vt. ff. de ver. signi. credito-
res. ⁊ petet possessionem actione illa vtili que debitori di
recto competit, vel actione vtili hypothecaria: vt. ff. de
pign. l. grege. §. ij. Et ꝙ sit aliud agere ad rem ⁊ aliud ad
possessionem patet. ff. de euictiõe. l. ij. ⁊ quod metus cau-
sa. l. si mulier. §. si possessionem. Non obst. ff. de euictio. l.
cum in venditione. in princip. vbi dicitur ꝙ per hypothe
cariam agatur ad possessionẽ, vt dixi. s̃. de alie. iud. mut.
cau. fa. l. sed agitur. ad ipsum ius reale declarandũ, vt. ff.
de pigno. l. si fundus. §. in venditione. quo declarato,
iudicio tamẽ petitorio restitutio petitionis fit per officiũ
iudicis, sicut in predicta lege dixi: aut debitor non pote-
rat auocare, ⁊ tunc creditor non poterit agere de pos-
sessione tantum debitoris agit cum sit extinta. arg. ff. de
acquir. posses. l. pomponius. §. penul. ⁊. l. cum heredes. in
princi. ⁊ per consequens obligatio seu pignus. ff. quibus
mod. pig. vel hypo. sol. sicut in prin. de possessione autem
possidentis agere non potest, quia non est obligata se-
cundum Jaco. de are.

¶ Que res pignori obligari possunt. Rubrica.

ALumnos. ¶ Nõ ergo obli-
gat in generali
obligatione que specialiter non fuisset
obligaturus: sed qui volũt ꝙ talia obli-
gentur dicunt in instrumento ꝙ specia-
liter obligãt omnia que de speciali obli-
gatione tolluntur: sed preiudicat sibi in aliquo per spe-
cialem obligationem vt quousqꝫ potest sibi satisfacere
de illis non veniat ad aliud: vt. ff. de pign. l. ij. sed ibi adi-
munt hec verba ꝙ specialiter obligat omnia que de ge-
nerali obligatione tolluntur, ⁊ per talem specialem obli-
gationem preiudicatur sibi in generali. Jac.

Summarium.

1 ☞ Aliud est debitum aliud obligatio.
2 Que actio competit creditori aduersus debitoris sui de
bitorem.
3 Quis a me prius conueniri debeat, an debitor an debi-
toris mei debitor.
4 Si conueniendo debitorem debitoris concurrant pri-
mus debitor ⁊ creditor quis prefertur.
5 Quid interest inter nomen ⁊ rem.

NOmen quoqꝫ. ¶ Ibi: Uti-
libus actioni
bus. Sed nunquid tunc primo conuenietur
principalis debitor ⁊ excutientur bona eius?
Dic vt not. in Spec. titu. de procur. §. sequitur. ver. quid
si mihi. ⁊ per Albertum gal. in marti. de procura. in rem
suam. versi. sed pone quod obligasti. ⁊ in questione Alb.
pap̃. que incipit, patet. ¶ Dic ꝙ ago cõtra debitorem
debitoris mei qui mihi nomen obligauit ea vtili quam
debitor habet directam tantum: si habet actionem ex
vendito directam, agam ⁊ ego vtili ex vendito: quod au
tem dicitur in glo. vel dic ꝙ habeam etiam vtilem hypo
thecariam: per id quod not. in. l. grege. §. cum pignori.
ff. de pigno. que hypothecaria est vtilis contra nomen,
⁊ sic contra debitorem debitoris obligantis propter ra-
tionem ibi notatam: que hypothecaria potest dici vna
propter vnicum consensum ⁊ obligationem, vt hic not.
Item due seu plures per duas actiones seu plures, sci-
licet propter personalem actionem et hypothecariam
quibus debitor debitoris obligantis tenebatur eidem
obliganti: ⁊ istam forte considerationem ⁊ respectum

1 in procuratore † si tanꝙ procurator egit contra debitorem meum ⁊ debitor codemnatus ꝙ presumatur procurator meus fuisse. Sed quid econtra si condemnatus fuit aliquis tanꝙ procurator meus, an per hoc probetur ꝙ fuerit meus procurator vt sic teneat ex illa sententia: an vero possim dicere eum non esse meum procuratorem. Respon. si probatur non: ⁊ est ratio diuersitatis, quia hic admiserat eum tāꝙ seruum talis, ⁊ in casu premisso tu condemnatus admiseras eum vt meum procuratorem. Item ibi ego habeo ratum quod fecit vt procurator: vt.ff.de condict.indebi.l. indebiti. nam ego habendo ratum facio eum procuratorem. ⁊ pro hoc, de euictio.l.si cum venditor.§.fina.ad macedo.l.fin. sed in hoc casu non est ita, quia alter approbauit eum vt procuratorem non dominus, ⁊ ideo non domino preiudicat, quia non debet alteri ⁊c. vt dicit regula iuris: sed si agat iste contra dominū debet probare ꝙ fuerit eius procurator, nam ⁊c. ff. de noui oper. nuncia. cum procurator. extra de offi.iudi.deleg.c.cum in iure. Sed quomodo apponitur locus instrumento, an ita: actum Padue, an vero actum in tali loco ciuitatis: ⁊ videtur sufficere dicere de ciuitate, quia hec lex dicit in tali ciuitate. Sed contrariū est, quia locus singularis apponitur: vt in tali domo vel ecclesia.auf.quib.mod.natura.effician.legiti.§. quantū. ⁊.ff.de actioni. ⁊ inscrip.libellorum. ⁊ hoc tenet Guil. in Spec.de instrumē.editio.§. postremo. al's instrumento. versi.quid si loca. ⁊ Joan.and.extra de senten. ⁊ re iudi. c. abbate sane. in glos. scilicet donatio. ⁊ dic vt ibi. ⁊ de hoc not.Jaco.de but.in.l.lecta.in fine.ff.si cert.peta. ⁊ vide quod not.in auf.de fide instru.§.j.colla.vj. ⁊ extra de probat.ca.quoniam contra falsam. Item dicit ꝙ debet probari ꝙ tota die ille fuit in tali loco quando in primo instrumento erat adiecta tantum dies ⁊ non hora: nam si hora sit instrumento adiecta satis est probare ꝙ tota illa hora fuit ibi, non tamen ponenda est hora in instrumento: vt. ff. quod vi aut clam.l.aut qui aliter.§.primo. de actio. ⁊ inscrip.l.libellorum. vbi dicit de hora. Quod autem hic dicitur in textu potest probari per scripturam quomodo habet locum: nam nonne ita bene creditur prime sicut vltime? Dic quod credetur vltime eo
2 quod † prima erat priuata, secunda publica: ⁊ sic potior publica: vt qui potiores in pignore habeantur.l. scripturas. Uel si vtraqꝫ erat publica: dic ꝙ vltima erat maioris autoritatis forte ratione notarij qui erat magis fidelis.

gis fidelis.argumen.de edendo. si quis ex argentariis. et idcirco dicit glossa ꝙ iudex hoc examinet. Quid si vna est tante autoritatis sicut alia. Dic ꝙ tunc oppo.ꝙ scripture diuerse derogent sibi fidem, ⁊ absoluitur reus quasi non sit probatum per.l.scripture.s̄.de fide instru.
3 ¶ Sed quid † si due apparēt scripture facte eadem die, sed in vna dicitur, facta die lune indistincte, in alia dicitur facta die lune ante tertiam: vel pone, testis deponit ꝙ contractus factus est die lune, alius dixit eadem die lune ante tertiam, dic ꝙ primum trahitur ad secūdum, sm Guil.vt not.in Spec.de teste.§.iam de interrogatoriis.versi.quid si vnus.circa fi.versi. ⁊ facit ꝙ not. etiam ipse Guil.de instru.edit.§.instrumentum.versi.item opponitur. ⁊ versic.sed pone.⁊ facit qđ not.per Archid.iij. q.ix.c.nihilominus.⁊.ff.de testib. l.ob carmen. ⁊ qđ not. per Io.andre.in.c.si eo tempore.extra de elec.lib.vj.⁊ facit qđ no.C.de dona.ante nup. l.cum in te. cum casu suo.
4 ¶ Sed † quid si ecclesia agat contra Titium ⁊ producat instrumentum vnum vel plura quibus cauetur ꝙ ecclesia eandem rem quā petit a dicto Titio cōcessit Seio in emphyteosim, an ecclesia doceat se habere dominiū vel possessionem in dicta re: vide qđ no.de hoc Spec.de locato. §.nunc aliqua. versic.lvij. Sed quid si producat instrumentum in quo continetur ꝙ talis donauit dicte ecclesie dictam rem, non docendo aliter de iure suo, an obtinere debeat. Dic vt ibi nota.in dicto.§.in versi.lviij. vbi plene de hoc, ⁊ dic si donans est dominus probatur habere dominium ⁊ sic vtilem in rem, per.l.penult.s̄.de sac.sanc.eccle.aut non dominus ⁊ non probatur habere publicum nisi donans tempore donationis erat in possessione, vel nisi etiam probet se possidere.

¶ De duobus reis promittendi ⁊ stipulandi. Rubri.

Summarium.

1 ☞ Si vnus ex correis totam summam soluat, vtrum actio integra ei cedenda est an vero pro parte.
2 Uno ex correis insolidū exacto quomodo ceditur actio ei a creditore, an contra quemlibet an contra vtrunqꝫ.
3 Si non ceditur actio, debitor quanam actione aget aduersus correum.

Creditor phiberi.

1 ¶ Sed queritur † an insolidum actio sit cedenda soluenti vel pro parte. Dicit glos.⁊c. vel potest dici ꝙ est differentia an pecunia peruenit tota ad conuētum, ⁊ tūc non ceditur actio, cum ipse habeatur vt principalis ex quo pecunia ad eum tota peruenit: aut peruenit pecunia tota ad alterum contra quem petitur cedi actio, ⁊ tunc insolidum cedatur, aut equaliter, ⁊ tūc pro parte, vt probatur.ff.commoda.l.vnde queritur. Item pro hoc quia ille habetur principalis ad quem tota pecunia peruenit.de iureiuran.si pro patre.§.fi.ad maced.
2 sed iulianus.§.j. ¶ Super vltima questione † qua queritur si tres erant in.xxx.obligati, ⁊ vnus insolidum fuit exactus, an insolidum.xx.contra vtrunqꝫ, an in decem contra quemlibet sit facienda cessio. Uidetur ꝙ insolidum, quia debet cedi talis qualis est: nam ius habet insolidum, ergo illud cedat. Sed sm hoc, quid si vnus est soluendo alter non, an soluet. Respondeo non, quia cōmune est periculum mihi ⁊ sibi. ff.pro socio.l.verum.§.si cum testamentum. Dicas ꝙ conueniat eum insolidum, si tamen sit non soluendo poterit partem sibi imputare: nam ad vtrunqꝫ pertinet onus illius qui est non soluen-
3 do. ¶ Super † eo autem quod queritur quid si non fuerunt cessa, quia non fuit petitum ⁊c. Dicit gl. agi actione negotio.gesto.sed hoc videtur mirū: nam quomodo aget actione negotio. gesto.cum nomine suo soluerit. Item quia fuit tale negotium qđ non poterat geri sine parte alterius: ⁊ sic non deberet agi actione negotio.gesto. vt.s̄.de neg.gest.siue pro fratre, ff.commu.diuidun. si quis putans. §.j. vnde non videtur hoc bene dictum. Alij dicunt ꝙ actione in factum cuius tenor ⁊c. ⁊ hoc dicit Sy.vt.ff.de prescrip.verb.quoties. s̄.de sacrosanc. eccle.l.sancimus. nam nullam de rigore habet vt fideiussor: vt. ff.de fideiusso.l.vt fideiussor.potest teneri sententia Azo. qui dicit aut sunt socij, ⁊ tunc vnus pro alio videtur fideiubere, ⁊ sic aget mandati: aut non sunt socij, et tunc peruenit ad vnum tota pecunia, ⁊ tunc si ipse conuenitur non repetit ab alio, aut pars pro ea parte aut nihil, ⁊ tunc videtur fideiussisse, ⁊ sic mandati aget, ⁊ sic secundum hoc debemus dicere ꝙ pecunia inducit mandatum. Iaco.de are.

Summarium.

1 ☞ An auē.hoc ita, habet locum in fideiussoribus.

Authentica.

1 Hoc ita. ¶ Credo † hanc authenticam etiam in fideiussoribus locum habere: nam quod dicit auē.presente. loquitur quando inter fideiussorem principalem est questio vbi locum habet illud beneficiū: at inter duos fideiussores credo hoc locū habere, ⁊ per hoc ipso iure iuuabitur, per epistolam autem diui Adria.iuuantur fideiussores ita demum si illa exceptio fuit opposita ⁊ admissa a iudice, ⁊ ideo consulo ꝙ fideiussores etiam faciatis renunciare beneficio huius authentice.

¶ De fideiussoribus. Rubrica.

Si Lysias. ¶ In gl.j.ibi, In le.iul. de vi priua. Quidam vt hic Mar. ⁊ Pet. dicunt ꝙ hoc exemplū videtur dubitabile: quia per leg. iul. de vi priuata.adimitur tertia pars bonorum. Item imponitur pena relegationis non exilij: vt.l.j.ff.ad leg.iul.de vi priua. ⁊ not.in.l.ij.j.eod. titu. ⁊ ideo Petr. ponit exemplum in extraordinariis delictis per.l.hodie.ff.de penis. sed quidam alij vt Richar.malumb.ponit exemplum per.l.nemo vel in foro.s̄.de episco.audien. ⁊ de postulando.l.nemo vel in foro.vbi iudex si dissimulando coram se in causis susceperit hereticum aduocatum, exulat, ⁊ punitur dimidia parte bonorum. Sed certe hoc exemplum mihi non multum placet, quia ibi non exulat perpetuo sed ad tempus: ⁊ sic improprie ibi ponitur, vt ibi not. Item ponit Richar.predictus etiam exemplum in procuratore qui instrumentum domini sui prodidit ⁊ tradidit parti aduerse, qui adempta parte bonorū dimidia in perpetuū relegatur: vt.l.si quis aliquid. §.si quis instrumentū. ff.de penis. Item ponit exemplum in eo qui poculum amatoriū dedit, qui in insulam perpetuo relegatur adempta parte bonorum: vt dicta.l.si quis aliquid. §.qui abortionis. ⁊ predicta duo exempla satis placent ⁊ magis ꝙ exemplum huius gl. quoniam hoc exemplum gl. duabus rationibus non procedit sm eūdem Rich.malum. Prima, quia hic in textu dicitur parte, ergo intelligitur de dimidia per.l.nomē filiarum.§.portionis.de verbo.signifi.⁊.l.etiam partis.ff. de vsufruc. non autem de tertia, vt ponitur in exemplo glosse. Secunda ratione quia textus hic dixit, exulare. Sed per leg.iul.de vi priuata.non imponitur pena exulationis sed relegationis: vt dicto.§.item lex.ergo hoc exemplum glos.non procedit. Tu ergo pone exemplum, vt.s̄.dixi.

Summarium.

1 ☞ Si fideiussor petat a creditore sibi cedi actionem aduersus confideiussorem quem liberauerat creditor an obstet exceptio cedendarum.
Et quid de hypothecaria, nume.2.

1 **Creditori.** ℂ Sed an† si creditor aget cõtra vnum fideiussorem, ⁊ ipse petat sibi cedi cõtra cõfideiussorem, ⁊ ipse creditor non possit cedere quia iam eum liberauit, an obstet ei exceptio cedendarum actionum. Et videtur ꝙ nõ. ff. de fideius. si stipulatus. §. j. ⁊ de solu. in his. §. j. Non obst. de solu. si stichum. §. si creditor. quia loquitur ibi quando contra principalem debitorem culpa sua creditor non potest iuribus cedere mandatori, ⁊ eodem modo loquitur. l. si pupillus. de administ. tuto. vel potest dici aut fideiussores intercesserunt contemplatione mutui periculi quia non fideiusset vnus solus sine alio: et tunc obstat exceptio pro eo qđ non potest cedere iura contra alium cõfideiussorem, quod est verum nisi sit principalis idoneus ⁊ soluendo, ita ꝙ non intersit actionem cedi contra fideiussorem. Si vero non fideiusserunt contemplatione mutui periculi, vt quia primo vnus datus est, postea alij: tunc non obstat exceptio si non cedantur iura contra secundo fideiubentes, ⁊ ita potest intelligi illa. l. si stipulatus. arg. pro hoc. j. eod. si creditor. ff. manda. si mandato Titij. §. fina.
2 ⁊. j. eod. pignoribus. Sed † quid de hypothecaria si sibi non competit, an obstet exceptio cedendarum actionum: ⁊ videtur ꝙ non, vt. j. eod. l. pignoribus datis. ꝙ enim dicitur ꝙ cedantur iura etiam in pignore, verum est si habet, al's non. ff. man. l. procuratorem. §. si liber homo. Potest dici aut acceptis pignoribus fideiussit, ⁊ tũc obstat exceptio nisi cedat: vt quando mãdauit creditori vt pecuniam cederet ⁊ acciperet bona pignorata, que si creditor non accepit non agit contra eum qui mandauit: vt. j. eo. si creditor. ff. manda. si mandato Titij. in fi. al's non, vt. j. eo. l. pignoribus. Alij dicũt semper obstare exceptionem non obstan. l. pignoribus. quia ibi ignorabat ea prescribi ⁊ sic non potest sibi obijci culpa. ℂ In glos. vlti. in fi. Hec glo. videtur innuere contrarium eius quod nota. ff. de tute. ⁊ ra. distra. l. si ex duobus. ⁊ dominus Uber. tenebat opin. alterius glos. vt nota. ff. de fideius. vt stipulatus. §. j. Jaco. de are.

Summarium.

1 Principali debitore existente non soluendo fideiussor conuenitur.

Authentica.

1 **Presente.** ℂ Sed † quid si est certum ꝙ principalis nihil potest facere, an conueniatur fideiussor. Respondeo sic: vt argu. ff. si certum peta. l. fina. ⁊ de verbo. oblig. l. decem. Jaco. de are.

ℂ Que sit longa consuetudo. Rubrica.

Summarium.

1 Consuetudo vtrum debeat probari.
2 Actus quando dicitur esse frequens ad hoc vt inducat consuetudinem.
3 Si alia sit consuetudo actoris alia rei, que magis attendi debet.

Preses prouincie. ℂ Signatur cõtrarium ad legem. ff. de proba. l. ab ea parte. Respõdeo illud in iure scripto qđ non probat', istud in consuetudine que probatur: sed certe consuetudo non probatur: vt. ff. eod. sed ea. ⁊ l. seq. ⁊ ad hoc
1 de diuer. of. lib. xij. viros. Respon. † ius cõsuetudinariũ, adde generale per totũ orbem, ⁊ tunc est certa consuetudo ⁊ non probatur: vt est de celebrãdo festo natiuitatis domini, vnde eo die quo celebratur est feriatus. Si vero sit particularis, illa non potest sciri nisi per homines illius oppidi, nec potest sciri per presidẽ qui aliunde venerat: nam si esset de loco non oporteret probari: nam quedam sunt nota iudici ⁊ non probantur, vt consuetudo loci vbi iudex est de loco, al's vero si non sit de loco oportet probari: ⁊ ideo dicitur fide iudicis faciendam, ⁊ ideo probatur quia tribuit quod non tribuit ius commune ⁊ aliud denegat ꝙ ius commune, similiter in. l. ab ea parte. et sic videtur concordare ⁊ non contradicere: nam ibi qui vult dicere vsuarium a iure communi priuatum debet probare sic ⁊ hic: imo. l. ab ea parte. non dicit ius non probari, sed ꝙ ius non probetur potest melius allegari, scilicet quia iudex supplet de iure ⁊ de facto, ⁊ ideo nõ est opus probari: vt. s. vt que desi. aduo. par. iud. sup. hinc est ꝙ tenetur si per imprudentiam ⁊c. instit. de obliga. que ex quasi delic. nascun. §. ij. sed dicenda est expressa que dicit ius non probari. extra de appella. c. sepe.
2 Qd autem frequens † actus sit binarius vel ternarius non dicit lex. de episco. audien. l. iij. que ad hoc allegatur in glos. quia ibi loquitur de transgressione: sed melius dicit hic in auf. de defen. ciui. §. si. de cur. furio. l. cum alijs. ff. de testibus. l. testium. quia sepe ponitur pro bis, ⁊ propterea. ff. de re iudic. l. de vno quoqꝫ. ibi: sepius. quod ex-
3 ponitur per. l. contumacia. in eod. titu. ℂ Super eo autẽ quod in glos. † queritur quid si alia sit consuetudo in foro actoris ⁊c. ita dicas ꝙ quando inter duos habentes diuersas consuetudines vertitur questio ⁊ queritur que consuetudo spectetur. Dic ꝙ aut hec contentio in qua queritur de consuetudine vertitur circa processum, vt si in ciuitate vnius sint ferie in ciuitate alterius non, vt cõtingit in festo beate Margarite quod diuersimode celebratur sm diuersas consuetudines, ⁊ tunc seruatur locus iudicij, vt. ff. de testi. l. testium. in fine. Si vero tractetur de iure quod vertitur ad dirimendam questionem: tunc aut nascitur ius istud ex cõtractu ⁊ tunc spectatur locus contractus, cum ex contractu iam sit ius quesitũ alteri. de euictio. l. si fundus. de vsur. l. j. Si vero nascitur ex delicto, tunc locus delicti inspicit': vt. s. de noxal. l. ij. ff. de extraor. cri. l. saccularij. vbi de cri. agi oport. auf. qua in prouincia. ita ꝙ punit' sm leges illius loci vbi deliquit. Si vero sit contẽtio de iure qđ esse debet ex quadam necessitate vel facultate circa rem: vt si dicam ꝙ possum facere in meo quod volo, tu dicas contra ⁊ ita est questio de facultate circa rem, ⁊ tunc inspicitur consuetudo loci vbi res est: vnde si duo Florentie disceptarent, ⁊ vellet forensis edificare cum ibi sit consuetudo de edificando vsqꝫ ad certam altitudinem ⁊ ille vellet altius edificare, ⁊ illa questio esset corã preside illius prouincie, inspiceretur consuetudo que est ibi vbi est domus que edificatur. s. de edifi. priua. l. an in totum. de admini. tuto. l. fine herede. §. lucius. Et est ratio quia tractatur de honore rei: ⁊ sic consuetudo que est ibi est inspicienda. argu. de prefecti. digni. naturali. lib. xij. l. iij. ⁊. l. fina. vel pone Padue est consuetudo ꝙ inuestitura sit in masculis ⁊ in feminis licet succedatur per masculos, ⁊ dicam inspici consuetudinem loci contractus. ff. de reg. iur. l. semper. Sed quia supra dixi si est consuetudo de iure ꝙ debet esse ex quadam facultate rei ⁊c. ℂ Quid si forensis habet terram in territorio Padu. statuerunt paduani ꝙ nullus possit extrahere blada de districtu suo, an teneatur forensis stare huic legi, an poterit portare frumentum sicut placuerit sibi. Et videtur ꝙ lex possit ei indici. de vsufru. si pendentes. §. si quis cloacarũ. Econtra. ff. de muneri. ⁊ honorib. l. munerum. §. preterea. non obstat. l. si pendentes. quia ibi dicit ꝙ non fuerint forenses: vnde credo ꝙ erãt terrerij quibus lex potest imponi, secus si essent forresterij. argu. s. de summa trinitate. l. j. cum similibus ibi notatis. Jaco. de arena.

ℂ De donationibus. Rubrica.

Sancimus.

§. Si quid autem.

ℂ Per

¶ Per diuersa tempora. per literam istam potest dici ꝙ non valet quod fit quotidie, scilicet ꝙ tot sint donationes quot possunt consistere intra legitimam quantitatem, nam debet fieri per diuersa tempora, vt hic: nam cum plura exiguntur, vno deficiente totum deficit. ff. de diuor. l. fin. ff. de itine. actuqꝫ priua. l. iij. §. deinde. sed debet fieri vt pluribus donetur. Iaco. de are.

¶ Explicit liber octauus.

¶ Incipit liber nonus.

¶ Qui accusare non possunt. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Accusans absolutus an potest petere ab accusatore expensas vt tanquam victus victori condemnetur.

Qui crimen.

1 ¶ Sed an † absoluto accusato debet accusator dănari ei in expensis per literam victus victori ⁊c. de iudic. prope. §. sin autem. Dicunt quidam ꝙ non, quia satis est calumnie pena ⁊ non debet bis puniri pro eodē delicto: vt. ff. nau. cau. sta. l. licet. §. fi. Sed canoniste dicunt ꝙ sic: extra de penis. c. calumniam. ⁊ de dolo ⁊ contu. c. nullam. in glos. vlti. Iaco.

Summarium.

1 ☞ Si iudex statuit terminum actori ad producēdum testes vel instrumenta, an elapso termino admittatur sine noua dilatione.

Si ea que crimen.

1 ¶ Sed quid † si iudex statuit terminum ad producendum testes ⁊ instrumenta: an post tempus poterit quis prbducere non petendo nouam dilationem, sed re ipsa producendo. Hec litera innuit ꝙ non, quasi intelligatur renunciasse. pro hoc de iudic. auꝫ. iubemus. Item pro hoc, quia remittentibus actiones suas ⁊c. de edili. edic. queritꝫ. §. si venditor. s̃. de reb. cre. l. si quis iusiurandum. de condi. inser. l. penulti. ⁊ pro hoc extra de testa. c. de testibus. pro hoc facit quod not. j̃. tit. ij. l. si accusatoribus. in glos. j. contumaci. Econtra videtur ꝙ sic, quia probatio non est angustanda. de hereticis. quoniam. de reb. credi. l. generaliter. ff. de testibus. l. testium. §. ij. Contra. tenet Spec. in tit. de dilatio. §. videndum. versi. quid si datus est terminus. imo iudex debet admittere probationem. iuxta illud de questionib. l. vnius facinoris. §. pe. Item quia iudex dʒ sepius interrogare an aliquid noui addi desiderent. s̃. de iudic. l. iudices. ad hoc potest dici ꝙ si omnia sunt integra, id est nihil plus deperit aduersario, si admittatꝫ probatio non dico ꝙ detur noua dilatio tunc admittatur. Si vero damnificaretur quia amisisset suos testes, quia sunt mortui per quos reprobasset istos qui modo producuntur non admittitur, ⁊ hoc dico per legem. ff. de opti. lega. mancipiorum. Alij dicunt eum non admittendum nisi probauerit ꝙ de nouo superuenit illa facultas. extra de exceptio. c. pastoralis.

Summarium.

1 ☞ In criminalibus an habet locum reconuentio.
2 An accusatus potest accusare.

Neganda est.

1 ¶ Ex hac lege potest dici † ꝙ in criminalibus non habet locum reconuentio: nam siue secunda maior sit prima, proceditur in secunda: vt. s̃. l. j. siue sit secunda par vel minor ⁊ non prosequitꝫ in secunda. Si vero in secunda prosequatur quis suam iniuriam proceditur in secũda non in prima: ⁊ sic non habet locum reconuentio in aliquo predictorum casuum: nam tunc est reconuentio cum proceditur in vtraqꝫ. de senten. cum Papinianus. ⁊ in auꝫ. ⁊ cōsequēter. In tertio vero cum accusatus prosequitur suã iniuriam proceditur in secunda ⁊ non in prima, licet secunda sit minor vel equalis, quia presumitur maior cum prosequitur suam iniuriam. nam ⁊c. ff. de accusa. l. hi tamen omnes. ⁊ l. qui publico. Sed si primus prosequebatur suam iniuriam, ⁊ secũdus similiter: an habet locum reconuentio vt de vtraqꝫ cognoscatur? Dicũt quidam ꝙ sic, ⁊ dicũt ꝙ gl. male dixit, ⁊ dicunt ꝙ. l. assiduis. que hic allegatꝫ nihil facit. Sed certe ⁊ doctores iuris canonici dicunt ꝙ non habet locum recōuentio in causis criminalibus: sed cum agitur vna non potest agi alia. Qr hoc sit verum ostendo: nam aut secunda est maior ⁊ proceditur in secunda tantum. s̃. l. j. Si par hincinde, quia neuter suam iniuriam prosequitur non habet locum reconuentio, sed primus prefertur. Si est ita ꝙ vbi omnia sunt paria ꝙ occupantis melior est conditio, ita ⁊ quando vterqꝫ suam iniuriam prosequitur debet esse occupãtis conditio melior: quia si diceres secundum admitti, alter repelleretur ⁊ denegaretur priori quod posteriori concederetur quod esse non debet per. l. assiduis. ⁊ ideo debemus tenere ꝙ in criminalibus non habet locum reconuentio. Illi autem qui redarguunt hanc glos. intelligunt ꝙ vtraqꝫ questio agatur: sed certe in criminalibus non habet locum reconuētio vt superius est probatum.

2 ¶ Circa id autem † quod queritur an accusatus possit accusare, dic ꝙ tria sunt tēpora: nam est tempus anteꝙ̃ accusatus recipiatur inter reos, ⁊ sic ante initium litis est, ⁊ aliud tempus lite pendente est, ⁊ aliud finita lite. Si non est receptum nomen rei inter reos, id est ante litem contestatam, cōsidera aut accusat accusatorem suũ de criminibus grauioribus ⁊ tunc sua accusatio prefertur: vt. s̃. eo. l. j. ⁊ hoc ideo quia crimina ⁊c. j̃. de adulter. l. si adulterij. Si vero de pari vel minori refert, aut secundus solus prosequitur suam vel suorum iniuriam, ⁊ tũc accusatio eius admittitur ⁊ alterius differtur, quasi sit grauior: vt hic vbi dicit, qui non suas ⁊c. nam ⁊c. de adulterijs. si maritus. §. prescriptiones. de accusatio. qui publico. ⁊ l. hi tamen omnes. Si neuter prosequitur suam vel suorum iniuriam: prima prius expeditur, vt hic ibi: priusquam se crimen. Si vero vterqꝫ prosequitur suam iniuriam, dicunt quidam ꝙ in prima ⁊ secunda simul procedatur quasi reconuentio locum habeat: vt in authen. ⁊ consequenter. Alij vt Azo ⁊ Ioan. dicunt ⁊ credo verum, ꝙ prima preualeat, vt sicut quando neuter prosequitur suam iniuriam vel suorum, propter paritatem causarum prima prefertur, vt sic in pari causa sit melior conditio occupantis: vt. ff. de peculio. l. peculium. ⁊ de noxali. si ex duobus. Si vero sit nomen receptum inter reos non potest accusatus accusare: quia is qui reus factus est purgare se debet ⁊c. ff. eodem. is qui. vnde hec lex, ⁊. s̃. l. prima. loquitur nomine nondum recepto inter reos. Si vero sit finitum primum iudicium, considera, aut fuit absolutus ⁊ admittitur, vt hic dum dicit, priusquam crimen exuerint, id est fuerint absoluti. ⁊ ad hoc. l. is qui reus. Si vero fuerit condemnatus, tunc aut vult procedere contra accusatorem suum, aut contra alium. Si contra accusatorem, considera aut amisit ciuitatem vel libertatem ⁊ non potest, aut non amisit ciuitatem vel libertatem vt quia fuit relegatus, ⁊ tunc potest: vt. l. is qui. ij. respon. Si vero alium velit accusare, tunc aut vult inchoare contra extraneum, ⁊ non potest etiam si solam relegationem est passus nisi suam iniuriam prosequatur vel suorum. de public. iudic. l. infamem. ⁊ l. qui publiciana. Si vero vult inchoatam prosequi ⁊ potest etiam si sententia con-

tineat vt amitteret ciuitatem vel libertatem, vt interim differatur. de public. iudic. l. is qui. ibi: inchoatas plane rc. quod intelligitur contra extraneum, nam in suo accusatore non potest intelligi: quia si inchoasset accusatus contra suum accusatorem, z sic nomine recepto inter reos complesset eam antequam ipse, z sic non remansisset in pendulo: z sic de necessitate in extraneo intelligitur. Dices tu, nõne est inchoata accusatio ex quo scribitur accusatio licet nomen nõ sit receptum inter reos? Respondeo non, imo contestata: vt. s. de plus petitio. l. vnica. z huius materiã nota in. l. is qui. z in summa huius titu. Jaco. de are.

De accusationibus. Rubrica.

Summarium.

1 Quid sit bannire.

Reos capitalium. Dic q causa absentie est quando aliquis dicit iudici accusatum absentem ob aliquam causam. Idem si dicitur q accusator non est legitimus ad accusandum: vt extra de accusatio. si velimus. s. tit. j. non ignoret. z. l. de crimine. z ad hoc extra de accusatio. c. veniens. Similiter dicam si opponat aliquam aliam dilatoriam, vt si dicat, tu es bannitus: ita q per ius municipale non potes accusare, vel si dicatur incompetens est accusatio. Si vero opponit peremptoriam vt quia dicit se interfecisse bannitum, ad hoc dicunt quidam q admittitur procurator, quia non debet admitti accusatio, quia data est cuilibet inteficiendi licentia: quia † idem est bannire q dicere q quilibet
1 possit eum offendere, ergo accusatio non admittitur, vt s. de iis qui ad eccle. confug. l. si seruus. z vt nemo priua. titu. l. ij. in fine. Sed certe ille leges videntur loqui quando accusatio continet apertam naturam negotij. Nam si dicatur in libello accuso Titium, quia interfecit talem bannitum, vel q imposuit vexilla rei quem alius retinebat, vel interfecit seruũ qui armatus iuerat in ecclesiam, tunc talis libellus reijceretur, z hoc quilibet posset allegare. Sed quando accusatio non habet patentem errorem, vt accusatur quis quod interfecit Titium non autem dicit eum bannitum, z tunc non admittetur procurator ad hoc allegandum: nam exceptio est peremptoria que quidem opponitur de voluntate ante litem contestatam, probatur autem post nec impedit processum. extra de litis contesta. c. exceptiones. ergo principalis debet venire ad litis contestationem. Nam peremptoria opponitur z probatur post litem contestatam vel solutionem: probatur vt de adulter. l. si maritus. §. prescriptiones. z ibi nota. z in summa huius titu. ergo z hic post litem contestatam debet agitari. Causas absentie dicitur allegare qui allegat aliquam dilatoriam exceptionem: at si peremptorias, tunc dicitur allegare causas cause. Jaco. de are.

Summarium.

1 Mandans delictum fieri, venit pariformiter vt delinquens puniendus.

Non ideo minus. Dic q operatur ratihabitio si aliquid peruenit ad eum qui ratum habet. z hoc probatur. ff. de nego. gest. l. si pupilli. §. si Titij seruum. sic intelligo. de vi z vi armata. l. j. §. deiecisse. nam ad eum qui ratum habebit peruenit possessio violẽta, merito ratihabitio facit eum teneri interdicto. simile de aqua quotidia. z estiua. l. hoc
1 iure. §. deiecit. Idcirco † si intendebã ad hominem occidendum faciendo q poteram offerendo pecuniam ei qui faceret: tandem aliquis hoc audiens venit ad me et dixit mihi, z ego dixi q bene placebat mihi, z dedi sibi id quod ego offerebam aliis z hoc possit constare iudici dicitur peruenire ad me vltio vt tenear ex hoc delicto quasi fecerim fieri. facit quod not. Dyn. extra de regu. iur. c. ratihabitio.

Summarium.

1 Officiali quando fides habeatur.

1 Nam quidem. Si queritur † an credatur officiali. Dic q refert quid ipse referat: nam aut refert aliquem deliquisse, et sic factum alterius, et non creditur nisi probationibus, aut refert aliquem monuisse vel citasse, z sic factum suum z creditur: vt. j. de curiosis. l. j. sic. ff. de excusatio. tuto. z temp. l. scire oportet. §. ij. z hoc ideo non creditur in delictis, quia in eis requiritur apertior probatio: vt. j. eod. l. qui de crimine. Jaco. de arena.

Summarium.

1 An aliquis possit vti pluribus accusationibus.
2 In ciuilibus causis non permittitur pluribus vti actionibus.

1 Qui de crimine. † Dic hanc materiam sic intelligi q interdum vnus accusat vnum, interdum vnus plures: interdum plures vnum. Si vnus accusat vnum, aut vna lege aut diuersis, si vna lege siue de vno delicto siue pluribus eadem lege puniendis admittitur accusatio: q vna lege z vno crimine planum est per princip. l. libellorum. ita si ex eadem lege de pluribus criminibus, vt. ea. l. §. sed aliud. Si vero accusat eum diuersis legibus aut eodem crimine z non potest, vt de accusatio. l. senatus. z est exemplũ de eo qui intendit scripturam publicam qui tenetur lege iul. maiesta. vt. ff. ad legem iuliam maiesta. z lege cornelia de falsis: nam si quis vellet eum accusare vtraqz lege, z lege iul. maiest. z lege cornel. de falsis propter idem crimen non potest. Simile est exemplum de eo qui accipit pecuniam vt ei negotia faceret per calumniam teneatur lege cornel. de falsis, z lege iul. repetundarũ. ff. de calumnia. l. j. Si aliquis velit eũ accusare vtraqz lege, et de
2 falsis z repetundarum non auditur: z hoc ideo, † quia sicut in ciuilibus nõ permittitur pluribus actionibus vti ad eandem rem, vt de regu. iuris. nemo. §. quoties. de actioni. z obliga. l. plura. ita z hic. Si vero de diuersis factis accusasset eum z diuersis legibus quia multa crimina perpetrauit, tunc videtur q possit: vt. j. eo. si quis homicidij. z pro hoc de priuatis. delict. l. nunq̃ plura. Sed glos. in hoc membro dicit referre aut ex eodem facto, z tunc non possit accusare de incestu z de adulterio quod perpetratur vno coitu per hanc literam que dicit: ab altero, ergo ab eodem non: z erit veruz si ex eodem facto, secus si ex diuersis, vt. l. libellorum. §. sed si aliud. j. eo. si quis homicidij. ff. de actio. z oblig. nunq̃ plura. Sed certe videtur idem si ex eodem facto, vt colligitur. j. eod. si quis homicidij. nam ibi cõtinuata erant facta z sit vnuz delictum z ideo tene q si accuso vnum de pluribus criminibus ex diuersis factis z eodem tempore q possum, vt. j. eo. si quis homicidij. aut diuersis temporibus quia accusaui de vno crimine z eo pendente volo de alio, non possum, z hic est casus nostre legis: z est ratio, quia suus inimicus sum factus per primam accusationem, ita q verisimile est q per calũniam eũ accusem, z ideo non audior sed alius sic: z sic intellige q hic dicit glossa ab eodem non potest, scilicet diuerso tempore, sed simul sic. Si vero vnus accuset plures dic, aut accusat de eodem maleficio

dem maleficio ⁊ potest etiam centum, id est quot vult: vt.j.si reus vel accusa.mortuus fuer.l.j.de adulter.l.fina. ⁊.l.vim passam.§.incesti. ⁊. l. qui pupillam. §.in liberto. fallit.de adulter.si maritus.in fine. j. de adulter. l. reos. Sed de diuersis criminibus non possum duos nisi prosequar meam iniuriam, quia tunc possum duos in eodem libello: vt. ff.de accusat.l.hos accusare.§.lege iulia. ⁊ ita est mirabile si fecisti crimen contra me, quia domum forte combuxisti ⁊ quidam alter fecit aliud, dabo ambobus vnum libellũ: nec potestis dicere ꝙ separem vos ⁊ offeram cuilibet suum libellum quod videtur absurdum, quia coniungo eos in criminatione, quorum defensio est separata, quia non impono idem delictum, ergo singulis ⁊c. vt de oper. noui nuncia. de pupillo. §. si plurium. Nam separatorum debet esse separatum iudicium: vt de donatio.inter virum ⁊ vxor. l.si maritus. Si vero non in eodem sed in diuersis libellis possum duos non tres, nisi prosequar meam vel meorum iniuriam.s̃.titu.j.l.cum rationibus.ff.eodem. hos accusare. §.alij. Alia est opinio propter vitandam predictam absurditatem: aut de eodem crimine quis vult plures accusare, ⁊ tũc si prosequatur suam iniuriam potest quot vult.j.si reus vel accusa.mortuus fuer. l.j.de adulterijs. l.nihil.preterquam in adultero vel adultera.j.de adulterijs.l.reos.Si vero accusator non prosequatur suam iniuriam non potest nisi vnum, vt dicit. §. lege iulia. in. l. hos accusare. ff.eod.⁊ hoc fallit in crimine incesti: vt de adulterijs.l.qui pupillam.§.in libello. ⁊. l.vim passam.§. incesti.Si de diuersis criminibus habet locum. l. cum rationibus. sic fuit de facto,⁊ dic aut volo plures accusare de eodem delicto, et tunc idem ꝙ accusa. preter adulterium, vt est dictum. Aut de diuersis ⁊ non potest nisi vnum per.l.hos accusare. §.lex. quod autem dicit.l. cum rationibus. de duobus intelligitur quod de facto fuit admissus ad duos: nam et sic secundus potuisset excipere. Ad.l.qui accusare.§.alia.respondent maxime duos, nam idem si vnum: vt.§.lex iulia.due opiniones prime ponuntur in glossa, in. l. hos accusare. Quando autem plures accusant vnum, habet locum distinctio, quia aut obtentu officij vt plures tutores ⁊ admittitur: vt.s̃.qui accusa.non possunt. l. si cautiones. habebit loco vnius.de penis. l.si plures. aut non obtentu officij,et tunc considera aut de eodem delicto, ⁊ tunc aut veniũt simul ad accusandum, ⁊ tunc eligitur idonior.ff.de accusationi.si plures.de popula.actioni.l.iij.Si vero separatim,aut pendet accusatio primi,aut est finita,aut abolita:primo casu regulariter secundus repelleretur:vt hic in princip.de accusatio.l.hi tamen.§.ab alio. fallit quando superuenit secundus qui prosequitur suam iniuriam qui fuit nescius,accusationẽ ab alio institutã primo non prosequente. ff. de adulte.si maritus preuenerit.in fi.vbi secundus admittitur ⁊ prefertur.Si vero sit finita accusatio, tunc aut ille fuit condemnatus ⁊ non potest vlterius accusari, quia de delicto vnius hominis non debet sepius queri.nau.caup.stabu.l.licet.in fine. aut fuit absolutus, ⁊ tunc non nisi doceatur de preuaricatione primi vel nisi prosequitur suam iniuriam primo non prosequente ⁊ ignorauit accusatus ab alio institutam. si cui. §.ijsdem. quod quidem intelligitur dupliciter. Primo vt doceatur de preuaricatione primi, et tunc admittitur, ⁊ sic erit vnus casus si doceatur de preuaricatione:vt si incipias ab vno oporteat aliud interuenire,si ab alio sufficiat istud. Alius est intellectus vt excipiantur duo casus ⁊ credo ꝙ hic sit bonus intellectus. Primus casus est quando docet de preuaricatione primi accusatoris. de preuaricato.l. iij. Secundus casus est quando prosequitur suam iniuriam, ⁊ ignorauit accusationem ab alio institutam: ⁊ sic intelligitur lex. de adulterijs.si maritus preuenerit.Si vero sit abolita,q2 desijt vel mortuus est accusator ⁊ potest alius accusare, si intra. xxxj. dies hoc faciat: vt de accusatio. l.libellorum. in fine. de de publi.iudic.l.accusatore defuncto.in princip.de adulterijs.constante.⁊.l.quinquennium.Si vero de alio crimine vult alter accusare, ⁊ tunc si descendunt ex eodem facto ambo et lis coram eodem iudicio examinabitur, vt hic, si tamen ⁊c. Si vero non ex eodem facto videtur ꝙ non possit: vt de custod.reorum.l.ij.in fine. de accusatio.si cui.in fine. Alij dicunt sic, quia aut coram iudice accusatur ab alio et potest fieri. Si vero coram alio vt maiore ⁊ potest, ⁊ differtur primum iudicium.argumento.de re iudica. l.acta. §. hi qui. Si vero non coram maiore non potest per. l. si cui.in fine.⁊ de custodia reorum. l.ij. Jaco.de arena.

Summarium.

1 ☞ An libellus debet scribi cum anno, die ⁊ mense.

In causis. ¶ In glos. ibi: Recipientes. Sed de con-
1 suetudine hodie non videtur † ꝙ ponantur anni domini, mensis vel dies dati libelli: sed dic imo ponuntur, nam vbi exigitur scriptura non refert an illa scriptura fiat in vna charta an in duabus: vt ff.de vulga.⁊ pupilla.substitu.l.si quis eum.in princip. ⁊ l.patris ⁊ filij.Sed cum tabelliones ponant in principio suorum quaternorum annos domini, mensem ⁊ diem, merito ⁊ in libello accusationis videtur poni, cum libellus postea ponatur in libro tabellionis: ⁊ sic continuetur ad annos domini, mensem ⁊ diem qui supra in principio quaterni positi sunt. Jaco.

Summarium.

1 ☞ Accusans aliquem de heresi si non probet an pari pena veniat puniendus: concludit ꝙ sic, nec admittitur calumniatoris penitentia.

Accusationis. ¶ Ibi: Similitudo suppli-
1 cij. Sed pone † ꝙ accusaui quendam de heresi, non probaui, iudex vult me damnare ea pena qua damnasset eum si foret conuictus: dico ego domine ipsi licuisset penitere, ⁊ tamen receptus fuisset ab ecclesia nec condemnatus fuisset: vt in.l.inter claras. Sic ⁊ ego volo penitere cum debeam damnari ad similitudinem eius. Respondeo, non credo ꝙ possit penitere: nam speciale est in crimine heresis vt quis possit penitere, non autem in alijs criminibus, vt. ff.de furtis.l. qui ea mente. cum ergo iste non accusetur de heresi, sed l.remia. sicut calumniator poterit puniri: ⁊ ita fuit pronunciatum de facto in terra ista. Jaco.de are.

¶ Ad legem iuliam de adulterijs. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Priuilegium concessum vni sexui, an porrigatur ad alium.

Publico iudicio.
1 ¶ Not. ex lege ista † ꝙ priuilegium datum sexui nõ porrigitur ad alium qd facit ad id quod consueuit queri. Consuetudo est in pluribus locis ⁊ statutũ est ꝙ mortuo aliquo relictis filijs masculis ⁊ feminis non nuptis ꝙ femine debent maritari de bonis patris, ⁊ dote sint cõtẽte: contigit ꝙ decessit qs relictis filijs masculis ⁊ filiabus, tãdem anteꝗ̃ filia nuberet decedit masculus relicta vna filia, dicit soror defuncti modo debeo succedere patri meo sicut ⁊ tu, dicit filia fratris mortui tu debes esse contenta dote, vltra non debes habere, replicat illa hoc est verũ si frater meus superesset vel si esset mortuus ⁊ reliquisset filios masculos nõ autem si feminam, queritur quid iuris. Et videt̃ ꝙ amita nõ repellatur habendo solam dotem, quia hoc priuilegiũ datũ est sexui

masculino: nam illud statutum factũ fuit, quia publice expediebat vt agnationes salue essent. ff. de vent. inspi. l. j. §. penul. que agnatio habetur per masculos. instit. de legit. agnat. succes. in princ. sed agnatio non est in femina, de verbo. signifi. l. pronunciatio, vnde cum hoc dictũ sit fauore agnationis, merito cum non plus conseruetur agnatio per filiam eius ꝙ per sororem defuncti cessat ratio statuti & sic cessat statutum: nam consuetudo precedens & ratio que consuetudinem sequitur &c. vt. s. que sit long. consue. l. j. at vbi habet locum ratio statuti & statutum, & vbi non habet locum ratio statuti nec statutũ: quia cessante causa &c. ff. de pactis. l. quod dicitur. de episco. & cler. generaliter. Item hoc beneficium datum fuit sexui sicut hic datur beneficium sexui. simile. ff. de iure immunita. l. j. Jaco. de are.

Ad legem iuliam de vi publica. Rubrica.

Summarium.

1 Si aliquis vulnerauerit aliquem quomodo potest criminaliter accusari.

SI cõfidis spõsam.

1 Queritur & hodie dubitatur † si aliquis vulnerauerit aliquem, quomodo possit criminaliter accusari. Certum est ꝙ si animo occidendi hoc fecisset ꝙ lege cornelia tenetur: vt. l. is qui cum telo. j. de sica. sed posito ꝙ non animo occidendi si quidem facit hominibus coactis potest accusari lege iulia de vi publi. vel pri. vt. j. proxima lege. ij. respon. Sed si hominibus non coactis non reperitur propter violentiam illatam soli persone ꝙ possit criminaliter accusari nisi iniuriarum & punitur extra ordinem. Quidã tamen per legem istam & per legem. s. de noxal. l. si seruus. ad fin. dicunt ꝙ propter violẽtiam soli persone illatam potest criminaliter lege iulia de vi publica & priuata accusari: sed certe si quis recte inspiciat in legibus illis nõ dicitur ꝙ accuset ille cui vis est illata, sed dicitur in. l. si seruus. ꝙ dominus accusat propter violentiam illatam vxori sue, que quoadmodo dicitur esse in bonis suis & dicitur sibi subesse: vt. ff. de ope. liber. l. sicut. Item in lege ista etiam agit filius inclusus, sed pater quoadmodo dicitur agere pro re sua, siue pro violentia rebus suis illata. argu. ff. de furtis. l. eum qui. §. si filius. & ita in legibus istis inuenitur accusationem lege iulia fieri non per vim persone illatam, sed rebus alienis. Jaco. de are.

De raptu virginum. Rubrica.

Summarium.

1 Cum liberum parentibus filie sue raptorem impune interficere: si captus ducatur & inter lictorum manus agnitus a parentibus occidatur, nunquid tenebuntur parentes quasi non iure occisus sit.

RAptores.

In versic. Ne igitur sine vindicta. ibi: Comprehensi & a parentibus
1 Quid † si vicini ceperant illum qui filiam meam stuprauerat & dum ducerẽt eum ad potestatem ego cognoui eum & in manibus eorum occidi eum, nunquid potui hoc impune facere. Et si dicamus ꝙ litera ista, a parẽtibus virginum &c. determinet verbum, interficiatur, quod est. j. & exponamus dictionem, comprehensi, que precedit dictionem, parentibus, scilicet a quocunqꝫ comprehensi posset dici: tamen credo verius ꝙ dictio, a parentibus, determinet dictionem comprehensi: vt sic sit necesse ꝙ a parentibus sit comprehensus vt possit occidere sine pena, & secundum hoc facit litera ista & soluet questionem. Consueuit queri si per statutum potest bannitus impune occidi, & aliquem captum a familia potestatis occiderit in manibus ipsorum ꝙ non potuit hoc facere cum fuerit ab alijs preuentus, & quasi sit necessarium ꝙ ipse eum comprehenderit, secundum quod dicit litera ista: secundum istam punctuationem: quod credo verum in questione predicta. Jaco. de are.

De emendatione seruorum. Rubrica.

Summarium.

Quomodo probatur negatiua.

SI virgis aut loris.

1 In glos. Sed † quomodo probatur negatiua, in fine: dicas ꝙ ad sui defensionem non sufficit solam affinitatem vel amicitiam probare, quia tunc esset destructus totus titu. de paricidijs. in quibus constat eos esse affines, & tamẽ puniuntur: & ideo dicas ꝙ qualitas occisionis est illa que excusat, & illa probata ad euidentiorem probationis defensionem bona est, & prodest sibi ad maiorem fidem sue probationis. Jac.

De emendatione propinquorum. Rubrica.

Summarium.

1 Omnes propinqui sunt domestici, & ideo repelluntur a testimonio.

IN corrigẽdis.

1 Colligitur ex hac lege † ꝙ omnes propinqui sunt domestici: nam dicit rubrica, de emendatione propinquorũ, vt in textu subijcit ibi: senioribus propinquis &c. & tamen postea ibi: domestice laudis &c. & ibi: ius domestice emendationis &c. & sic facit ad illud ꝙ cum domestici a testimonio repellantur, vt. l. etiam. s. de testi. ꝙ isti propinqui tanꝗ domestici repellantur. Jac.

De sententiam passis & restitutis. Rubrica.

Summarium.

1 Clericus excommunicatus non potest petere post absolutionem fructus sui canonicatus aut sue prebende quos percipere debebat pendente excommunicatione.

GEneralis indulg.

1 Queritur nunquid si † clericus excommunicatus sit & postea absoluatur possit diurnum quod pro qualibet die canonicis prestatur postea petere ratione preteriti temporis. Et sic videtur per legem. ff. de adimen. lega. l. legata. sed verius est vt non possit petere: vt ff. de reb. mili. l. fina. & loca. l. fina. s. ibi: sine mora vel procrastinatione &c.

Finit lectura domini Jacobi de Arenis super nouem libris Codicis, cum summarijs.

¶ Do. Jacobi ab Arena Parmensis Jurecõsulti celeberrimi, in primum Pandectarum Tomum commentaria.

¶ Proemium.

Summarium.

1 ☞ Imperator an sit dominus omnium rerum.
2 Imperator habet plenissimam iurisdictionem in suos subditos.
3 Dominia sunt de iuregentium.
4 Creditor dominium pignoris transfert qđ non habet.
5 Sententia iudicis transfert dominium rei adiudicate, non domino contra dominum.
6 A principe ius dominij impetratur.
7 Scholaris audire debet.
8 Pluribus inuitatis ad obtinendum brauium si tres pariter precurrerint ceteris retro relictis, an brauium eis debetur, an nulli.
9 Si imperator aut quilibet alius dum obsideretur castrũ statuerit vt qui primus ingredietur donetur tali p̄mio: quid si tres aut plures pariter ingrediãtur, quid iuris.
10 Bone rei dare cõsiliũ, ꝛ presentis vite subsidium ꝛ eterne beatitudinis premium nascitur.
11 Imperitorum doctorum doctrina est adulterina.
12 Bannitus non dicitur deportatus.
13 Que dicantur regie vrbes ꝛ in quibus iura possunt doceri, ꝛ ꝙ sit tempus potestatis cuius principij memoria non extat, ꝛ ꝙ si nõ sit vrbs regia legis caret priuilegio.
14 Ex varietate locorum ius nascitur.

In noĩe dñi.
¶ In fin. glos. que incipit,
a patre. vel melius ibi dicit
de alio Justiniano cuius tẽ
pore: sexta synodus cano.
edidit: sed istius Justiniani
tempore coniuncta synodus
extitit celebrata, vt in
ea. dist. c. sexta. ¶ Omnẽ rei
publice. gubernande: vel id
est nostre gubernationi cõmisse, ꝛ sic nostre ratione gu-
bernationis, sic. ĩ. de nego. gestis. si pupilli. ¶ Cognoscit.
q. d. nullus. ¶ Et omnia ab initio. scilicet conficiẽdi ope-
ris. ¶ Et. que oport. ¶ Factam. scilicet opus. ¶ Admit-
tentes. scilicet nos. ¶ Definire. ad soliditatem ꝛ firmita-
tem operis consummati que continentur in. l. ij. C. de ve
teri iur. enucl. ¶ Orationes. id est leges. ¶ Eternas. id est
incõmutabiles: sic. C. de murileg. lib. xij. l. eternos. ¶ In
fi. glos. que incipit, dicitur quandoqꝫ. illud dubium non
1 videtur: quia † res singule non sunt Imperatoris, imo
singulorum, vt insti. de rerum diui. §. singulorum. Nam
quod meum est alterius non est: vt. ĩ. de except. rei iudi. l.
ex sextante. §. j. ꝛ. ĩ. commoda. l. si vt. §. si duobus. Nam si
Imperatoris essent res singule, solus Imperator habe
ret rei vend. vt. l. in rem actio. ff. de rei ven. ꝛ de au. ꝛ arg.
lega. quintus. §. j. quod est falsum. ĩ. de rei vend. per totũ.
Sunt autem eius ratione iurisdictionis, ꝛ sic loquitur
C. de quadri. prescrip. l. fin. vel quod ibi dicit omnia tam
fiscalia ꝙ patrimonialia, ꝛ quod dicitur. C. ad le. rho. de
iactu. l. deprecatio. ego quidem dominus mũdi, scilicet
ratione iurisdictionis ꝛ gubernationis: sic dicitur. ĩ. de
verb. signifi. l. pronunciatio. §. potest autem. ꝛ rerũ amo.
l. j. ꝛ de pupil. substitu. l. j. ꝛ manda. l. creditor. §. lucius. ꝛ
argu. ĩ. de furtis. l. interdum. §. qui tutelam. ꝛ pro empt.
2 qui fundum. §. si tutor. ¶ Sed cum Imperator † iuris-
dictionẽ plenissimam habeat in personas ꝛ res sui impe
rij: vt. ĩ. de offic. proconsul. si in aliqua. §. fina. ꝛ. l. sequen.
Nunquid rem meã alij concedere potest. argu. ꝙ non. ĩ.
3 de regu. iur. id quod nostrum. ¶ Item dominia † sunt
de iuregentium, vt. ĩ. de iusti. ꝛ iure. l. ex hoc iure. quod
appellatur ius naturale: vt institu. de rerum diui. §. sin-
gulorum. ꝛ. ĩ. de iusti. ꝛ iure. omnes populi. at ius natu-
rale est incõmutabile, vt insti. de iure natur. §. fina. ꝛ de
leg. tu. §. fina. ꝛ no. ĩ. de constitu. prin. l. j. Arg. ꝙ sic, quia
4 creditor † dominium pignoris transfert quod non ha-
bet, vt argu. ĩ. de acquiren. rerum domi. ergo. §. alluuio.
et. C. de capi. ꝛ distra. pig. l. j. lib. x. ꝛ institu. de offic. iudi.
§. fina. sed in his omnibus factum fingit interuenire. C.
de euict. si ex causa. ꝛ. ĩ. de euict. si plures. §. j. ꝛ. ĩ. familie
hercis. si pignori. ¶ Item videtur expressum ꝙ possint,
ĩ. de euic. lucius. ꝛ de rei vendi. si verberatum. ꝛ de offic.
preto. barbarius. ꝛ. ĩ. de nata. resti. l. queris. ¶ Item sen
5 tentia † iudicis transfert dominium rei adiudicate non
domino contra dominum. ĩ. de rebus eo. l. sed si. §. illud
queri. sed illud est si domini traditio intercedat, al's se-
cus. ĩ. de except. rei iudi. ex sextante. §. latinus. sed certe si
iudex pronunciat rem petitoris potest petitor pro quo
iudicium est, vtilẽ in rem intendere contra illum contra
quẽ obtinuit. arg. ĩ. de iureiur. l. si duo. §. idẽ iulia. ꝛ. C. de
reb. cred. actori. ꝛ nulla facta traditione. arg. predictarũ
legum, ꝛ. ĩ. de reg. iur. res iudicata. ꝛ bona est argumen-
tatio sententie ad rescriptum cum illud sententia dica-
tur. C. de testamẽ. omnium. ¶ Item pro hoc. C. de qua-
drien. prescript. l. ij. ꝛ. iij. sed ibi possidebatur a princi-
pe res aliena. ¶ Item pro hoc quia omnia licent prin-
cipi que non prohibentur eidem. argumen. ĩ. quibus ex
causis maiores. l. necnon. §. quod eis. ꝛ. C. de religiosis.
statuas. qui ergo dicit hec non posse, ostendat: hec au-
tem ostendere non potest: iure enim diuino non, cum
in eo sit scriptum: hoc ius regis erit, predia nostra mili-
tibus suis dabit ꝛc. ꝛ qꝛ iure diuino nihil aliud appro-
priatur. viij. dist. quo iure. ius autem humanũ ipsum nõ
tenet, vt. ĩ. de legib. princeps. ꝛ. C. de legibus. digna vox.
6 ¶ Item pro hoc † quia a principe ius dominij impe-
tratur. C. de iure domi. impe. l. ij. ꝛ fina. ꝛ. C. si in cau. iud.
pig. cap. sit. l. fi. cum concor. Sed arg. cõtra. ĩ. de pig. act.
eleganter. in princip. Potest dici aut habet aliquod ius
iure proprietatis vel possessionis Imperator, tũc trans-
fert dominium. C. de ali. re. fi. co. cum pre. lib. xij. ꝛ de cõ-
munium rerũ alie. l. ij. ꝛ de quadrien. prescrip. l. ij. in fine.
Aut non, ꝛ tunc aut facit imperiale officium exequen-
do, ꝛ tunc idem: vt. C. de iure domi. impetrã. per totum.
dummodo sit eius contra quem concessio fit, al's secus,
vt dicta. l. eleganter. ĩ. de pigno. act. Aut priuilegiũ vel
gratiam alicui concedendo, ꝛ tunc si obtentu publice
vtilitatis facit valet, vt. ĩ. de euict. l. lucius. si forte a fisco
pretium reddetur: licet possessori videatur modicum re-
spectu rei. C. qui ex cau. ser. pro. pre. liber. acci. l. ij. ꝛ de rei
vendica. item si verberatum. §. j. Nec modo dicetur pati
magnam iniuriam. arg. ĩ. ad trebellia. publice vtilitatis.
al's non valebit. arg. ĩ. de manumis. testa. l. nec patrem. ꝛ
arg. de regu. iur. factum. ꝛ de manumis. testamen. qui fi-
lium. C. de pact. pactum. de preci. impera. offe. l. quoties.
ꝛ si contra ius vel vtili. publi. l. finali. quasi faciat non vt
Imperator. ¶ In fin. glos. que incipit, id est melius. vel
melius loquitur de mandato operis ffor. qđ cõtinetur
in prima lege. C. de vete. iur. enucle. l. ij. §. penul. s. sed cor-
rectio codi. in quarto, vt. C. de emen. iustini. codi. ¶ Sed
7 cum nos eruditionem. quia scholaris † audire debet:
anteꝙ̃ audiat. C. ordinem eorum librorum discẽdorum.
¶ Utilitatem. opposita iusta se posita clarius elucescũt.
¶ Et antea. in librorum singularium. ¶ Trecies. id est
trecenties. ¶ Discipuli. in parte que superest lecturam
8 post institutionum. ¶ Quia quod primum est. facit † ad
a questionem[a] cuꝫ plures equi pone duodecim ad brauiũ
current tres pariter preuenerunt: nunquid debetur bra
uium omnibus tribus an nulli. arg. quod omnibꝰ quasi
illi tres dicuntur primi cum nullus eos preuenerit, vt
hic ꝛ. ĩ. de iure dot. l. dotis. ꝛ. ĩ. de rerum diui. qui duos.
ibi, ambo primi ꝛc. ꝛ argu. ĩ. de verbo. signifi. proximus.
ꝛ vnde cognati. l. si quis proximior. ꝛ in. l. j. de vulg. sub-
stitu. ex duobus. ꝛ de legiti. tut. si plures. ꝛ de legi. here.
consanguinitatis. §. j. Sed credo ꝙ nulli. argu. ĩ. de reb.
dub. si ita fuerit. ꝛ de donat. inter virum ꝛ vxo. cum hic
status. §. si ambo. ibi: nunc videtur arg. ꝛ arg. ĩ. ad treb.

a ¶ Cũ plures eq ad brauiũ currũt ꝛ tres pariter p̄uenerunt nulli debet, sꝫ ipsi ꝛ omnes alij iterũ currẽt: sed intrantibus insimul castrũ obsessum secusqꝫ oĩes habebunt. de hoc secũdo vide Bartol. in. l. hoc articulo. de hered. insti. ꝛ Bal. hic, q aliter distinguit ꝙ̃ iste dicat.

2 latur exceptione, et hoc verū cum † in testamentis sit plenior interpretatio facienda: vt de reg.iur.in testamentis.

Heres cogitur. ¶ Actione ex testamēto per legatariū. ¶ Item in glos.imo legatarius.hoc ideo quia predium est tacite obligatum.pro istis.C.quib.cau.pig.taci.contrahi.l.j.sed cum testator legat rem suam alij obligatam heres tenetur eam exigere et prestare: vt.j.eod.si res obligata.ergo et sic tenetur soluere, vt hic.

Summarium.

1 ☞ Casus in quibus re legata non est legata eius estimatio: et quibus legata, et nume.2.

Sed si res aliena. ¶ Non legatarij. ¶ Legatarius.grauatus emere et alij prestare: et subaudi maxime, et dic vt not.j.tit.ij.patronus. ¶ Non habet.quia in eo loco vbi est res prohibetur emere: vt.s.de pigno.l.in quorum. ¶ Ei, puto.militi qui non potest aliquid possidere in loco vbi militat: vt.j.
1 de re milita.l.milites.Et dic † q interdum legatur res et estimatio cadit in legato non res, vt quando legatur militia vel tessera: vt.j.titulo.j.Titio Seio.in principio.et.l.mortuo.§.j.nisi in casu quando legatur seruo militia, quia tunc distinguitur vtrum sciens an ignorans: vt.j.titu.ij.fideicommissum.§.si seruo.sic et estimatio est in legato quando legantur affixa edibus.j.l.proxi.§.si duobus.et.j.tit.ij.nutu.§.fi. ¶ Item in alio.j.eod.si quis in-
2 quilinos. Idem † vbicunq legatarius non potest capere rem sed potest estimationē, vt patet in fratribus predicatoribus qui non possunt habere immobilia habent estimationem: et sic potest intelligi lex ista.et.j.eo.filiusfamilias.§.si quis.secus dicerē isto casu in stipulatione que est stricti iuris: vt.j.de ver.oblig.multum.nec est bonum exemplum gl.que ponit in iudeo, quia ille nec rem nec estimationem potest capere.C.de iude.l.j.j.de re.dub.cum senatus.nec credo tēpore harū legum esse inter iudeos et alios differentiam. Interdum res est in legato sed estimatio soluitur: vt quando pluribus res legatur insolidum.s.l.si pluribus.et.l.titie.§.fina.

Summarium.

1 ☞ Ingrediens monasterium si retineat sibi fundum retentio nihil valet, nec propterea vitiatur ingressus.

Cetera igitur. **§.Item queri.** ¶ Not.propter interpositionem repetenda est questio.pro hoc.s.de vulg.l.fi.§.j.et de mino.verum. ¶ Si duobus, detractionem non va-
1 lere.id est legatū vt detractio fiat.Et no.arg.† q si aliquis dedicat se hoc pacto vt retineat sibi fundum q retentio nihil valet et valeat ingressus, vt hic et.j.de adimen.leg.l.j.et.s.si vsusfruc.pet.l.j.§.ij.arg.q vitietur ingressus.j.de reg.iur.vbi repugnantia.et.s.de vsu et habita.per seruum.et not.extra de condi.appo.c.si.pro hoc.s.de testa.tutel.l.certarum.et.l.sequen.

Summarium.

1 ☞ Si statuto cauetur q noctu inuentus sine lumine condemnetur in certam summam: an inuentus sub porticu domus et apprehensus incurrat penam.
2 An appellatione domus veniat protectū aut porticus.
3 Vendita domo, an affixa et adherentia parieti vt ibi sint perpetuo vendita esse dicantur.

Hoc senatusconsultū. ¶ Non tantum
1 ad edes.Not.† argu.ex hac litera q si aliquis sit inuentus per familiam potestatis sub porticu sine lumine non incidat in penam statuti dicētis q si aliquis inueniatur sine lumine extra domum condemnetur in viginti solid.
2 pro hoc.j.tit.ij.prediis.§.antepenul.et fi. ¶ Idem † facit quando statutum est q si quis fecit insultum ad domum puniatur in cētum, q si fecit insultum in adherentijs puta sub porticu teneatur illa pena: et pro hoc quia aliud est dicere ad domum et aliud in domum, vt patet.j.de iniurijs.lex cornelia.et.l.item apud.§.conuitium.et.s.de offi.proconsul.l.meminisse.et hoc verum est. ¶ Quidam tamē dicunt contra cum domus certo fine limitetur: vt.s.fin.regun.l.iij.in fine.et.j.de vsucap.eum qui.instit.qui.mo.
3 ius patrie potest.solui.§.ij. ¶ Et si qua.ibi not.† argu.q quando vēditur domus, q ea que sunt ibi posita vt perpetuo ibi sint licet nō sint affixa cedant emptori.pro hoc s.de ac.emp.fundi.de pig.debitor.de relig.diui fratres.

Summarium.

1 ☞ Legans ius emphyteoticum quod habet in fundo si postea sit dominus fundi an tenet legatum.

Seruum filij. ¶ Legare.et videtur legare respectu iuris quod habet. ¶ Item in gloss.si autem.ibi: testetur.vel in patrem vel in aliū: nam modo pater non habet iure paterno sed iure cuiusdam extranei, et ideo non valet: quia ratione iuris quod
1 habet videtur legasse. Et facit † q si aliquis habens in fundo ius emphyteoticum legauit mihi illum fundum, et postea effectus sit dominus q nihil habeam, cum modo alio iure suus sit fundus. ¶ Nec obstat.s.eodem.q in rerum.§.j.vbi confirmatur acquisitio ratione pro-

prietatis

pietatis, quia illud ideo quia nihil erat in legato, quia vsumfructum legare non poterat, hic autẽ erat aliquid in legato: sic ꝛ al's sit ista responsio in solu. contrarioꝝ.ſ. q satisda.cog.iulianꝰ.ꝛ iud.sol.si ante.ꝛ facit.C.e.si vxor.

Summarium.

1 Rem sibi legatam ignorans nec repudians, si alteri eandem legat an possit reuocare legatum.
2 Legatũ a die adite hereditatis est in dominio legatarij.

1 **Si quis rem.** ¶Sed nunquid† hoc casu valebit legatũ? Videtur ꝙ sic: non enim videtur legasse ratione iuris quod habebat cum id ignoraret.ſ.de inoffic.testamen.mater decedens. ꝛ ideo vt aliene rei valet legatum.ſ.eod.cum alienam. Tu dic contra vt videatur potius legasse rõne iuris quod habebat vt sic plus sit in veritate ꝙ in opinione: pro hoc institut.eod.§.si quis rem suam. nam ista repudiatio est alienatio quedam, vt.ſ.de rebus eo.magis.§.fundus autem.sed cum ex volũtate alienatur res legata extinguitur legatum, vt.j.de adimen.lega.l.rem
2 relatam.ꝛ sic non valebit. ¶Retro.No.† legatum est in dominio legatarij ab adita hereditate.j.eod. si tibi homo.§.fundus.

Si pocula. ¶Secũdo in glos.sic.j.ibi: sed cõtra.tu dic ꝙ ipse testator fecit, ꝛ ideo hic dicitur si non mutauit voluntatem.

Si aree. ¶In glos.quia eadem.versi.secus.tu dic contra.ſ.eod.si grece.§.fina. Nec obst.§.si domus.quia ibi testator in ea area fecerat nouam domum, vt ibi patet.

Summarium.

1 Legatum relictum in fraudem creditorum non preiudicat.

1 **Si idem.** ¶Data erit.per legatum† autem non fraudantur creditores. facit.j.titu.j.si idem seruus.

Si duos. ¶In glos.obligatione. sed contra.j.de seruitu.lega.l.j.sed illa in seruitute expressa, hec in tacita.

Si a substituto. ¶Facit ꝑ questione quando substitutus emit aliqua ab instituto grauato restituere si decedat sine liberis, vt postea eo sine liberis decedente ꝛ pretium datum veniat in restitutionem. pro hoc facit qđ not.j.de verb.obliga. qui rome.§.fina. ¶Item ad fi.glos.maxime. ꝛ pro hoc.ſ.de act.empt.cu res.ꝛ qđ etiã sciens emit habeat actionem ad pretium facit.C.cõmu.de leg.l.fina.§.penul.

Cum res. ¶In glo.s.cũ viuente. ante versicu. facit. imo non est seruus in obligatione, sed estimatio damni est in obligatione, vt noxe deditio in solutum: sed dic ꝙ ibi erat in obligatione estimatio damni propter dominiũ ꝛ sic alterum ꝑpter alterum cũ perijsset sine dolo ꝛ culpa sua non tenet, sicut in simili.C. de iur.emphyteoti.l.j.sed hic vtrũqꝫ principaliter erat in obligatione, ꝛ ideo non liberatur vnius morte.

Item si. ¶In vltima glos.ibi, de arbi.sicuti. imo.l.si in tres.

Si heredis. ¶In glos.imo furti.vel dic ꝙ ista lr̃a loquitur quando volo agere non tanꝙ de re mea facta per aditionẽ ꝙ possum, sed tanꝙ de re mihi debita.quod etiam possum, vt.j.titulo.j.cum filius.§.varijs.

Si vnus. ¶Ne res in rerũ natura sit.sed ille qui occidit omnino tenebitur.j.de verbo.oblig.si seruum.ꝛ no.factum heredis non nocere coheredi.

Summarium.

1 Si debitor legat creditori debitum an valet legatum: ꝛ quis sit effectus illius legati.
2 Creditor actionem ex contractu quam sui natura contra vnumquemqꝫ heredum pro portione hereditaria debebat intentare: non potest insolidum contra vnum intentare nisi ille alioquin sit grauatus.

Si cui legetur. **§.Si Titio.** ¶Ibi nõ valet in eius creditoris persona cõtéplatione nõ presumpta. ¶Cum legatario. persone ipsius contemplatione presumpta. ¶Item in
1 gl.in vno.circa hoc sic dicas:† quia aut est debitor qui legat creditori, id quod debet, aut est extraneus. Si est debitor qui legat creditori qđ debet aut legat simpliciter, ꝛ istud legatum nullum est nisi aliquã vtilitatem habeat creditor ẜm formam legis.ſ.eodẽ.si creditori.ꝛ.l.seq.ꝛ.j. titu.j.meuius.§.si debitor. Aut legat ab vno ex heredibus, ꝛ tunc est vtile quãtum ad coheredes, vt.ſ.fami. herciscun.l.si filia.§.papinianus.j.e.seruo alieno.§. cum
2 testator.ꝛ cõtingit quoddam mirabile isto casu† ꝙ creditor actione ex contractu quã sui natura contra vnum quẽqꝫ heredem pro portione hereditaria debebat intentare, non potest intendere insolidum cõtra vnum, intentabit insolidum contra illum solum grauatum, vt.j.ti.j. cum ab vno. Aut legat creditori a legatario cui aliquid reliquit, ꝛ tunc aut reliquit contemplatione creditoris, ꝛ tunc creditor agit: aut contemplatione heredis, ꝛ tũc heres agit contra legatarium.j.de libe.lega.l.iij.§.fina. Aut dubitatur cuius contemplatione legauit, ꝛ tunc presumitur qđ cõtemplatione heredis sit relictum ꝛ ipse agit ꝛ non creditor, vt hic: nam ista litera debet intelligi in dubio vt magis contemplatione heredis sit relictum quia magis eius interest, vt hic ꝛ.l.si cui.§.si titio. Aut est extraneus qui reliquit creditori meo quod debeo, et tunc aut reliquit contemplatione creditoris ꝛ ipse agit: aut mea, ꝛ tunc ego ago: aut dubitatur, ꝛ tunc presumitur contemplatione mei debitoris, vt.j.de lega.iij.fideicõmissa.§.interdum.ꝛ in prealleg.l.de liber.leg.

Summarium.

1 Sententia collusoria non nocet tertio.
2 Sententia lata in fauorem alicuius in petitione hereditatis tenetur creditoribus.
3 Sententia lata contra scriptum heredem pro legitimo herede an nocet legatarijs.

Si seruus plurium. **Si hereditatis.** ¶Ad fi.gl.cuius.ſ.manda.si procuratorem.§.finali. Et not.ibi ꝛ hic.§.ꝙ
1 sententia† collusoria non nocet tertio vt hic. pro hoc.j. de litig.l.j.ꝛ de collu.detegen.l.cum non iusto. Item no.
2 ꝙ† ille pro quo pronunciatur in petitione hereditatis tenetur creditori: ꝛ dic circa hunc.§.cum queritur an la
3 ta† sentẽtia contra scriptum heredẽ pro legitimo preiudicet legatarijs refert vtrum lata est per contumaciam vel collusionem scripti heredis, an non. ¶Primo casu non preiudicat siue inofficiosum vel irritum pronunciatur: vt hic ꝛ.ſ.de inofficio.testa.si suspecta. ꝛ.l.qui repudiantis.§.fina.C.de pigno.l.preses.j.de collusi.detegen. cum non iusto.ſ.de euictio. si ideo. ꝛ sic personali scriptum ꝛ reali primum legitimum conuenient, vt not.dicta.l.qui repudiantis. ¶Secundo autem cessauit culpa scripti heredis, ꝛ tunc preiudicat siue inofficiosum pronuncietur, vt de inofficio.testamẽ.papinianus.§.si.ꝛ de

vulga. ⁊ pupil. substi. l. in substitutione. siue irritum. C. de petit. heredi. l. fina. ⁊ de fideicommis. eam quam. ff. de pignor. si superatus. §. si euictus sit. ⁊ j. ad leg. falcid. in ratione. §. j. Idem si falsum. C. de legat. si in fraudem. Nec obst. j. ad trebellia. si patroni. §. fin. quia repetitum fuit a venientibus ab intestato. Nec obst. j. de excep. rei iudi. l. j. quia non contra heredem ibi fuit pronũciatum. Aut si non cessauit, ⁊ tunc non preiudicat quo minus personali conueniri possit, vt hic: quia damnum qđ quis ⁊c. de reg. iu. damnum. quid ergo. que culpa est si iudicem prouocauit contra se, vt. j. de fideiussori. exceptione. vel scienter appellare ab iniuriosa sentẽtia omisit vel defensiones omisit. ff. mand. si procurator. §. si reali. Aut contra victorem non vtetur cum sit tutus per sententiam, arg. ff. de iusti. ⁊ iure. l. penulti. ⁊ dicta. l. si superatus. Si vero pro substituto sit lata aut legatarij nitũtur sententie vt substitutum conueniant ⁊ possunt, vt in. §. si tamẽ. Aut repellere querunt vim sententie cum eorum legata a substituto non debeantur, vt ea. l. licet. ⁊ tunc idem qđ in articulo legitimi dictum est cum eadem sit ratio.

Si quis ante. ¶ Non defenderit. ⁊ ob hoc sit hereditas fisco applicata ⁊ heredi ablata. ¶ Sed si subiecit. Not. quod factum me non procurante mihi prodest: vt hic ⁊. ff. de condic. furti. si seruus. C. de athletis. l. vnica. ff. solu. mat. si ab hostibus. §. j. si quis cautio. l. ij. §. plures. C. de seruis fugiti. quicunqꝫ. ff. quod met. causa. metum. §. sed quod. j. si cui plusꝙ per leg. falcidiã. l. iij. §. si legatarius. ⁊ valet ad multa.

Si numerus. ¶ In glo. No. ex septẽ. versicu. sed contra. j. vel dic ꝙ aliud est in oleo ⁊ aliud in alijs, vt eo. ti. l. ex vsu.

Summarium.

1 ☞ Legans nũmos quos habet in arca si consumpti sunt, non debentur vt numerata pecunia sed vt corpus.

SEd si certos. ¶ Neqꝫ permutationem. No.
1 arg. quando † quis legauit denarios quos habebat in tabula ⁊ postea recipit eos ꝙ nõ debentur si sunt consumpti: secus si non essent ibi vt corpus, quia videtur legare nomen, ⁊ opp. de lega. iij. fideicommissum. §. si rem.

Summarium.

1 ☞ Prepositio cũ, auget orationis significationẽ: ⁊ vide de vi ⁊ natura aliarum prepositionum, vsqꝫ ad nu. 2. ⁊ de natura dictionum coniunctiuarum.
2 Relatiuum quod, est nature restrictiue.

1 **SI cui serui.** ¶ No. † ꝙ prepositio cum, auget orationis significationem vt hic. Item prepositio per, auget verbi significationem. ff. de positu. cui eorum. Item prepositio de, vt. ff. deposi. l. j. Item prepositio ab. ff. de offic. pre. preto. illud. Item prepositio per. j. de ver. sig. vrbana. §. penu. ⁊ de adul. l. ij. Item prepositio in. ff. ⁊ de libe. ⁊ postu. gallus. §. ille casus. Item coniunctio seu. j. de au. ⁊ argen. le. l. si quis. Item coniunctio queqꝫ. j. de lega. iij. ea tamen. Item coniunctio et. ff.
2 de here. insti. l. si ita. Sed relatiuum † qđ, restringit: vt. j. de tri. vino ⁊ oleo leg. cum certus.

Si a filio. ¶ Pure. id est simpliciter. ¶ Pẽdente. secus si iam existente conditione decessisset pupillus. ¶ Item in gloss. hic distingue ibi: si fundus. §. fina.

QUid ergo. ¶ Maiorem. ꝙ ab impubere qui mortuus est purificata conditione legati. ¶ Qđ a substituto. ex eius persona. ¶ Item ad finem glos. vnius. vel dic cum alium, id est cum aliquẽ. ¶ Item in gl. ex primis. ibi: alterutro. ⁊ l. in duplicibꝰ.

Si quis duos. ¶ Utriusqꝫ. vt habeat ⁊ rem ⁊ estimationem, vnum ex persona sua, alium ex persona filij: vel ſm quod tangitur. j. eo. si seruus. §. j.

TUrpia legata.

§. Si Titie. ¶ In glo. vt ⁊. j. et est ratio. sed si hodie relinquatur vidue sub hac conditione nõ remittetur conditio, vt. C. de indi. vidui. tollen. auf. cui relictũ. ¶ Item in glos. sed per casum. ibi: viuo. imo si mortuo: vt ibi patet.

NEmo potest. ¶ In glos. accipe. versic. ⁊ dic. ibi: quod si heres. melius diceret si legatarij, quia hoc exemplum non est in textu. Uel dic ꝙ testator reliquit heredi legatum a quodam legatario. ¶ Item ibi potest dici contra. verum hic si sine dolo mutauit forum.

Summarium.

1 ☞ Stipulatio erronea, nullo iure sortitur effectum.

1 **SI legati.** ¶ Ad finem glos. ab herede. Not. † stipulationẽ nihil operari. sic. C. de pact. pig. Arg. contra j. de dam. infec. fluminum. §. vitium. ⁊ l. si edibus. pro hoc. j. de pecul. si peculium. §. j. quia cautio videtur contra naturam negotij.

SI res obligata. ¶ Specialiter. Alij dicunt etiam generaliter. arg. j. de dote preleg. licet. ¶ Item in glo. ante sententiam. ibi: magis enim. ⁊ ideo artificiose loquitur litera que dicit ꝙ nõ expressit ꝙ lucratur ab herede quãuis eo animo fuerit: nam si expressisset non videtur soluisse pro sua obligatione. ¶ Uel hanc. quo casu imposuisset heredi onus liberãdi, vt in prin. ¶ Uel aliam. eque bonam: quia. ¶ Superfluum. in re, vel rei estimatione.

DOmos. ¶ Extructas. sic intellige ꝙ heres in reficiendo domum impendit forte centum: postea superuixit pluribus annis ita ꝙ edificium nõ potest durare nisi forte quinqꝫ annis, certe estimatᷣ modo quãtum valet id quod isto tempore potest durare, non quãtum expendit heres. ¶ Item in glo. al's. ibi: sol. ibi nihil aliud vult dicere nisi hic impendit in rem suam, ibi in alienam: ⁊ sic facit ad questionẽ not. ff. de rei ven. emptor.

Summarium.

1 ☞ Quandoqꝫ relatiuum ꝙtitatis ponitur pro relatiuo numeri.

SI ita legatum. ¶ Inutile. imo videtur ꝙ debeantur decem etiam si non habet, vt. ff. eo. legato generaliter. Sed dic ꝙ Titio legauerat decem ex his que erant in patrimonio: vnde dicẽdo postea preter, etiam de his que sunt in patrimonio legasse videtur, vt. j. de penu leg. l. nam ꝙ. §. fi. vnde si nulla sint in patrimonio nulli debentur: vt. j. eo. si seruus le-
1 gatus. §. qui quinqꝫ. ¶ Tantos. No. relatiuũ † quantitatis ponitur pro relatiuo numeri.

Illi si volet. ¶ In glos. legatarij. versi. sed videtur. vel dic ꝙ in illis contractibus agitur de mutua obligatione contrahenda: vnde non debet esse in voluntate alterius an sit obligatus, vt de eo qđ certo loco nõ vtiqꝫ. ⁊ de actio. ⁊ obliga. sub hac. at hic contrarium est.

Si post mortem.

SJ post mortem. §. Si pure. ¶ Ad finem glos. libertas. de statulibe. stichum do lego.

SEruo legato. ¶ In glos. id est res. ibi: & per eam. si heres tenetur restituere legatario, vt j. eo. si tibi homo. §. cũ seruus. & in. l. hic alleg.

SJ domus. ¶ In glos. quoniam. & facit. s. de iure dot. cũ post. §. gener. ¶ Item ibi: vel generibus. que habent certos fines a natura.

Summarium.

1 Re legata an pro euictione heres cauere debet.

1 **De euictione.** ¶ In glossa, nec enim. imo † videtur quod etiam si res sit prestita sine cautione quod possit agi ex testamento quia non sit plene tradita, vt. j. de verbo. oblig. iulianus. §. j. ¶ Item in glos. & nihilominus. ibi: ex qualitate. quasi non soluerit. Item ibi. §. sed si. & s. eo. si res. Item ibi, cause nulle. vt quia emit rem a minore credens valere emptionem legauit illam rem: vel melius posset dici quod illa lex cum alienam. loquitur quando testator ignorat, lex si Sticho. loquitur quando errat.

In pecunia. ¶ In gloss. qd indulgetur. ibi: in fraudẽ. §. fiscalibus.

Summarium.

1 Emphyteota potest ius quod habet in re legare & donare saluo iure fictus & pignori obligare: sed vendere non potest nisi domino denunciet, vsqz ad nume. 2.
2 Duo insolidum possunt diuersum habere dominium.

1 **Si fundus.** ¶ No. † quod emphyteota potest ius quod habet in re legare: vt hic & de verb. signifi. in conuentionibus. Item potest donare saluo iure fictus, vt. C. de fund. patrimo. & censua. l. j. Item pignori obligare, vt de pigno. actio. tutor. §. etiam. de pignori. l. vectigali. institut. loca. §. adeo. non autem vendere nisi domino denunciet, vt. C. de iure emphy. l. fina. nam cum illa lex fecerit de pretio mentionem patet quod loquitur tantum in venditione, vt. C. de
2 predijs curia. l. fin. Item no. † quod duo insolidum possunt diuersum habere dominium sed non idem, vt de castrẽ. peculio. hereditate.

Summarium.

1 Exceptio rei que non est nihil operatur: quare vendens aut legans fundum excepto iure coloni cum nõ sit colonus nihil habebit pretextu illius exceptionis.

1 **S**J qs legauerit. ¶ Nota vbi † qs excipit ius quod non habet nihil valet exceptio. Et facit ad questionem: aliquis vẽdidit mihi fundum saluo iure coloni partiarij, sed nullus erat colonus, modo peto fundũ, ille vult habere partem sicut si esset colonus, nunquid debet habere? Certe non, nam cum nullus esset colonus nulla fuit exceptio, vt hic. & pro hoc. s. de cõtrahen. empt. pacta. §. finali. & hoc ideo quia istud pactum non fuit inductum causa noui iuris consequendi, sed factum ad conseruationem iuris qd erat: et ideo cum nullum sit ius quod possit seruari nihil valet pactum, vt. s. de vsufru. l. sub conditione. & cõmu. predio. si in venditione. & sic intelligitur de euict. si minor. §. fina. & l. fundus cuius. & de actio. empt. fundi mihi. pro hoc in eod. titul. si mercedem.

SJ heres. ¶ Mihi. ¶ Ad fi. glos. imo vel dic vt not. in predicta. l. si certum petatur.

Summarium.

1 Euidens probatur defuncti voluntas cum ex cõiecturis aut argumentis apparet.

LJcet Imperator. ¶ Ex multis. Not. multa dici tria, vt. j. patet. Item no.
1 quod † euidens dicitur voluntas que apparet ex coniecturis aliquibus vel argumentis.

Summarium.

1 Uerbum presentis temporis relatiuo iunctum an et quando facit conditionem.

SJ sic legatum. §. Si mihi. ¶ Nam & si. bene dixi quod non adiecta quantitate non valet: nam & al's video quod legatum non valet sine adiectione quantitatis, quod valeret si quãtitas fuisset adiecta, vnde sequitur, nam & si &c. ¶ Mihi
1 Titius debet. No. † quod verbum presentis temporis iunctum relatiuo facit hic conditionem: quod al's non facit sed demonstrationem, vt. s. eo. stichum qui meus.

Summarium.

1 Electio competens alicui ratione contractus an transit in quẽlibet successorem.
2 In obligatione alternatiua si legatur qd debetur, quis sit effectus illius legati.

Si quis ita stipulatus.

1 ¶ No. † quod electio que competit alicui ratione contractus transit in quẽlibet successorem etiam singularem, vt hic. j. de verb. obliga. si stipulatus fuerim. & l. fina. §. j. Sed pone quod quedã villa promisit Titio purgare quendam riuum ad arbitrium ipsius Titij qui mihi riuum vendidit: quero an teneatur meo arbitrio purgare? Uidetur quod non. s. loca. si merces. in princip. & de ver. oblig. l. si quis arbitratu. C. de contrahen. emp. l. fina. Econtra videtur argumẽ. huius. §. & C. cõmu. de leg. l. fin. & s. de procura. si is qui stichum. & pro hoc. j. de verb. obliga. si stipulatus fim. Nec ob. quod iste leges loquunt in vniuersali successore: quia idem est in singulari, ar. s. de iureiurã. etiam si in rem. de damno infec. l. fluminum. §. adijcitur. Item non ob. ll. primo allegate, quia loquuntur quãdo quis est electus vt minister: sed hoc factũ est obtentu rei. Et idem quando quis promisit resarcire damna arbitrio meo, & ego alij cessi iura. Alij dicunt hoc esse concedendum ex personis & ex causis. pro hoc. j. de act. & obliga. l. fina. ¶ Compellat. No. quod ago vt agas, sic. s. de act. & obliga. l. fina. loca. & conduc. cum in plures. §. mense. &
2 ad leg. rhod. de iac. l. ij. Et dic † stipulatus duo alternatiue interdum legat qd sibi debetur: interdum species stipulatione cõprehensas. ¶ Primo casu cedetur actio & si erat electio stipulantis erit legatarij vnius vel plurium: vt in prin. huius. §. nisi testator insolidum cuiqz legauerit qd sibi debetur, vt. j. titu. j. qui duos. & j. eo. non quecunqz. §. qui caium. Sed vbi omnibus simul legat & discordant in eligendo obtinebit. C. cõmu. de leg. l. si. §. j. Nam ibi dicitur quod sorte dirimetur. Si vero erat electio promissoris dabit qd volet: vt cum in alternatiuis &c. de iure dot. l. plerũqz. & s. de eo qd certo loco. l. ij. ¶ Secun-

do casu aut legauit ambas aut vnam, si ambas, aut sine discretione vni vel pluribus legauit, puta Stichum aut Pamphilum quos stipulatus sum lego Titio: vel ita Titio et Sempronio, et idem qd actio cedetur, argu. s. eod. apud iulianum. §. idem iulianus. Aut discretiue vnam Titio et alteram Seio, et tunc aut testator habet electionem, et opp. l. q si quis. que est sequens vt incedat actus ad speciem legatam sibi, alteri estimationem: aut promissor, et tunc heres agit et quod exegerit dabit ei in cuius legato erat, et altero nihil, vt. j. titu. j. l. si titius. al's vt heredibus. §. j. Si vnum tantum legauit aut electio erat stipulatoris et cedetur actio ad eam petendam, vt l. quod si quis. Aut promissoris et tunc heres ageret, et si eam consequetur prestabit, al's non: vt. s. §. presenti.

Summarium.

1 Fideicommissum quid est.

1 **Fideicõmissum.** ¶ No. † si deicõmissum proprie est qd a legatario relinquitur: et dic circa hoc quando fideicommissum relinquitur a legatario, quia aut legatarius legatum agnouit et percepit, et tunc ipse tenetur fideicõmissum prestare, vt hic. j. titulo. j. imperator. §. j. Aut agnouit sed non percepit, et tunc ipse tenetur fideicommissario cedere actionẽ ad ipsam rem: si illa sit per fideicommissum relicta, vt. j. titu. j. imperator. et de leg. iij. si legatarius. Aut nec agnouit nec percepit, et tunc ipse non tenetur sed remanet penes heredem cum onere fideicommissi. j. de vsufruc. leg. si ab eo.

Si quis testamento. §. Apud Julianum. ¶ Meuium. secus si in legatis secundo relictis dixisset se propterea nole legatum primi diminuere: nam tunc isti nihil haberẽt. s. eo. si ita legatum. et facit ad id quod not. C. ad leg. fal. l. j. vt de singulis detrahatur.

Summarium.

1 Legatum seruo cõmuni factum operat' vt seruus ille duorum personam gerat altero dominorum repudiante.

Si fundum. §. Si seruo. ¶ Cõmunis. subaudi est quasi, id est sic sunt duorum dominiorum quorum singulis legata sit pars rei. Et not. † q ratione plurium personarum
1 que in seruo communi representantur vnum legatũ pro duobus accipitur. sic de stipul. ser. seruus communis.

Si libertus. ¶ In glo. a patrono. in fi. Item cõtra. j. eo. si tibi homo. §. j. vbi vnus heres grauatus totum debet prestare. Sed potest dici q hic fuerint grauati nominibus appellatiuis, ibi proprijs: vel hic habet respectum tantum ad realem actionem, sed agẽdo personali poterit consequi vt ille heres grauatus redimat et totum prestet vt ibi. ¶ Item ad finem glos. quia non. j. ad leg. falci. quod de bonis. §. fi. C. arbi. tu. l. j. ¶ Deducetur. simi. s. e. apud. §. j.

Summarium.

1 Legatum pure postea repetitum sub conditione quid operatur.

Si paterfamilias. ¶ Ad finem glo. hoc ideo. vel dic q hic dicit' obtinere vbi quod a filio legauit sub conditione legat a substituto vbi intelligitur conditio si a filio deberi non ceperit: que conditio non potest intelligi vbi ab eodem eidem legat testator pure et sub condi-
1 tione nõ potest intelligi. Sic ergo † refert vtrũ ab eodem pure leget testator et conditionaliter eidem, et tunc aut per modum repetitionis: vt qd Titio legaui id heres meus si nauis ex asia venerit dato, et tunc sub conditione debetur. Aut per modum legati: vt ecce fundum Titio do lego eundem si nauis ex asia venerit ei lego, et tunc aut ex interuallo sic sub conditione legauit et debetur ex secundo legato conditionali nõ primo, aut incontinenti et tũc est in electione legatarij vtrum ex puro vel conditionali consequatur legatum, vt. l. contra. non ad ea. Aut legat ab instituto pure a substituto sub conditione, quo casu inest conditio si ab instituto deberi nõ cepit: et ideo si cepit ante deberi a substituto ex sua persona non debetur, al's secus vt hic. ¶ Item in glos. ab instituto. ibi debetur nisi repudiasset. ¶ Item ad finem glos. vel statim. et et tunc estimatio ei soluetur. s. instituto qui adiuit.

Non quocunq. ¶ In glos. vel statim. et tũc estimatio ei soluetur dubij euẽtus sicut al's fit. s. famil'. herciscun. sed et eius rei.

Fundus. ¶ Debebo. et cõsequar pretium qd dedi pro illa parte.

Julianus. ¶ In glos. et plus. ibi: vtrumq. al's verũ. et l. hic alleg. si quod ex Pãphila debet signari in sequẽ. gl. sed si habes vtriusq estimationem etc. tunc refertur ad casum huius. §. et superioris. Marcellus. al's non posset glos. sustineri.

Qui Caium. ¶ Alteri actiones. Nota argu. q qui cessit iura vni non possit cedere alij: et si cedat non valeat. pro hoc. j. de liber. vel si damnatus. et. j. titu. j. qui duos.

Huiusmodi. ¶ In princi. glos. qd Titio. q istud ideo est et contingit extra naturam conditionis adiecte quã prius debet implere, q aliqd consequatur, vt. C. de his que sub modo. l. fi. et. j. de cõditio. qui heredi. §. fina. leges enim ille non faciunt ad hoc sed contra. j. ad legẽ falcid. si fundus. cum casu se heredi daturum Meuio. ¶ Item ante versicu. non videtur. ne intercidat voluntas. ¶ Item in versi. item not. sed licet non valeat. et hoc non debet curare: nam debet implere conditionẽ, sed quia testator noluit, argumẽ. j. de condi. et demon. meuius.

Qui seruum. ¶ In glos. alio. ibi: dic qd non dicit. fm hunc casum iste versi. erit exemplum qualiter actiones cumulentur.

Summarium.

1 Dos an computatur in legato relicto a patre filie.

Cum pater. ¶ Ad finẽ glos. qd semper. sed si non concurrent quantitates tunc secus. pro hoc. j. de colla. do. si pater. et. s. eo.
1 l. plane. §. sed si non corpus. et dic † q interdum pater primo legat, et postea dotem dat filie, et tunc oppo. j. de lega. ij. lucius. et. C. eo. l. filie legatorum. ¶ Interdum primo dat dotem, et postea legat, et tunc aut dotem, hoc sic modo: dotem filie mee. et isto casu hoc legatum operatur vt filia dotem habeat precipuam, q si hec verba non dixisset deberet conferre fratribus, vt. C. de collat. aut. ex testamento. Aut legat corpus qd dedit in dotem et tunc debetur ei estimatio: nam ipse legauit rem alienam. insti tu. de lega. §. non solum. et est expressum. j. ti. j. cum pater. §. pater. Aut legat aliam rem vel quantitatem, et tunc illud habebit et nihilominus dotem: aut dotem promissam, et tunc aut genero et non valet, sicut quando debitor legat creditori, vt. s. de iure dot. cum pater. Aut filio et tunc si vir et filia tantum et ipsa consequitur si cauet heredi de indemnitate, vt. s. de iure dotiũ. cum pater. j.
de condi.

de conditio. z demonstratione.l.titio.

Summarium.

1 Creditor tenetur debitori ad duo post solutionem debiti: instrumẽtum solutionis facere, z reddere instrumentum obligationis.
2 Creditor tenetur soluere notario instrumentum crediti.

1 **Si ita legatum.** ¶Cui.No.† argu. ꝙ creditor teneat ad duo debitori soluenti, scilicet facere instrumentum de solutione. ad quod.C.de solu.pecunie.reddere instrumentum debiti. ad quod.C.de condictio.ex lege.l.disso2 lute.z ad exhibend.l.finali. Sed † quis contrahentium soluere tenetur instrumentum debiti an creditor vel debitor. Et dic ꝙ creditor, arg.C.de vsur.l.eos.quasi ad finem. ¶ Interciderint.sine culpa creditoris, al's cõtra.j.eo.l.ab omnibus.§.j.

Stichum aut Pãphilũ. ¶ Se velle dare.qd si dixit absente legatario corã testib'. Respõ.idem quia cũ ipse possit eligere presente z inuito legatario poterit eo absente.j.de regu.iur.l.qui potest.z de fidecõmissa.liber.l.ergo.§.j.z quia ista litera nõ distinguit vtrum presente vel absente mortuo sine dolo z culpa.¶ Item in glos.imo.in versic.dic ergo.hoc intellige in corpore hereditario iure heredis: quia non cessat ratio illius legis apud affines. z.j.ti.j.vnum.§.si rem.

Summarium.

1 Decime que percipiuntur pro alimẽtis animaliũ, translatis animalibus in alium locum decime debẽtur.

1 **Legatum est.** ¶ Editus fuisset. No. argumẽ.pro† plebibus que debent habere decimas ibi nascentium: nam si bestie aliquo casu in aliam plebem sint translate forte propter guerram, vt ibi sint tute vel ad tempus z ibi ediderunt, nihilominus illa plebs in qua esse debebant debebit habere, vt hic. z pro hoc.s.de seruis exportã.titius. ad hoc etiam facit.l.in predijs.§.fina.s.quib.cau.pign.tac.contrahi.l.debitor.z in cõcor.ibi positis.s.de pig. Nam res que est extracta vt iterum reponatur dicitur esse editum, vt.j.de verbor obliga.inter stipulantem.§.sacram.z de act.emp.fundi.§.fin.z.l.sequen.de cap. z postlimi.reuer. l.nihil.z de fundo instruc.l.quesitum.§.idem respondit. ¶ Domo.per fidecommissum.

Summarium.

1 Iudex potest arbitros discordes in concordiam adducere vt intra certum tempus concordem ferant sententiam.

1 **Si is cui.** ¶ No.† arg.ꝙ iudex possit cogere arbitros qui non concordant vt intra certum tempus concorditer ferant sententiam. pro hoc institu.de satisda.tut.z cura.§.penul.

Summarium.

1 Heres grauatus prestare corpus, si a legatario cõtrouersiam patiatur an cogere possit coheredes ad partes suas prestandas.

Si tibi homo. §. Si testamento.

1 ¶ Testator† grauauit vnum ex heredibus prestare corpus hereditatis alicui: nunquid posset cogere coheredes vt sibi prestarent partes suas tanꝗ ex fideicõmisso tacito, vt sic prestaretur legatario totum? Videtur ꝙ sic.j.de lega.iij.post emancipationem.j.eodẽ.l.si seruus. a ¶ Quod videt esse contra.ea ꝗ hic not.Dy.
a §.j.z.j.titu.j.cum pater.in princi.z hac.l.§.fina.[a] Sed tu dic cõtra. imo necesse habebit redimere a coheredibus, vt.j.de fidecommis.cum quasi.§.si plures.C.de fideicõmis.lib.si te etiam sic.z sic debet intelligi ad legẽ fal.licet. Nec obst.ll.alleg.in contra. quia illud ideo ibi contingit in recompensationem honoris infuncti vni.z pro hoc facit.j.ea.l.§.penul. ¶ Item in glos.quia nullum.ibi:item contra.illa concordat, quia vbi precedit signum vniuersale z sequitur negatio: tota oratio reddetur negatiua, vt de offic.proconsul.z lega. nec quicꝗ.§.vbi. z de auto. tuto.l.obligari.de admini.tut. si plures. z de legi.tut.legitimos.§.an ergo. Argu.contra.si quis caut.si seruus. §.j.ibi enim dicit ab heredibus omnibus dominium nõ querere.i.a nullis querere.

Filio pater. ¶ In glos.quia nõ denegat.ibi eo viuo: imo desistit z impletur eo decedente.j.eodẽ.ab omnibus.§.penul. ¶ Non enim. Respon. allegationi quam faciebant tenentes sententiam reprobatam, z coniunge z legem nam.

Sed si. ¶ Intellexisse.vt patet in.l. quid ergo.§.j.

Summarium.

1 Pater presumitur potius filijs prouidere ꝗ eos onerare.

Quid ergo. ¶ Absimilis. voluntas voluntati prioris casus.q.d.videtur filio voluisse prouidere vt sic possit habere legatum repudiata heredi-
1 tate non grauamen inducere: nam † pater presumitur potius filio prouidere ꝗ eũ onerare, vt hic z.j.de annu. lega.l.quintus.§.penulti.

Quesitum. ¶ Vel etiam seruo. vt legatum non dicatur inutile sui principio. ¶ Item in gloss.imo. versicu. vel dic sm quosdam ideo ꝙ legato seruo vtiliter legatur, vt.s.eo.l.seruo legato.

Presente. ¶ Ad fin.glos.z vtriusqz.z.j.qñ dies.leg.ce.l.si dies.§.fina.

Si mihi seruus. ¶ Aut seruus legatus querit ante mortem testatoris. z opp.hic.§.aut post mortẽ ante aditam hereditatem, z tunc opp.j.titu.j.cum seruus. Aut post aditam, z tunc oppo.s.eod.si tibi homo.§.cum seruus.z hoc in proprio testatoris, in alieno opp.j.§.proxi.

Summarium.

1 An z quando fructus rei legate sunt legatarij z a quo tempore cedant.

1 **Cum homo.** ¶ Causa.id est vtilitas. Dic aut † fundus legatus fuit hereditarius z tunc fructus sunt legatarij post acquisitum ei ex causa legati dominium, licet nulla mora precesserit.s.de vsuris.herennius.non ille qui est obligatus ad prestandum eos bona fide consumpsit.s.de acquirẽ. rerũ domi.quesitum. Aut heredis vel extranei, z tunc debentur legatario a tempore more inducte siue per cõtestationem vt hic, siue alio modo, vt.s.eod.apud.sicut dictur in vsuris.j.de legat.ij.si quis seruo. Illud autem constat ꝙ fructus percepti ante aditam hereditatem licet post mortem legatario non restituantur, vt.C.de vsur.z fructib.lega.l.fina.nisi heres in fraudẽ distulerit adire.s.de vsufru.si vsusfructus legatus.

Summarium.

1 Si euictus est fundus et agatur ad duplam, si authoꝛ vult prestare fundum liberatur.

SI fundū per fideic. ¶ In gloſ. no. et eſt argu. ex his. ll. ꝙ ſi † 1 euictus eſt fundus tibi et agis ad duplam, ſi authoꝛ vult preſtare fundum liberetur. Uidetur tamen contra. vt not. ꝭ. de except. dol. fideiuſſoꝛ.

Summarium.

1 Si per legatarium non ſteterit quo minus faciat, nihilominus valet legatum niſi contraria mens appareat teſtatoꝛis.

1 **S**I Titio. ¶ Nota † ꝙ vbi per me non ſtat quo minus faciam, nihilominus relictum conſequoꝛ niſi teſtatoꝛ non aliis voluit me habere ꝙ ſi fecerim. ꝭ. eo. ii quos. de condi. et demonſt. ſi quis eum.

PLane. ¶ Non erit. imo videtur ꝙ bene poſſit fideicōmitti eius, vt. ꝭ. e. quidam. §. fina. et ꝭ. de ſtatulibe. ſtatuliberum. C. de condic. inſer. cum quidam. cum ſimi. Sed dic ꝙ hic erat pure libertas data: vnde cum libertas ſit res ineſtimabilis, vt inſtituta, quibus ex cauſis. §. cum vero. ita poſſet grauari in vna ciuitate ſicut in decem libras, et ſic ratione impoſſibilitatis non valebit, ſed in legibus contrariis fuit data libertas ſub conditione non pure.

QUidam. ¶ In gloſſ. ſic. ꝭ. ſecus ſi intellexiſſet legare nomen, vt. ſ. eo. ſi ſic. §. i. et ſic intelligitur. ꝭ. tit. i. lucius. §. ciuibus.

Quoties. ¶ Ad fiſcum. quia heres adiuit anteꝙ eſſet vltus necem defuncti, vt. ſ. eo. ſi ſeruus. §. ſi ante.

Si tibi ſeruus. ¶ In gloſſa anteꝙ. vel dic clarius ꝙ illa quātitas erat in obligatione propter ſeruum legatum, et ſic alter propter alterum: vnde illo perempto propter qđ erat in obligatione liberat. ſic aliis. C. de iure emphy. l. i. inſtitu. de contrahen. emp. §. ii.

Summarium.

1 Executoꝛ an ante debeat pecuniam petere ꝙ conditio legati extiterit.

1 **Si ſcriptus.** ¶ Percipere. ſed videtur † ꝙ iſte non habeat actionē ad petendam pecuniam iſtam, vt. ꝭ. ad trebel. lucius. §. i. Sed dic ꝙ ibi non erat ad pias cauſas, hic ſic. C. de epiſco. et cleri. l. nulli. vel dic, refert vtrum dixit teſtatoꝛ volo ꝙ pecunia de qua ſoluenda ſunt legata ſit in depoſito penes talem vt ſoluat legata, et tunc ille nō habet actionem, vt ibi: quia natura depoſiti non eſt transferre dominium. ¶ Item illa loquitur in fideicommiſſo vniuerſali in quo teſtatoꝛ fuit ſibi contrarius. An dixit volo talem percipere pecuniam et ſoluere legata, et tunc videtur eum velle habere iure dominii tanꝙ legatarius, et ideo habebit actionem, vt hic et ꝭ. eod. ſi a pluribus. et l. ſi ſeruus. §. cum quid. et vt illo tempoꝛe quo extitit fideicommiſſum preſtetur ſi tamen deficiant legata non remanebit commodum penes iſtum ſi fuit miniſter electus, aliis ſecus vt. ꝭ. titu. i. ſi quis titio. Et not. ex hoc. §. et concoꝛd. ꝙ heres in diſtrahendis legatis et ſoluendis poteſt preuenire commiſſario in ſoluendo. pro hoc. ꝭ. de bonis lib. ſi libertus ſub conditione. §. i.

SI mihi Stichus. ¶ In gl. non deducto. ibi: ſed contra. dic ꝙ illud oppo. quando illud quod deductum eſt in legato deducitur in fideicommiſſo, hic quando alternatiue illud et aliud. Si vero aliud tantum deducitur in fideicommiſſo, tunc opp. de annu. leg. liberto. §. i. et ꝭ. titulo. i. l. cum pater. §. i. quia aut relictum equiualet fideicommiſſo, et tunc totum, aut non et tunc defalcatū preſtatur.

SEruus. ¶ Ad finem gloſ. facit. ſ. ſed illa loquitur in re que nunꝙ fuit noſtra, hec in re que aliquādo fuit noſtra.

Summarium.

1 Generi per ſpeciem derogatur.

1 **S**I domino. ¶ Pertinere. irreuocabiliter. ¶ In gloſ. de rigoꝛe. Tu dic differentiam † eſſe vtrum legetur vni genus ſiue vniuerſitas, et alii ſpecies: vt qꝛ dicit lego Titio omnes ſeruos meos et Sempronio lego Stichū, et tunc oppo. ll. contrarie vt generi derogetur per ſpeciem: an legem vni ſpeciem vt Stichū et alii optionem ſeruoꝛum, et obtinet litera iſta vt ille cui legata eſt optio poſſit eligere ſeruum alii legatum ſpecialiter vt ſi concurrant in illo ſeruo. et pro hoc. ꝭ. de opt. lega. l. ſi heres. et eſt ratio quia legatum optionis ſingulos ſeruos reſpicit ſingulariter: nā ſinguli videntur relicti ſingulariter ſi eligātur, vt inſtitu. de legatis. §. optionis. et ꝭ. qui et a quib. ma. li. non ſi. l. iii. illud tamen notandum eſt ꝙ legato optionis excipiuntur ſerui quibus legata eſt libertas, quia in dubio preualet legatum libertatis. ꝭ. de optio. leg. cum ita. §. i. et facit ad id quod not. extra de preben. c. quia cunctis.

SI minoꝛ. ¶ In gloſ. nam nō. imo habet neceſſe ire ad iudicem, vt. C. de teſta. mili. ſi rufinus. ¶ Item ad fi. gloſ. ideo non valet. propter Catonianam.

Summarium.

1 Quis ſit effectus legati tacite relicti et cautionis interpoſite pro eo preſtando capaci vel non capaci.

1 **I**N tacitis. Id eſt in his que tacite et ſecrete relinqui cōſueuerunt vt non capacibus. Et dic † cū quis grauatur reſtituere aut interceſſit domeſtica cautio aut non: ſi interceſſit de preſtando legato, vel fideicommiſſo alteri aut obligauit ſe de reſtituendo capaci aut non capaci, ſi capaci non peccat, ergo non punitur, vt. C. de lati. liber. l. i. Si non capaci aut fideicommiſſum deducitur in cautionem et nō apparet per teſtamentum vt quia nihil continetur in teſtamento: vel obſcure quia dixit fac quod ſcis, et tūc ſit fraus et punitur vt hic. Aut continetur in teſtamento ita ꝙ apparet quid et cui vult dari, et tunc non ſit fraus nec punitur: vt. ꝭ. de iur. fiſc. nō intelligitur. §. ſi quis palam. Si vero non interceſſit cautio ſe vera, tunc ſiue iniungatur expreſſe de reſtituendo non capaci non patitur penam, vt predicta. l. non intelligitur. in prin. ſiue tacite, nec tunc punitur, vt hic et dicta l. non intelligitur. §. tacite autem. et ſic patet ꝙ tunc demum peccat quando in ſecreta cautione ſe obligat de reſtituendo non capaci.

Summarium.

1 Quando vniuerſitati damnum eſt, et ſtatutum ſit damnum ab omnibus de vniuerſitate debere reſarciri: ſi qui priuilegio exemptionis gaudeant vtrum ceteri inſolidum teneantur pro eſtimatione damni contribuere.

Ab omnibus.

1 AB omnibus. ¶ Arg. quando † instant contra ꝙ damna data in villis debeant restitui p plebanatũ, ꝙ si vna villa sit exempta per priuilegium nihilominus alie teneantur insolidũ. ¶ Si Titio, quisquis. id est omnes, vt. s. de here. insti. hoc articulo. ¶ Item in glos. scilicet de decem. ibi: si in specie non hereditaria.

SI a pluribus. ¶ Ad finem gloss. sic ergo. melius facit. s. eo. si tibi homo. §. j. ¶ Heredibus. pro hereditaria portione singulos conueniendo.

SI seruus. ¶ Debet reddi. vbi reperiretur, non autẽ reduci ad locum petitionis: quoniam ⁊c.

Huiusmodi. ¶ Or constet. hic casus habetur. j. de re. dub. quoties. ¶ Item ad fi. glos. vt ⁊. s. nam dubitatio hic erat solum propter incertitudinem sed hoc non vitiat: quia incerto de certis bene potest legari sub certo fine, vt. j. de re iud. quidam rem. Arg. contra. j. de iureiur. pretor. ¶ Idq; ꝙ talis incertitudo non vitiet.

Stichum. ¶ Utile. post consecutionem rei ex stipulatione. ¶ Duabus causis. lucratiuis per legatum sequẽs stipulationem ex causa lucratiua facta deberi ceperat. ¶ Inutile. post constitutionem rei ex stipulatione.

Si ita scriptum. ¶ Nam ⁊ cum testator. intẽdit sm participare legatum primi. ¶ Item in glos. contra. j. titu. ij. ibi: verbum hoc tollit. sed in. l. de dote prelega. non est pronomen hic: ideo dic aut legat testator sine adiectione pronominis hic, tũc aut ex repetitione rei primo legate preiudicatur tantum heredi, ⁊ tunc includetur in secundo etiam si non sit adiectum pronomen hic, vt ibi. Si vero preiudicatur alij vt legatario ⁊ tunc non intelligitur fieri repetitio, vt hic. Aut legat secundo cum adiectione huius pronominis hic, ⁊ tũc fiet inclusio primi in secundo, ⁊ sic per hoc preiudicetur legatario, vt. j. de lega. iij. si sic. cum similibus. ¶ Item ad fi. glos. participat. vel hoc intelligitur ꝙ nulla ante legauerat ⁊ nihil erit contra.

Summarium.

1 ☞ Impetrãs rescriptum eo omisso ꝙ si dictum fuisset nihilominus concessum fuisset non vitiatur.

Si seruus. ¶ Iussus. directo, nam cum obiect. que posset fieri de lega.
1 titu. j. si idem. Et no. argu. † ꝙ si quis impetrauit rescriptum eo tacito ꝙ si fuisset expressum nihilominus concessum fuisset non vitiatur rescriptum.

Summarium.

1 ☞ Maritus legans vxori frumentũ quod habet mortis tẽpore in horreo: si superuiuat an illud quod postea mortis tempore habet in horreo vxori debeatur.

Qui quinq;. ¶ Mortis tempore. sed videtur spectari tempus mortis ⁊ non testamẽti, vt hic. ⁊ pro hoc qd verbũ presentis temporis trahitur ad futurum. s. eod. talis. ad fi. Et est
1 arg. quando † maritus dixit lego vxori mee frumẽtum qd habeo in granarium, ⁊ postea superuixit, ⁊ illud consumpsit: deinde postea tempore mortis sit in granario frumentum ꝙ mulier debebat habere illud.

Qui margaritam. ¶ Subaudi, in. l. et quia. ¶ Item ad finem glos. id est creditorẽ. id est si agnoscat legatum liberationis.

Summarium.

1 ☞ Facultas soluendi aliud pro alio an transit ad singularem successorem.
2 Legatum alternatiue relictum: vt aut equum aut centum heres prestet ad quem spectat electio.

SI quando.
1 §. Heres. ¶ Fundum. principaliter: † aut si non daret fundum daret centum, ⁊ sic alterum. i. centum propter alterũ. i. propter fundũ est deductum in fideicõmisso vt possit solui: ⁊ sic fundus est in legato ⁊ pecunia in solutum. ⁊ facit. j. de dote preleg. cũ scriptũ. ⁊ de ope. lib. si ita
2 stipulatus. in fi. electio ei † heredi conuento ad fundum: si mora, id est contumacia in dando fundum cum poterat non precessit: nam deinde per contumaciam cessantem ⁊ morã dandi fundi cum posset transfunditur legatum fundi sine dolo non potest deprehendi ⁊ alienã rem dare non possit domino volente, ⁊ sic est condemnandus in estimatione. s. eo. si domus. §. qui confitetur. que estimatio hic erit centum vt facta a testatore. Si vero possit redimere per interpellationem fit mora ⁊ transfusio primi legati in secundum in centum, ⁊ tunc ad centum est conueniendus ⁊ ante litem, cum est electio eius dandi fundum vel centum non autem post. j. de penu lega. l. j. Et hoc si translatum fuit sed si non fuit translatio sed prestatio facultatis alterius soluendi: tunc solus fundus petendus est, etiam in rem actio: sed solutione facta pecunie retinebitur causa legati in fundo non plene sortita effectum, ⁊ ita fuit hic. ¶ Ipsum heredem. alternatiue conuentum, vt institu. de actio. §. huic. ⁊ qd j. dicit, non prestaretur expone, id est prestari negaretur: quo casu nõ variabit reus inuito actore. s. e. huiusmodi. §. stichũ. licet secus in stipulatione. j. de verb. oblig. eum qui certarum. Nec potest dici alterum in obligatione ⁊ alterum in solutione: quia post litem contestatam sublata esset potestas solutionis eius que in obligatione non fuit. j. de penu lega. l. j. de solutio. si quis decem in melle. Uel dic conuentum ad fundum simpliciter, ⁊ sm hoc legatarius cuius est eligere actionem petet, vult fundum vel centum, vt. s. l. proxi. §. ij. titu. j. lucio. sed heres soluit quod vult. Uel dic melius cum duo ponũtur in legato quorum alterum est spectandum, aut in legato vertitur alternatio, vt ibi, illud aut illud, aut est translatio, vt ibi, heres meus fundum dato ⁊ nisi dederis decem dato: vel alterius soluẽdi facultatis prestatio, vt fundum illi des, aut p eius estimatione centũ quos vel soluas. ¶ Primo casu ⁊ si species hereditaria sit deducta in legatũ subducatur sicut in legato optionis, ⁊ in tali articulo non potest loqui hec litera cum electio sit heredis ⁊ ante electionem vẽdicetur a possessore legatarium. ¶ Secundo casu sola pecunia post moram petitur ⁊ non fundus si legatario mora fiat per heredem, secus si eius heredi. j. quando dies leg. ced. si penu. ⁊ si ante interpellationem heredis heres alienauerit potest peti a possessore sed pecuniam dare potest, vt hic: sed si post moram heres alienauerit sola pecunia petetur ab herede, vt. j. de pe. lega. l. j. ⁊ non fundus a possessore. ¶ In tertio casu vbi fundus in legato pecunia in solutum opp. hec litera, ⁊ quãdocũq; pecunia solui potest, ⁊ agatur ad principale, vt arg. s. de act. emp. l. j. ⁊ de verbo. oblig. stipulatus. §. fina. ¶ Uerius est vt ante lit. contesta. ⁊ non post detur vel facultas, ⁊ ideo caute ponit offerat ⁊ inhiberat. ⁊ ad hoc. j. de soluti. si quis stipulatus decem. ¶ Item ad fin. glos. etiam post. sed illa regula reprobatur in legatis vbi testator ei concessit, vt. j. tit. j. lucio titio. ⁊ ideo hoc intelligas ꝙ fuit heredi data electio.

ETiam si partis. ¶ Tutor. datur ad partem bonorum, vt. s. de testamen. tute. sed tamen. ¶ Item in glossa plus. sic. C. de plus petitio. l. vnica.

Summarium.

1 Manumissio similis est morti.
2 Heres manumittens seruum legatum, an tenetur ad eius estimationem.

Si quis inquilinos. §. Cum seruum. ¶ Ad finē gl. vt initur. sed videtur ꝙ heres ad nihilum teneatur:
1 nam † manumissio similis est morti, vt. ꝭ. de soluk. si alienum. ⁊ de furt. inter omnes. sed si esset mortuus sine dolo ⁊ culpa eius non teneretur, vt. ꝭ. eodē. l. non amplius.
2 §. j. nec hic teneri debet. Sed dic † ꝙ cum seruus peruenerit ad libertatē facto heredis perinde est ac si euꝫ occidisset: quo casu perpetuo teneretur. ꝭ. de verbo. obliga. l. si seruus stipulatus. sic ⁊ hic teneri debet. Sed nunquid peteret estimatio? Respon. non, sed peteret seruus ⁊ estimatio prestatur. arg. predicte. l. si seruum.

Summarium.

1 Juramentum appositum super facto inualido illud non firmat.

Si quis scripserit. ¶ In glo. vt lego. ibi: ad hoc. istam partem referas ad princi. glos. Et not. hoc. §.
1 ꝙ † iuramentum non firmat qđ est inualidum propter turpitudinem: sic. C. de lega. non dubium. ꝭ. de pact. iurisgentium. §. finali. ⁊ in auk. scenica. non solum. extra de iureiuran. quanto. ⁊. C. quemadmo. testa. ape. Sed si al's esset inualidum bene firmaret, vt. ꝭ. tit. j. cū pater. §. filius matrem. ⁊ facit ad. §. ꝭ. de regu. si quis. §. impensa.

Filiusfamilias. §. Apud Marcellū. ¶ Non plus. facit. ꝭ. de fideicommis. libe. generaliter. §. si rogatus. ¶ Item in glos. de ali. ⁊ cib. leg. fauore alimentorum. ¶ Item ad finem eiusdem glos. ⁊ sic valet legatum officio iudicis licet non per actionem: sic ⁊ in legatis relictis fratribus minoribus.

Si quid alicui. ¶ In glossa vt muto. vt quia debebam aliquid percipere pro aduocationibus ab aliquo monasterio ego, ⁊ tibi dederim hoc ius ⁊ lego alicui muto hic. ¶ Propter qualitatem. pone exemplum per. l. C. non licere habita metro. loca sua ad ali. transfer. ¶ Probabilem. vt quia relinquitur militi fundus in loco vbi militat, vt. ꝭ. de re milita. milites. ¶ Item in glos. facile. sed certe non potest capere etiam estimationem, vt. C. de hereti. manicheos. sed posset poni in eo qui est coactus vēdere seruos suos eo quod eos fame afficiebat, quia eos amplius habere non poterat, vt. ꝭ. de ijs qui sunt sui vel alieni iur. l. ij. modo si isti legetur seruus quē vēdere coactus fuit non habebit estimationem. Uel dic aut testator sciebat eius esse talem cōditionem, ⁊ tunc debeatur al's non: vt. ꝭ. de lega. iij. fideicommissa. §. si seruo.

Ut quis heredem. ¶ Rogari. id est per rogationem compelli quatenus deducta trebellianica ⁊ fructibus eius. vt. ꝭ. titu. j. pater. §. titio.

Secūdum vulgarē. ¶ Inestimabilis. hec est ratio quando non compellitur: quia non debet plus prestare ꝙ perceperit, vt. ꝭ. §. apud marcellum. sed hic non potest fieri compēsatio honoris ad emolumentum, ⁊ ideo non cogitur.

Diui Uerus. ¶ Sul. testatoris. Item ad fin. glos. emancipenk. hec vera. ¶ Agentibus. nondum impleta conditione. Item in glossa ibi presumatur patrem. imo vult dicere patruus. Item ad fin. scilicet possit. hec est falsa vt not. ꝭ. ad trebellianū. l. apud. §. vtrum. ¶ In glos. que incip. sic ergo ⁊c. cui glos. est contraria glos. que est. ꝭ. eo. tit. l. cum filiofamilias. in vlti. gl. cum qua ista concor. ⁊ vide quod not. C. de fideicommis. l. cum fin. ¶ Non omnibus. sed tantum superstitibus.

1 Si quis riuos. ¶ Scilicet publicos vel † cloacas, scz publicas. Vel dic priuatas in quarum erat quasi possessione: secus esset in itinere vel via in cuius quasi possessione erat, nam posset impediri reficere nisi ostenderet sibi seruitutē cōpetere. argu. ff. de itine. actuque pri. l. iij. §. deinde. nō autem iste posset impediri, sed opus est vt sit in quasi possessione ducendi aquam vel immittendo cloacam, vt ff. de riuis. l. j. §. deinde. et §. hoc interdictum. et. l. fina. sic. ff. de fonte. l. v. §. deinde. et. ff. de cloacis. l. ij. §. hoc interdictum. et §. deinde. Sed dices nōne quilibet reficiens euitat nunciationem operis noui: vt. s. e. l. j. §. si quis vetus. Dic quod non, vt patet in reficiente iter vel viam. Nec obst. §. si quis vetus. s. eod. l. j. quia loquitur in fulciente, vt ibi apparet: nam per illam non mutatur rei facies in qua fit opus. Item ibi in fultura est periculū si differatur et ideo spernitur. Itē ibi possidet ipsam rem que reficitur. hic autem in casu itineris nō possidet locum licet in possessione vel quasi seruitute. Quid autem sit reficere: dic vt. ff. de riuis. l. i. §. deinde. Illud autem certum est quod facienti nouum riuum potest nūciari nouū opus, vt. s. l. j. §. opus. et. ff. de riuis. l. j. §. fin. et sic tene primam sententiā,
2 et vt liqueat ista materia sic distingue. Cum querit † an reficienti possit opus nouum nunciari: aut possidet rem

quam reficit, ⁊ tunc nō nunciatur, vt. s. ea. l. §. si quis ve-
tus. aut nō possidet: ⁊ tunc aut est in possessione alicuius
iure, propter quod vult reficere aut nō. Primo casu re-
fert quale sit ius, vtrum itineris vel actionis: an vero
aque ducende vel hauriende, vel cloace immittēde. Pri-
mo casu per nunciationē inhibetur, vt. ī. de itine. actuq;
priua. l. iij. §. hoc autem. ⁊ ī. de riuis. l. vlt. Secundo ⁊ ter
tio spernit̄ nunciatio, vt in hoc. §. si quis riuos. ⁊ ī. de ri-
uis. l. j. §. hoc interdictum. ⁊ l. iij. §. penul. ⁊ l. fina. ⁊ ī. de
fonte. l. j. §. deinde. Fallit tamen cum peto mihi caueri
de dam. infe. vt. ī. de riuis. l. iij. §. penul. ⁊ ī. de cloacis. l. j.
§. si quis mihi purganti. In secundo casu quando nec
res nec ius possidetur per nunciationem poterit inhibe
ri: argu. ī. de itine. atq; priua. l. iij. §. hoc autem.

Summarium.

1 ☞ Demonstratio ad oculum fieri debet, vbi res ver-
bis innotescere nequit.
2 Libellus incertus seu generalis an dari possit de omni-
bus quas quis in certo loco rebus possidet.

1 **Qui nunciat.** ¶ Not. † ꝙ vbi res non
potest per verba innote-
scere, facienda est ad oculū demōstratio: vt hic ⁊ institu.
de gradib. cogn. §. agnationis. s. finium regun. l. si irru-
ptione. extra de libel. obla. c. ij. ⁊ facit in versicu. toties. vt
2 possit † dari libellus de omni eo qđ possides in tali loco:
sed contra est, quia esset incerta petitio, vt. ī. de acquirē.
posses. l. possideri. §. j. Sed ⁊ quid si petā villam quandam
totaliter: nunquid talis libellus admittitur? Certe sic: vt
extra de restitu. spoli. §. cū ad sedē. s. de leg. ij. l. titia. ī. §. j.

Summarium.

1 ☞ Agere aut remissionem in iudicio petere potest
amici nomine citra mandatum, modo de iudicato sol-
uendo satisdet.

Qui remissionem. ¶ Per istū. §.
qui remissionē
dicunt aduocati Bono. Ecce statuto Bonon. cauet̄ ꝙ
actor debeat habere tot dilationes, ⁊ reus plures: pone
quidam Titius fecit sequestrari bona mea, ego compa-
reo ⁊ peto reuocari dictum sequestratū, modo querit̄ an
sim actor vel reus. Et dicūt ꝙ sum reus per hūc. §. Ray.
1 ¶ No. arg. † ꝙ quis potest postulare restitui sibi tenu-
tam acceptam amico suo, licet non habeat mandatum
a satisdando de iudicato soluēdo. Et idem in bannito[a] vt
possit petere tenutam sibi acceptam restitui, licet agere
non possit, argu. s. de in ius vocan. l. libertus. ⁊ expres-
sum. ī. de priuileg. creditorum. l. si pupillus. §. defendere.
quod semper intelligo solutis omnibus expensis factis
a primo termino inantea: vt. C. de iudi. l. sancimus. ⁊ vi-
de qđ not. per Cy. in. l. minor. ff. de euict.

a ¶ Licet bānitus agere nō possit, potest petere tenutā sibi restitui. de hoc vid id quod not. in Spe. de contumace. §. fi. v. sed pone rē passus. ⁊ est circa finē. §.

Summarium.

1 ☞ Turpitudinē suam in iudicio allegans an debeat
audiri.
2 Procurator nomine domini nouū nūcians opus, quan
do de rato cauere teneatur.
3 Cautio de rato per procuratorem data in exordio quan
do ad omnes actus sequentes extendi debeat.

Si procurator. ¶ In glos. que inci-
pit, ante. de opere de
moliendo, supple nihilominus inquietet dicens satisda-
tur voluntate domini non recepta, ⁊ sic ipso iure non
1 valere: sed hoc non videtur posse defendi, † nam debet
posse hanc suam turpitudinem allegare, vt. C. de transa-
ctio. l. transactio. Item alia ratione, si enim est procura-
tor qui inquietat ipse suo nomine certe tenetur, vt. ī. qđ
vi aut clam. l. si deniq;. §. fi. ⁊. ī. de vi ⁊ vi arma. l. j. §. quo-
ties. ⁊ ideo nō habet locum satisdatio iudicatum solui,
vt institu. de satisdat. §. j. ⁊. ij. Et ideo dic dominum mo-
lestiam inferre vel procurator mandato domini eo ꝙ
dicebat satisdatum non durare forte propter inopiam
fideiussoris, vt. ī. eod. pretor. §. ⁊ si satisdatū. ⁊ sic nomine
domini qui ratam habuit nunciationem ⁊ remissionem
conuenitur ex edicto. ī. eo. pretor. §. deinde. In tali enim
prohibitione nullum versatur delictū: nam si reperiat̄ sa
tisdationē nō durare fiet absolutio, vt. d. §. pe. ī. e. pretor
apparet. Si eñ diceretur vt dicit glos. sc; non conceptā
volūtate dñi satisdationē deberet agi ex stipulatione de
rato, vt. ī. eo. cū procurator. Item in hoc casu in quo lo-
quitur glos. suo nomine tantū tenetur prestare non autē
domini cui satisdatū est: quia ratum non habet. sic nō sa
2 tisdaret iudicatum solui. Dic ergo † aut procurator in-
teruenit ex parte opus inhibere volentis: aut ex parte
opus satisfacere volentis. ¶ Primo casu, aut procurator
interuenit in nūciatione, ⁊ tunc obtinet. §. qui procura-
torio. s. ea. l. aut in remissione, ⁊ tunc idem quia cauet de
rato, vt. ī. e. cū extra. §. fi. Aut in agendo ex stipulatione
domino interposita de opere demoliendo, ⁊ tunc s'm ge
neralem regulā cauet, que est. C. de procura. l. j. Aut etiam
defendendo conuentum dominū ex interdicto qđ cōpe-
tit ex remissione qđ edictū est. ī. eo. pretor. §. deinde. ⁊ tūc
non de rato sed de iudicato soluendo satisdat, quia par-
3 tes sustinent defensoris. Aut † idem procurator ad hec
omnia interuenit, ⁊ tūc dic ꝙ cautio rati in exordio nun
ciationis prestita extēdatur ad ratihabitionem nuncia-
tionis ⁊ remissionis, de quibus. s. dixi, vt. ī. eo. cū procu-
rator. in princi. ⁊. ij. respon. nihilominus tamen satisdat̄.
iudi. solui si nomine domini cōueniatur ex edicto quod
propter remissionem competit, vt hic. Si autem interue
niat ex parte opus facientis: aut interuenit in petendo
remissionem, ⁊ obtinet. §. qui remissionem. s. ea. l. aut in
agendo interdicto ex remissione cōpetente: aut in defen
dendo cōuentū ex edificatione. ¶ Primo casu aut agit
ex satisdatione sibi facta, ⁊ tunc non cauet de rato, vt. s.
de procura. non cogendum. §. fina. quasi sibi domino nō
fuerit quesita actio: aut ex denunciatione per interdictū
ne vis fiat ei ⁊c. quod est. ī. e. pretor. §. deinde. ⁊ tunc caue
bit ex generali regula: nam posset succumbere, quia non
duraret cautum, vt. ī. eo. pretor. §. penul. ⁊ sic non posset
dominus procedere in opere sine noua cautione de demo
liendo ratum habendo, que non est sibi noua cautio ne-
cessaria si non habeat ratum, imo saluum habet interdi
ctum nūciationis vt olim, vt dicta. l. pretor. ⁊ sic interest
committi ratum habere a domino, ⁊ ideo de hoc sibi ca
uetur a contrario sensu predicte legis non cogēdum. §.
fina. ¶ Secundo casu, aut defendit patiendo aduersa-
rium veniri ad destructionem, ⁊ tunc cauet de rato: vt
s. de procura. l. vel operis. aut litigādo, ⁊ tunc cauet de
iudica. solu. propter destructionem, ⁊ de rato propter
constructionem. arg. s. de procur. pomponius. §. si is.

Summarium.

1 ☞ Seruitutes quotuplices sunt, ⁊ quibus valeant lo
cis constitui.
2 Nuncians nouum opus ob illicitum aut ruinosum in
publico aut etiā in priuato, quando satisdare teneatur.
3 Nunciatio facta propter vitium operis an remittatur
inuito denunciatore, si de opere demoliendo satisdetur.

1 **Non solum.** ¶ Primo responso
dicit litera † quedā
sunt seruitutes que constitui possunt etiam
mediis locis publicis vel priuatis interuenien-
tibus. Dicit glos. sicut sunt seruitutes vrbane non rusti-
ce, sed male dicit: nam quedam rustice seruitutes bene
possunt deberi etiam medio loco publico vel priuato: si-
cut est seruitus haustus aque que rustica est, vt in instit.
de seruitu. §. in rusticorum. ⁊ ꝙ possit ita constitui, pro-
batur. ff.

batur.ff.de seruituti.l.seruitutes.§.publico.⁊.j.de aqua
plu.arcen.l.si panis.§.via publica. ¶ Item quedã sunt
vrbane que deberi non possunt interueniente medio lo-
co publico vel priuato, sicut est seruitus tigni immitten-
di que vrbana est, vt in institu.de seruitu.§.item predio-
rum.⁊ ꝙ non possit ita constitui, probatur.ff.de seruitu.
2 l.fina. ¶ Super eadẽ.l.§.si cum iure.distingue hic: † aut
nuncio nouum opus ratione illiciti operis, aut ratione
ruinosi operis. ¶ Primo casu, aut priuato iure prohibe
re intendo, ⁊ tunc satisdari debet: aut quia in publico fit
opus cum nunciatur, ⁊ repromissione contentus ero, vt
hic. Sed ratione operis ruinosi tunc si in publico fiat sa
tisdatur: si in priuato suo nomine repromittitur alieno
satisdatur, vt.j.ti.j.pretor. ¶ In primo articulo diuersi-
tatis ratio redditur hic in isto.§.si cũ iure. ¶ In secũdo
ratio est, quia vbi sua res est iure ciuili vel pretorio, credi
bile est ꝙ taliter edificabitur ꝙ nõ ruet, ⁊ ideo repromit-
tit: in aliena autem hec presumptio non habetur, ⁊ ideo
satisdat, vt.s.de probatio.l.cum de indebito.⁊.j.de solu.
3 l.j. Sed † cum sit nunciatio ratione vitiositatis operis:
nunquid remittit nunciatio satisdatione prestita de ope
re demoliendo inulto denunciatore, cum modo petat sa
tisdari.de dam.infec. Respond. non, cum cautio damni
infecti celeritatem desideret, vt.j.de dam.infec.l.j.⁊ ideo
nõ poterit in opere procedi nisi cautione, de dam.infec.
prestita cũ fideiussore vel sine ſm.l.pretor.j.de dam.infec.

Qui opus. ¶ In glos.i.nũciationẽ. vel dic
id est scripturam corã testibus
factam: vt.s.vsufruc.quẽadmo.caue.l.j.§.recte.

Summarium.

1 ☞ Persona singularis testimonium perhibere potest
in causa vniuersitatis.
2 Testis idoneus nemo iudicatur in causa propria.
Ius prohibendi an sit idem cum nunciatione.
3 Nunciationem morte recipientis eandem non extingui
qualiter intelligendum.

Si cum iure. ¶ Quid si mista cõside-
ratione fit nũciatio, vt.s.
de pupillo.j.respon. Dic satisdandum, vt.s.de procura.
1 non cogendum.§.si cum iure. Queritur nunquid † sin-
gularis persona possit ferre testimoniũ in causa vniuersi
tatis? Et videtur ꝙ nõ, cum damnum ⁊ vtilitas ad eum
spectet: ⁊ nemo in sua re idoneus testis intelligitur, vt.s.
de testi.nemo. Sed tu dicas ꝙ sic, cũ ea que sunt vniuer-
sitatis non sint singulorum, vt.l.in tantum. ⁊ argumen.
huius.§.⁊ ita approbat consuetudo. Gui.de suza. Sed
alij distinguunt aut qđ petit ab vniuersitate est de bursa
2 singulorum prestandum, ⁊ tunc non admittitur cũ † ne-
mo in re sua idoneus testis dicatur, aut qđ petitur non
est de bursa singulorum prestandum, vt si peto fundum
ab vniuersitate, ⁊ tunc auditur ⁊ admittatur: sed Si-
mon.vj.dicit quẽlibet de vniuersitate admittẽdum pro
vniuersitate, sed adhibẽda est minor fides. Iaco.de are.
¶ Ea.l.§.fi.super litera que dicit, q: his modis finit ius
prohibendi: dicit glos.ius prohibendi, id est nunciatio,
sed certe ſm quod exponit glos. idem est ratio qđ dictũ.
Dic ergo quia his modis finitur ius prohibẽdi, scilicet
in personam nũciantis. ¶ Eadem.l.§.si morte.sed quid
3 est qđ hic in fi.dicitur ꝙ † morte nunciationẽ recipientis
non extinguitur nunciatio: ideo quia in stipulatione de
opere demoliendo fit mentio heredis, hic nulla ratio vi-
detur, sed bona est. Nam cautio simpliciter non vt plus
debeatur, sed vt magis sic cautũ interponatur.s.ad tre-
bell.titius.in fi.cum ergo edificantes heredes in cautio-
nem deducant, apparet ꝙ sine cautione eius erat post
nunciationem eius demolitio facienda.

Summarium.

1 ☞ Nunciatio facta infanti ⁊ furioso valida non existi
matur, nisi fiat ijs qui eorum nomine operi incumbunt.

Operis noui nuncia.
¶ Sup litera que dicit furioso infanti posse
fieri nunciationem. dicit glos.si in preiudiciũ
nuncianti vt perdat possessionem: nõ autem in preiudi
1 cium infantis, nisi ex quo tutor sciuit. Tu dic † ꝙ semp
tenet nunciatio facta furioso ⁊ infanti ijs qui infantis
vel furiosi nomine in opere sunt etiam anteꝙ̃ tutor ⁊ cu
rator sciat.s.in tantum vt teneatur ad patientiam nõ au-
tem ad impensas: de facto vero etiam postꝙ̃ tutor sciuit
tenebatur ad expensas, sed quid si ipsi infanti? Respon.
nullius est momenti cum nemini facta videatur si solum
modo ita in opere, quo casu non valet.j.vt.l.de pupillo.
§.si quis forte.⁊.§.nunciari.cũ eius etas ⁊c.vt.C.de fal.
moneta.

Summarium.

1 ☞ Procurator promittens dominum non nuncia-
turum, aut remissionem faciens nomine domini, an li-
get dominum.
Satisdatio de opere demoliendo quando in personam
domini censeatur conferri
2 Stipulatio de rato quando in nunciatione noui operis
contra procuratorem committatur.

Cum procurator. ¶ Ca
ue tibi
a quadam glo.posita in hac.l.que incipit, al's
remissio.in fin.cuius glos.dicitur. ⁊ ſm istam
glos.est hic.§.dominus.⁊ sic potest legi cum.§.ſm istam
glossam, et sine.§.ſm aliam: verum est quod dicitur in
fin.istius glos.scilicet ꝙ ſm aliam glos.que incipit, quod
facere deberent ꝙ litera debet legi sine.§.preterꝙ̃ in ver.
vel tertio.nam ſm illum versicu.vel tertio. debet legi lite
ra cum.§.⁊ ita si vis legere istam sine.§.debes te referre
tantum ad glos.que incipit, quod facere debet.excepto
versicu.vel tertio. Si autem vis legere cum.§.debes te
referre ad illum versic.vel tertio.qui est in glos.que inci-
pit, quod facere debet.⁊ ad totam aliam glo.magnam,
que incip.al's remissio. ¶ Super ead.l.in glos.qđ facere
debet.ibi, ⁊ ſm hoc prosequere literam ſm hãc remissio
cõfertur in personam domini: quia dicitur ꝙ dominus
non nunciabit intra tempus comprehensum, ⁊ quod di
citur intra committitur stipulatio scʒ de rato, ⁊ debet
sine.§.legi, ⁊ quod sequitur: nam ⁊c. similitudinarie po-
1 nitur: vt † si tunc nũciare dominus nõ potest, multo for-
tius si ratam habuisset remissionẽ procuratoris abstine-
ret, cum promiserit dominum non nunciaturum intra
tempus.l.j. ¶ Et ponit ita casus ſm dominum Guid.
de sucaria: pcurator meus Titius edificanti nunciauit
nouum opus, ⁊ cauit de rato simpliciter, ⁊ Titius cauit
de opere demoliendo simpliciter: si apparet eum iniuste
edificasse intra mensem vnum, nunquid hec satisdatio
videtur esse collata, ⁊ confertur in personam domini?
2 Certe sic, vnde † si ego dominus volo nunciare intra
istum mensem Titio nunciationẽ noui operis, cõmitit
stipulatio de rato contra procuratorem meum: si autem
potest mensem denuncio non committitur. Et bene di-
co ꝙ si intra mensem denuncio committitur, si postea
non committitur: nam renunciatio ⁊ remissio cõfertur
in personam meam, ⁊ ita perinde habetur ac si ego nun
ciassem ⁊ remisissem recipiendo satisdationem de ope-
re demoliẽdo, si apparet iniuste edificatum habere vsqʒ
ad mensem, intra mensem non possum, postea sic.

Summarium.

1 ☞ Nunciatio operis noui etiam pro seruitute rustica
fieri potest.
2 Viam edificanti an possit nouum opus nunciari.

1 **Qui viam.** ¶ Tene sentētiā Bulgarȷ̃ † qui dicit etiam pro seruitute rustica nouū opus nunciari posse: ⁊ eam approbo maxime per.l.j.in fi.j.de remis.vbi loquitur litera de fundo qui in veritate non potest referri ad domum vrbanā.ad hoc facit.s̃.famil.herc. l.in iudicio.vbi dicit indistincte posse nunciare. Nec
2 obst.l.ista, qui viam. que dicit ꝙ † qui nunciat aduersus eum qui viam edificat nihil agit:q̃ ſm glos.Bulga.quē approbo intelligitur litera ista ꝙ via reficiebatur, ⁊ ideo nunciare nō potest quia viam habet:quia in nullo fit sua conditio deterior,imo melior.

Summarium.

1 ☞ Absens hoc ipso differt a latitante, ꝙ hic non auditur aduersus missum in possessionem absq̃ cautione: ille vero sic.
2 Absens iusta causa si intra annum veniens possessionē repetierit,audietur.
Absentis iuste bona possideri sed non vendi possunt:latitantis vero etiam alienari poterunt.
3 Missio fieri non potest in bona iuste absentis absq̃ cautione de non edificando vel alienādo:in bona autem latitantis citra cautionem fiet missio.

1 **Si prius q̃.** ¶ Dic † ꝙ lex ista loquitur quando conuentus confessoria latitabat: ⁊ ita fuit facta missio in possessionem bonorum omniuȝ. Certe modo si petat de possessione discedi, is contra quem missio facta est habebit cauere ſm formam huius legis:secus aūt si erat absens ⁊ non latitaret,quia tunc nō deberet cauere,
2 † sed intra annū veniēs deberet audiri ad possessionē recuperandam per.l.C.de prescript.xxx.ann. si quis emptionis.§.sed ⁊ si quis nō per vim. ¶ Nec mireris si hoc considero: quia lex facit aliam differentiam inter latitātem ⁊ absentem tantum sed non latitantem: quia bona absentis tantum possunt solummodo possideri non autem vendi,sed bona latitantis etiam vendi possunt,vt.j. quib.ex cau.in pos.eat.fulcinius.§.j. ¶ Super eadē.l.in glos.captis.in fi.glos.Sed illa lex isti videtur obuiare, cū
3 ibi † fiat missio in bona latitantis: hic debeat cauere de non edificādo nisi egerit ius sibi esse inuito vicino altius tollere.Sed hoc potest intelligi ſm illā,vt in hac.l. si pri⁹ dicamus factam missionem, ⁊ modo dum petat discedi de possessione is contra quem missio facta est debeat cauere vt sic cum petit discedi alterum faciat: vel seruitutē agnoscat ⁊ damna emendet,vel facta emendatione damni caueat vt hic,vel melius quod ibi dicit, scilicet in.d. l.is cui.cōstitui per cautionem talem vt hic dicitur. Itē videtur cōtra.j.tit.j.a quo.vbi venitur in rem ipsam: sed ibi aliquid factum erat,hic nihil. Aut ergo nihil fecit cōtra seruitutem,⁊ obtinet hec lex:aut fecit,⁊ tunc si per edificationem obtinet.j.titu.j.l.a quo.s̃.de procura.vel in operis. ¶ Sin autem per prohibitionē vsus,obtinet.l. is cuius.s̃.si seruit.vendi.vt scilicet damnum emendet ⁊ constituat per cautionem vt hic dicitur: ⁊ hoc in latitante,sed in non latitante potest dici vt dicitur.C.de prescri. xxx.ann.l.si quis emptionis.§.sed ⁊ si quis.j.qui.ex cau. in poss.eat.fulcinius.§.j. ⁊ fiet missio summaria agnitione premissa:vt.C.vbi in rem act.exerceri debeat.l.ij.C.de bon.auto.iud.pos.l.cum proponas.

Pretor ait.

§. Interdictū. Ibi. ¶ Ex huiusmodi causa.dicit gl.s.quā vidisti: ⁊ proponas.§.ex hmōi tamē.que sequitur in versi.edicto enim expressum est contra. Iac.

Summarium.

1 ☞ Edificans satisdare paratus an possit nunciatione non obstante opus ceptum prosequi.

Si quis paratus. ¶ In glo. que incipit: id est ꝓ re missa.Sed contra.C.de edifi.priua.l.fi.siue de no.ope. nunciat.l.ij. Quidam enim habent rubricam talem ibi. Vel dic ſm do. Dyn. vbi nunciator post nunciationem tacet,est electio edificantis satisdare vel differre: ⁊ ita loquitur hic,⁊.s̃.eo.de pupillo.§.si is cui.⁊.l. non solum.§. sciendum.⁊ hoc casu intelligitur tertia opinio que est. C. de edifi. priua.l.fin. at vbi se offert paratum probare de iure suo nunciator dicendo:hodie constat ⁊c. ⁊ tunc edificator habet differre per tres menses: ⁊ ita.C.de edif.priua.l.fi.⁊ erit bona opinio secunde glos. ibi posite, ⁊ comprobatur etiam.s̃.ea.l.si prius.⁊.l.j.in princi. ¶ Sed do. Guido tenet in hoc.§.⁊ super.§.deinde.j.ea.l.intellectū
1 do.Dyni,preterꝙ in eo casu quādo † is cui nunciatum est offert se paratum satisdare, ⁊ nunciator dicit: hodie cōstat,hodie agamus nolo satisdare,sȝ statim volo ꝓbare de iure meo. Unde ipse distinguit: aut ille cui nūciatū est pateretur magnum damnum si deberet expectare ꝑ tres menses,puta quia habet cementū,lapides ⁊ fabros paratos ad edificium construendum, ⁊ sic magnum damnum pateretur nisi edificaret: quo casu si paratus est satisdare, poterit iure edificare si ius habebit edificandi, quantumcunq̃ dicat se nunciator paratum probare, ⁊ ita intelligitur.l.ista.Si autem non habet necessaria ad edificium extruendum, ⁊ ita nullum damnum patitur: tunc nō potest ante tres menses edificare si vellem probare de iure meo quantūcunq̃ offerat satisdationem: ⁊ ita intelligitur.C.de edifi.pri.l.fin. ⁊ ita intellige glossam istam,⁊ illam positam super.l.vlti.C.de edifici.pri. Sed dñs Iaco.addit arg.s̃.de condic.caus.da.l.si pecuniam ideo ⁊c. ⁊ argumen.s̃.de pupillo.§.si quis riuos. versic. toties.⁊ arg.s̃.de euic.l.si rem.§.quolibet.

Summarium.

1 ☞ Edificium post nunciationem noui operis structū, an sit destruendum non obstante satisdatione postmodum prestita.
2 Nunciatio remissa censetur,si is cui facta fuit satisdationem admiserit.

1 **Ait pretor.** ¶ Sed † quid,nunciaui nouū opus,ille spreta nūciatione edificauit forte per tres pedes, postea satisdedit de opere demoliendo,peto opus destrui quasi spreta nunciatione sit edificatū:nunquid sum audiendus? Uidetur ꝙ non, quia prestita satisdatione nunciatio videtur pro remissa ac si nunꝙ facta fuisset: vt.s̃.eo.de pupillo.§.si is cui.⁊ si nunꝙ facta fuisset, certum est ꝙ opus non esset demoliendum. Item certum est ꝙ saltem id quod post satisdationem est edificatum,licite factum est: vt hic ⁊.j.eo.stipulatio.in princi.si est licite factum,ergo debet ad se partem illicite factam trahere: cū etiam hoc videam in maleficijs: vt.s̃.de statu homi.l.imperatores.j.de penis.l. pregnantis.Econtra videtur ꝙ bene sim audiendus.ar. huius litere. ⁊.j.eod.stipulatio.in fi.j.respon. Tu distin
2 gue aut sciui edificatum spreta nunciatione ⁊ tunc recipiendo satisdationem videor in totum remisisse nunciationem: ita ꝙ amplius non audiar interdicto de opere demoliendo. argu.C.de pact. inter emptorem. ⁊ vend. composi.l.commissorie.⁊.s̃.de lege commisso. l.lege. Si autem ignoraui edificatū spreta nunciatione,modo recipiendo satisdationem nō videor remittere interdictum de opere demoliendo mihi quesitum quod ignorabam mihi competere, argu.C.⁊ de iur.dotiū impe.l.ij.⁊.C.de inoffi.testa.mater decedens.⁊ ideo bene audiar si petam opus demoliri:quod intelligo si opus factum in medio tempore post nunciationem aut satisdationem sit tale opus qđ habeat instar ⁊ factū operis,nō autem si vnum aliud cementum positum fuerit, vt.j.eod.l.stipulatio.§. opus nouum.

Summarium.

Summarium.

1 Actio in rem an sit successoribus concedenda.

Hoc interdictum. In glo. etiã in rem. fm do. Dynum, z. j. de aqua quoti. z estiua. l. j. §. ait pretor. z. j. de interdic. l. ij. §. hoc autem. s. si serui. vendi. l. ij. §. fi. Sed
1 contra. † quia videtur successoribus non dari in rem, argu. j. de aqua quoti. z estiua. l. j. §. si fundus. j. quod vi aut clam. si is qui. in princi. z. §. si postea. z. s. de vsufruc. adhuc interesse. §. si operas. Sed dico successoribus in rem dari: qz datur occasione damni qd inde futurũ speratur, arg. j. de aqua plu. arcen. l. si titius. §. si quis prius. tum interdicta fuit in rem scripta, sicut cautio aque pluuie arcende. j. de interdic. l. j. §. penul. ¶ Hoc autem. ver. proinde. Si satisdatum non esset repromissum, expone, sed non fuit locus satisdationi quia non fiebat in priuato: sed repromissio, quia fiebat in publico, vt. s. eod. non solum. §. si cum iure. certe nõ erit locus huic interdicto prohibitorio: nã licet pretor suam prohibitionem remittere potuit in publico cum concedere edificare non potuit, vt argu. j. quod vi aut clam. l. iij. §. plane. z. §. preses. Et dic non enim permittendum fuit. s. interdicto prohibitorio edificanti concesso.

Summarium.

1 Actor non comparens in primo z secundo termino, quibus reus comparuit: an comparendo die tertio mitti debeat in possessionem si eo die non compareat reus.

Moram vltimam nocere iureconsultis placuit: iuste ne viderint ipsi.

1 Si aliquando. Sed pone † feci Titium citari vt debeat comparere die lune pro primo termino, die martis pro secundo, die mercurij pro tertio peremptorie, comparuit Titius citatus in primo z secundo termino actore non comparente, in tertio termino Titius citatus fuit contumax z ego actor bene comparui, z peto tunc mitti in possessionẽ: dicit Titius reus, non debes mitti quia contumax fuisti in primo z secundo termino, queritur quid iuris? Dic q hoc non obstante fiet missio: quia vltima mora nocet: vt hic z. s. de pericu. z cõmo. rei vendi. l. illud. arg. s. de arbit. l. celsus. §. fina. z. l. fina. z. j. quorũ lega. l. fina. Guido. Item vocato fuit licitum anteriori tẽpore non venire z vsqz ad vltimum terminum expectare. argu. j. de verb. oblig. l. qui hoc anno. z. l. si ita stipulatus fuero. s. de lega. ij. si ita relictum. §. fina. ergo z actori fuit hoc licitum, vt. s. de arbi. si cum dies. §. fi.

Summarium.

1 Reus ad factum precise cogi potest actore hoc ipsum volente.

1 Stipulatio. ¶ Qr. si ita. No. † q quis ad factũ precise cõpellitur si hoc actor malit. fic. j. de aqua plu. arcen. l. si inter. §. fina. Jaco. de are.

Summarium.

1 Vasallus singulis domini defuncti heredibus fidelitatem iurare tenetur.
2 Vasalli mortui heredes an teneantur omnes domino fidelitatis prestare sacramentum.

1 Quesitum. ¶ Idem ait. No. † cum dominus decedit relictis pluribus heredibus vasallus singulis fidelitatem facere tenetur, al's debet: vt de hoc est not. s. de vsufru. l. si cuius. z arg.
2 l. iij. §. qui satisda. cog. l. sed si plures. Sin autem † vasallus decedit pluribus relictis heredibus: tũc aut est indiuisum feudum, z tũc omnes fidelitatem facere debent, argu. istius. §. quesitum. in princi. z in vsi. feud. si de feud. controuer. fue. ca. qui clericus. Idem z si habent omnes ipsum diuisum: secus si ad vnum tantum peruenit, quia tunc ipse solus habet facere fidelitatem, vt habes in preallega. cap. Jaco. de are.

De damno infecto. Rubrica.

Summarium.

1 Celeritate z timore exigentibus cessat iuris communis rigor.
2 Prescriptio vrgẽte necessitate interrumpi potest, etiam coram quouis iudice.
3 Cause que delegari possint, z que non: z quot reperiantur genera causarum.
4 Preses quas possit causas delegare.
5 Libertinitatis causa non potest delegari.

1 a Damni res. No. † q hic dicit de celeritate[a] qz vbi timor est z celeritas exigitur cessat ius cõmune. sic. s. de donat. inter virum z vxo. l. iij. §. fina. Simile est verbum de celeritate. C. de agrico. z censi. l. si colo-
2 ni. s. de ferijs. l. ij. ex quibus legibus videtur † q propter necessitatem possit fieri interruptio prescriptiõis etiam coram alio iudice q coram iudice rei. pro quo facit. C. de episcopa. aud. l. si preses. z. l. sancimus. z. l. vlti. C. de anna li except. vt perfectius. Tamen lex dicit contrarium qd litis contestatione facta coram iudice nõ competenti nõ interrumpat prescriptionem, vt. C. ne de statu defun. l. si pater. Sed tamẽ causa necessitatis videtur q possit per iura superius allegata, z. C. de non numera. pecunia. in contractibus. Sed vos dicatis quod vbi leges dicunt alium iudicem adeundum: q tunc possit adiri alius, al's dicta litis contestatio facta coram iudice non competenti non induceret interruptionem prescriptionis, vt dicta. l. si pater. Et quod dicit in fi. delegandum putauit, id est delegauit, z ideo quia hic tractatur de dele-
3 gatione, si vis plene scire † que cause possunt delegari, z que non: dic q sex sunt genera causarum, licet glosse nostre dicant de quinqz tantũ. Quedam vero sunt ad merum imperium spectantes, quedam ad simplicem iurisdictionem, quedam ad mistum imperium, quedam ad decreti interpositionem, quedam sunt cause ingenuitatis z libertinitatis: quedam simpliciter libertatis z seruitutis. Cause pertinẽtes ad merum imperium sunt accusatio lege iul'. de adulte. lege cornel'. de sica. z similes: z qz in his maioribus iudicijs per. l. cognitio z condemnatio demandatur, delegari non possunt, vt. s. de offi. eius cui manda. est iurisdic. l. j. §. j. respon. nisi contingat presidem abesse, z tunc delegat quo ad cognitionem non quo ad pene impositionem vel membri abscissionẽ, vt prealleg. l. de offic. eius cui mand. est iurisdic. l. j. huius rei. in aut. de
4 collat. §. z hoc non prohibemus. Quedam † sunt cause spectantes ad simplicem iurisdictionem z competũt iure magistratus, vt omnes hodie intra summam trecentorũ aureorũ z leuium terminum cognitio, z hec cõpetunt defensoribus ciuitatum z magistratibus municipalibus, vt in aut. de defen. ciuita. §. z audient. z. §. iudicare. z istas causas potest preses indistincte delegare, z quilibet ordinarius iudex, vt prealleg. l. j. de officio eius cui manda. est iurisdic. §. qui vero iure. Est z tertium genus causarum que pertinent ad mistum imperium, vt sunt cautiones que excedunt summam trecentorum aureorum: z has causas non delegat iudex sine causa, sed cum causa sic. s. si publicis occupationibus impediatur, z tunc si velit sibi reseruare diffinitiuam sententiam de-

a De materia hac, z qñ reprobet celeritas, z qñ non, vide qd not. extra de elect. c. fin. in glos. not. qd hic. lib. vj. et extra de pe. z remis. c. fi.

bet audire causam, semel in principio, semel in medio, semel in fine: et per sententiam diffinitiuam decidere questionem, vt C. de iudi. auf. ad hoc. Si vero totaliter vult delegare potest: si publicis occupationibus impediatur vel causarum multitudine, vt C. qui pro sua iurisd. l. vnica. et sic intelligo. l. licet. glos. contradicat. ff. de offic. procon. sul. et seg. l. nequaquam. §. vbi decretum. ff. de transact. l. cum
5 hi. §. nec mandare. Est † et quintum genus causarum pertinentium ad libertinitatem et ingenuitatem: vt si dico te libertum meum, et tu dicis te ingenuum, et hoc casu non delegatur, vt dicta. l. placet. in fi. Si vero sit causa libertatis simpliciter et seruitutis: quia dico te seruum meum, tu dicis te liberum, licet communiter dicatur quod non delegetur, tamen dico quod bene potest delegari per. l. ff. de petitio. here. si quis libertatem. ibi vbi dicit: iubeat iudicem, expono ego. s. delegatum partibus suis fungi, nam magna est differentia inter has duas questiones, vt no. C. vbi cau. statu. agi debeat. l. iam dudum. de hoc dicitur ff. de liberali cau. l. cum duobus.

Summarium.

1 ☞ Remedia que et quot et quibus competunt in cautione de damno infecto.
2 Missio ex primo decreto municipali competit magistratui.
3 Pretor que remedia sibi reseruauerit aduersus missionem in possessionem.
4 Cautio damni infecti quot habeat remedia, et quibus competant eadem.

Dies cautioni. §. Duas ergo.

¶ Versic. Si forte. in glos. quatuor remedia dantur. in fi. ibi, istud pretor sibi reseruauit. Sed certe hoc est expresse contra textum, cum textus dicat: cetera sue iurisdictioni. et ita non videtur quod dicit
1 glos. quod sibi vnum tantum reseruauerit. Dic † ergo quod octo sunt remedia huius edicti, scilicet cautio de damno infecto, et hoc bene competit magistratui municipali: vt. ff. eo. l. j. §. si tam vicinum. Est et secundum scilicet compulsio ad cauendum precise et re ipsa, scilicet pignora capiendo et personam detinendo, et hoc magistratui non competit sed pretor sibi reseruauit: vt. ff. ea. l. §. an tamen. Est et tertium scilicet prefinitio diei interponende in stipulatione, et hoc non competit magistratui municipali, sed pretor sibi reseruauit: vt. ff. ea. l. j. respon. secundum vnum intellectum. et facit ad hunc intellectum. ff. eo. pretor. in princ. ibi, causa cognita statuere. Nec obst. ff. eo. dies. versi. et si hoc localem. quia secundum hunc intellectum exponitur ibi quod committitur magistratibus municipalibus vt vadant ad videndum opus ruinam minantem vt pretori referant, et ipse pretor diem statuat. Vel secundum quod alio modo intelligitur in princi. d. l. dies. competit cuilibet magistratui, et quod pretor sibi reseruauerit diei prefinitionem: secundum primum intellectum facit, quia omnia de iure pretori licent nisi fuerint a iure prohibita, vt. ff. ex quib. cau. maio. l. necnon. §. quod eis inquit. et ita intelligitur. ff. de iurisd. om. iudi. l. iubere.
2 Est † et quartum. s. missio ex primo decreto si non caueatur, et hoc competit etiam magistratui municipali: vt. ff. ea. l. §. duas. Est etiam quintum scilicet actio in factum, si non caueatur, que demum damno dato ad damni emendationem competit: vt. ff. eo. si finita. §. si. cum duabus legibus seq. et. ff. ne vis fiat ei qui in possess. mis. est. l. fin. et ista competit non pretoris beneficio sed iure communi: et competit magistratibus municipalibus si fit intra suam iurisdictionem et intra summam trecentorum aureorum, vt in auf. de defen. ciuit. §. et audietur. et. §. iudicare. Est et sextum scilicet missio in possessionem ex primo decreto re ipsam ad compellendum eum contra quem missio fit, captis pignoribus et persona detenta vt patiatur hunc cui non cauetur mitti in possessionem: vt. ff. ne vis fiat ei qui in posses. missus est. l. si quis promissum. ff. de rei vendic. l. qui restituere. et ita intelligitur. l. iubere cauere. secundum vnum intellectum: et hoc non competit magistratibus municipalibus, vt preallег. l. iubere. Est et septimum scilicet missio ex secundo decreto si perseueretur non caueri facta missione ex primo, et ista magistratui non competit sed pretor eam sibi reseruauit: vt in hoc versi. si forte. Est et octauum scilicet iubere discedere illum contra quem missio facta est. ex primo decreto de possessione vt citius caueat, quia videbit se spoliari sua possessione: et hoc voluit dicere textus hic dum dixit: ex causa. scilicet vt citius caueat etc. vel iubere discedere de possessione missum de secundo decreto: quia missio facta erat forte contra absentem reipublice causa secundum quod isti intellectus latius hic ponuntur in glos. et secundum vnumquemcunque intellectum non competit istud iubere discedere de possessione magistratui municipali, sed sibi pretor reseruauit, vt in hoc versi. Item ex causa.
3 Et sic † de his octo remedijs tria committuntur magistratibus municipalibus. s. cautio, missio ex primo decreto si non caueatur, et actio in factum, si non admittatur: duo prima ex edicto pretoris, tertium de iure communi. Alia quinque sibi reseruauit pretor. s. compulsionem ad cauendum re ipsa, diei apponende in stipulatione, de damno infec. prefinitionem, missionem in possessionem primo decreto re ipsa, missio. ex secundo decreto, item iubere discedi de possessione: et nihilominus alia tria que competunt magistratibus municipalibus, sed secundum quod alio modo intelligitur. l. dies. in princip. vnum de his quinque que sibi reseruauit pretor et magistratui municipali competit, scilicet diei apponende, scilicet in stipulatione prefi-
4 nitio. Vel dic † breuius quod octo sunt remedia vel presidia in cautione damni infecti, siue eius actione, scilicet cautionis initio, et hoc magistratui municipali competit: vt. l. j. huius titu. si modo distet ab vrbe: vt. ff. ead. l. §. si tamen vicinum. Cautionis executio per compulsionem, et hoc magis est imperij: vt. ff. de iurisdic. om. iudi. l. iubere. et magis tractui municipali non competit, vt. ff. e. l. §. an tamen. ff. ad municip. l. ea que. in cautione diei adiectio, et hoc secundum Py. non competit municipali, vt in prin. huius legis, et. ff. pretor. ij. respon. Decretum missio in possessione: et hoc competit municipali magistratui, vt hic executio decreti, et hoc not. vt. ff. ea. l. an tamen. sed pretori sic. ff. ne vis fiat ei qui in posses. missus est. l. si quis missum. contra non admittitur actio, et hoc circa dispensationem pretoris iure magistratus competit, si modo quantitas petita per eum sit contra limitationem sue iurisdictionis que sit in auf. de defensso. ciuitatum. §. et iudicare. secundum decretum vt possideat. Item delectio de possessione, et hoc non municipali sed pretori conuenit: vt hic, et sic ex dispensatione pretoris duo tantum competunt municipalibus magistratibus, vt hic. ¶ An tamen. In glos. al's cautionem. ibi, et sic competit magistratui. sed non iure magistratus omnino: quod ex eo apparet, quia non omni magistratui competit sed demum remoto ab vrbe, vt. ff. ea. l. §. si tam vicinum. et sic tene quod a pretore mortuo habet per hanc expositionem litere huius. §. dum dicit, iniunxit. et ita loquitur in preterito. Et quia ex edicto ei magistratui competit, si non faciat ex edicto tenetur: vt. ff. eo. §. meum. Et quod dicitur in. l. j. delegandum putauit. dic. i. delegauit. similis expositio. C. de episco. et cleri. officialis. in princip.

Summarium.

1 ☞ Insultum faciens seu vi aggrediens domum conductitiam alicuius, an puniatur pena statuti punientis insultum facientem in ciuitate etc.

1 **Pretor ait.** ¶ Quid, † statutum est in ciuitate, quod si aliquis fecerit insultum ad domum alicuius, puniatur in libris mille, si alibi, puniatur in libris quingentis: factus fuit insultus ad domum scholaris quam conduxit ad pensionem, nunquid incidit in penam statuti loquentis de pena mille librarum? Dic quod sic per hunc. §. et. ff. de iniur. l. lex cornelia. ff. de his qui deiec. vel effu.

vel effu.l.j.§.habitare.institu.de publi.iudic.§.item lex.⁊ subaudi,eum cui non cauebitur in possessionē mitti iubebo dum eum qui cauebit ⁊c.

Summarium.

1 ☞ Pretor quando facile dicatur adiri posse.

Si tam vicinum. ¶Super glos. scilicet per centum miliaria. Dic tam vicinum scilicet vt facile possit adiri,secus si cum difficultate. argumen.ş.de iudic.l.fi.
1 Quādo † autem possit pretor facile adiri vel non,considerandum est inspecta cōditione personarum:vel si fuerit senex vel iuuenis,argu. si quis cautio.l.ij.Vel dic cōmitti arbitrio iudicantis,argu.ş.de iure deliber.l.j.No. ex hac litera ꝙ minor iudex amittit iurisdictionem,propter presentiam maioris,arg.ad hoc.j.de re iudi.l.contra pupillum.§.is qui.

Summarium.

1 ☞ Possidens ex primo decreto dicitur qui in possessionem missus est: possidere iussus is est,qui ex secundo decreto possidet.
2 Decretum secundum in causa damni infecti interpositum quale ius tribuat.
3 Possessor iustus is dicitur qui pretoris possidet autoritate.

Pretoris officiū. ¶Glo. itelligit istud principium, ꝙ si missus sum in possessionē ex secūdo decreto quia mihi non cauebatur,certe pretoris officium est modo vt si ille contra quem facta fuerat missio non erat dominus ꝙ prescribam. Sed certe ſm dominum meum hic intellectus nō applaudet litere,quia textus dicit ꝙ fui missus in possessionē,qđ est intelligendum ex primo decreto,licet glo.
1 intelligat ex secundo:quia missus † in possessionē dicitur qui ex primo decreto possidet,possidere iussus qui possidet ⁊ secundo.argu.j.e.pretor.§.eum.j.de acquir.poss.l. si quis ante.Unde dic ꝙ missus fui in possessionē ex primo decreto,q2 nō cauebatur mihi de dam.infec.certe si perseueretur non tamen per longum tempus iubebis pretor me possidere ex secundo, ⁊ ita effici dominum si erat ille dans,⁊ expone eam,scilicet rem in qua facta est missio possit capere in suum dominum.s.per missionem factam ex secundo decreto. Et bene dixi per longum tempus: nam non statim post primum decretum debet iudex festinare ad secundum,sed demum post aliquod interuallum,vt.j.eo.si finita.§.non statim.Et vt plenius
2 liqueat ista materia sic † distingue:cū petitur ab aliquo caueri de damno infecto, aut ille a quo petitur vt cautionem interponat erat dominus, aut non: si non erat dominus,aut simpliciter possidet ⁊ nullum habet ius in re,aut habet ius in re.Si habet ius in re,aut pōt ad aliū transferri ius illud,aut non.¶Primo casu quādo erat dominus si mittar ex secūdo decreto,statim efficiar dominus.¶In secundo casu quando non erat dominus sed simpliciter possidebat si missus sum ex secūdo decreto operatur mihi ad causam prescribendi, vt in princip. huius legis ſm intellectum quem approbo, vt.j.eo.si finita.§.iulianus. nec refert sciuerit cōtra quem fit missio
3 dominū vel ignorauerit,vt.ş.de noxa.⁊ generaliter. † ⁊ quia iuste possidet qui authore pretore possidet, vt.j.de acquiren.posses.l.iuste.ş.de religi.l.at si quis.§.j.Si autē habebat ius in re ille a quo cautio petebatur si potest ad alium trāsferri ⁊ non cauente eo sum missus in quasi possessionē illius ex secundo decreto, denegatur ei illius iuris persecutio contra me: vt.j.eodem.hoc amplius.§. fina.⁊.l.sequen. ⁊.l.si finita.§.si qua iura. ⁊.j.de noxal.l. si noxale.

Summarium.

1 ☞ Vulnerans aliquem totaliter admittitur ad defensionē suam sub exceptione de nullitate processus ⁊c.
2 Procurator de cuius mandato dubitatur, satisdando dominum ratum habiturum audietur.

1 **Pretor ait.** ¶In versicu.Si controuersia. No.ar. † ꝙ si aliquis dicitur vulnerasse aliquem mortifere, ꝙ si de hoc est dubium admittitur defensor iste sub hac exceptione: sc3 vt si moriatur non valeat
2 processus,al's sic.¶Item no.ex eadem.l.ꝙ † si dubium est de mandato procuratoris ꝙ satisdabit ⁊ poterit protestari qđ fideiuss.dati non teneantur sub hac exceptione si non probetur de mandato.

Summarium.

1 ☞ Animalia noxam committentia noxe deduntur: res autem inanimate si noxam fecerint possessores suos haud quaꝗ onerant.
2 Emphyteota an possit se eximere a prestatione census annui renunciando emphyteosi.
Possessor edium que vetustate aut alio vitio corruerūt, an vicino damnum passo teneatur.
3 Damnum passo an succurratur ante interpositionē stipulationis damni infecti.
4 Vicinus ruina edium vicinarum passus damnum,an releuetur si cautionem damni infecti fuerit impeditus postulare.
5 Possessor loci in quem corruit domus contigua ante cautionem damni infecti postulatam, agere potest saltē de ruderibus tollendis.
6 Dominus edium corruentium tenetur interdicto de tollendis ruderibus,vel si nolit edes ipsas pro derelicto habere tenetur.
7 Pretoris merito carere debet beneficio qui eiusdem ius sum neglexit.

Hoc edictum. ¶In glos.i.vt amodo caueatur.ibi, cū eīn ⁊c. sed certe ⁊ anteꝗ decidantur pro de relicto habere possunt,vt.ş.de nego.gest.l.sed an vltro.⁊ sic ante cautionē habendo quis pro derelicto licet nondum interit non cogitur cauere,⁊ sic ratio huius glo.cum liceat habere ⁊c. nulla est:⁊ ideo expone,vt resarciatur, vel vt sarciendo caueatur, ⁊ probat quare non fuit cauendum ex hoc
1 edicto:cum enim aliam ⁊c. Dedamus. subaudi, † non autem vt damna ab his illata sarcire compellatur:multo ergo magis ea que aīa carent non debēt nos onerare vltra.i.in eo qđ est vltra earum amissionem,quasi dicat, nō debent nos onerare ad emendationē damnorum ab his illatorum: nec econtra vt pro noxa quasi dedere teneamur,vt etiam illis ad noxam teneamur, quia ibi extant apud nos hic nō,⁊ hic sequit̃ ꝑsertim ⁊c.Et ſm do. Dy.est hec litera in argu.pro eo cuius nomine est soluta collecta que excedit estimationem domus que diruenda erat,ad idem.j.de aqua plu.arcen.l.is cum quo.ş.de vsufruc.l.cū vsufructuarius.ş.si seruit.vendi.l.⁊ si forte. §.etiam.ş.de edil.edic.qđ si nolit.in princ.Arg.cōtra de nego.gest.l.sed an vltra.§.j.Sol.per.l.ş.de vsur.⁊ in con
2 traria.Sed † nunquid emphyteota potest renunciando liberari a prestatione fictt?Videtur qđ sic,quia video in seruo si commisit delictum possum eum dare pro noxa ⁊ damno dato, vt hic habetis manifeste: ⁊ videtur casus in fructuario,vt.C.de vsufruc.l.cum fructuarius. ⁊.l.absentem.Econtra videtur ꝙ non,quia personaliter est obligatus:vt.C.de actio.⁊ obliga.sicut.nec potest penitere:vt.C.de contrahen.empt.l.non idcirco.Sol.ꝙ nō possit per.l.C.de fundis patrimo.l.quicunq3.ş.de contrahen.emp.⁊ vendi.l.fina.Guido de suca.¶Et vt plenius liqueat materia huius.§.⁊ duarum legum sequen-

tium ⁊ aliarum plurium, ita distingue plenius q̃ glos. 3 tua, que etiam aliquid tangit: sed minus plene.† Cum queritur an de damno dato ante stipulationē dāni infecti interpositam possit succurri: aut damnum illud contingit propter edium ruinā, aut per vim fluminus, aut propter dilutionem seu discussionē. ¶ Primo casu considera, quia aut damnum cōtingit anteq̃ petitum esset a iudice, vt faceret caueri de damno infecto: aut contingit postq̃ petitum fuit iam a iudice, ante stipulationem tamen de damno infec. interpositam. Et si quidem contingit anteq̃ a iudice petitum esset caueri, ⁊ anteq̃ ad iudicem iretur tūc subdistingue, quia aut ille damnum passus in cuius edes rudera ceciderunt fuit negligens in petendo sibi caueri de dāno infecto, aut nō fuit negligēs sed fuit impeditus, vtputa q2 nō poterat stipulari ⁊ petere sibi caueri de dāno infecto si voluisset: habuit tamen quedam facere propter que ipse non petijt, bene poterat tamē admittere si voluisset. ¶ Primo casu quādo fuit negligens, aut dominus vitiosarum edium vult omnia rudera pro derelicto habere, ⁊ in nihilum vltra tenetur: aut vult rudera tollere, ⁊ hoc casu omnia tollere vtilia ⁊ inutilia, al's non auditur. ⁊ ita loquitur. l. s̃. eod.

4 euenit. ¶ Secundo vero casu † quando fuit impeditus subuenitur damnum passo, ⁊ si dominus vitiosarum edium nolit rudera tollere, omnia tollere cōpellatur ⁊ damnum emēdare ⁊ in futurū cauere si quod timeatur inferri propter ruderum ablationem: ⁊ hoc est quod dicitur. l. hoc amplius. j. respon. Aut pro derelicto habere non solum rudera sicut in primo casu, sed ipsas edes. ¶ Tertio vero casu adhibetur alia distinctio: quia aut dominus vitiosarum edium vult rudera tollere, aut nō. Si vult tollere, tollat omnia vtilia ⁊ inutilia, ⁊ caueat de damno futuro ⁊ preterito, quia hoc fit ad sui postulationem: si non vult tollere agatur interdicto de ruderibus tollendis, vel vt omnia vtilia ⁊ inutilia tollat, vel edes totas pro derelicto habeat, non autem vt caueat de damno preterito ⁊ futuro quando hoc fit ad postulationē damnū passi, ⁊ ita intelligitur ver si. qd̃ si dominus. Sententia autem Caij que est in. l. quod si forte. corrigitur per

5 Ulpianum. l. hoc amplius. j. respon. hoc modo, q̃† quādo domus vicini mei ruit in domum meam ante stipulationem damni infecti interpositam possum agere interdicto de ruderibus tollēdis, vt vel omnia tollat vel edes pro derelicto habeat, modo in. l. qd̃ si forte. dicit Caius, quod dictum est modo proxi. in. l. pretor. §. fin. verum est si ille in cuius edes ceciderunt rudera non fuit negligēs sed fuit impeditus: postea dicit Ulpianus in. l. hoc amplius. j. respon. male dixisti o Caij, quia determinasti. l. pretor. §. vlti. que dicit dominum domus ruinose teneri vt vel rudera omnia tollat vel edes pro derelicto habeat quando fuit impeditus, ⁊ id non postulauit sibi caueri, quia hoc non est verum, nam si fuisset impeditus teneretur caueri de damno preterito nec liberaretur rudera tollendo. ¶ Collige ergo breuiter intellectum huius. §. quia aut fuit negligens, ⁊ tunc ad nihilum tenetur: nisi vt si rudera tollere velit omnia tollere compellatur, vt in versi. vnde queritur. Si autem nec fuit negligens nec impeditus tenetur vt rudera tollat, vel edes pro derelicto habeat ⁊ caueat de damno preterito ⁊ futuro si ad sui postulationem velit rudera tollere. Si autem ad postulationem damnum passi in hoc versic. q̃ si dominus. Si autem fui impeditus tunc debet omne damnum mihi emendare: vel potes continuare. l. hoc amplius. cum

6 l. pretor. vltimo. §. hoc modo. Dictum est q̃† si dominus vitiosarum edium nolet rudera tollere tenetur interdicto de ruderibus tollendis, vt vel omnia tollat, vel edes pro derelicto habeat, modo in. l. hoc amplius. dicitur de imo plus, quia etiam de damno preterito debet cauere, ⁊ postea sequitur. l. quod forte. vt dicat hic qd̃ dictum est modo proxime: verum est si fuit impeditus, ⁊ iste est satis planus intellectus. Sed hec non videtur fuisse mens legislatoris q̃ hec. l. quod forte. primo posita determinet l. sequ. hoc amplius. ⁊ ideo tene primum intellectum. Si autem postq̃ fuerit petitum caueri damnum contingit: tunc considera, quia aut cōtingit dum pretor deliberat de stipulatione interponenda vel non interponenda, ⁊ tunc serua quod dicitur. j. eod. si finita. §. eleganter. Aut postq̃ iam pretor decreuerat cauere debere, quo casu subdistingue: quia aut fuit damnum datum anteq̃ iuberet in possessionē mitti, quia non fuerat cautū s̃m quod decreuerat ipse pretor, ⁊ tunc serua quod dicitur. j. eo. si finita. §. si iā meruit. Aut postq̃ iam decreuerat ⁊ iusserat in possessionem mitti, ⁊ tunc considera: quia aut fuit

7 negligens, † vt puta in eundo in possessionem, quo casu pretoris beneficium amisisse videtur. Aut non fuit negligens, vt puta: quia cum iret ad intrandum in possessionem statim post iussum iudicis edes ruerunt quo casu ei subuenitur ⁊ non videtur pretoris beneficiū amisisse, vt dicta. l. si finita. §. eum tamen. Si autem contigerit propter vim fluminis ⁊ sunt alie res que ratis siue nauis, tunc obtinet qd̃ dicitur in. l. hoc amplius. §. de his autē. Si vero ꝑpter discussionē fluminis, tūc obtinet. §. alphenus. in. l. hoc amplius. Si vero contingit propter vim fluminis, ⁊ sic ratis fuit, obtinet quod dicitur. §. neratius. in. l. hoc amplius. ⁊ facit pro prima distinctione. j. eo. cum postulassem.

Summarium.

1 ☞ Passus damnum ob ruinam domus ante cautionem prestitam, quo subleuetur remedio.

2 Dominus edium que corruerunt, si rudera tollere velit de damno preterito ⁊ futuro cauere debet ei qui damnum passus est.

1 **Unde queritur.** ¶ Ut plane† scias qualiter subueniat̃ ei qui damnum passus est ante cautionem prestitam propter domos ruinosas: dic q̃ aut damnum passus est ante petitam cautionem, aut post non prestitam. Primo casu aut fuit negligens in petenda cautione: aut neq3 negligens neq3 impeditus. Si negligens habet tantum vnum auxilium: quia si dominus ruderum velit tollere rudera habet necesse vel omnia tollere vel omnia dimittere, neq3 tollere compellitur: ⁊ si tollat forte de damno futuro cauebit, ⁊ sic loquitur. s̃. eo. l. obuenerit. Si neq3

2 negligens neq3 impeditus, tunc † dominus ruderū habet necesse si tollere velit vel omnia dimittere, non autē compellitur: sed si tollere velit, cauebit de damno futuro ⁊ preterito, ⁊ ita loquitur. §. q̃ si dominus. cum duabus legibus eiusdem, vsq3 ad. §. de his. Si autem post cautionem petitam ⁊ non prestitam damnum datum est, tunc aut iudice deliberante de cautione prestanda, ⁊ hoc casu prestatur cautio de damno futuro ⁊ preterito: vt. j. eo. l. si finita. §. eleganter. aut postq̃ iudex pronunciauit caueri, ⁊ tunc non prestatur cautio sed in possessionem fit missio: vt. j. eo. l. si finita. §. si iam ruerint.

Summarium.

promittit dominum facturum vel daturum, quia tunc
non valeret vt hic. ¶ In glos. i. abnegatiuum. in fin. vel
dic abnegatiuum a quocunq; de mundo cōmissi. ¶ In
gl. idcirco. in fi. vel dic dolus singulorū successorum: & qd
dicit ab vna, id est abnegatiuū facti alieni, id est doli cu-
iuslibet seu a quolibet committendi, & sic cōcordat cum
legibus contrarijs, vt de dolo eorum quos potest arcere
promittere videatur. ¶ In glos. videtur contra. ibi: hic
promisit. non dicas expresse sed sub illis verbis que sunt
in textu, sed inter partes sic fuit actum: vt. s. in conuen-
tionalibus. & l. eum qui calendis. & sic sub tali intellectu
formata fuit simpliciter habere licere, vt not. s. eod. sti-
pulatio ista. in princip.

Summarium.

1 Dissensus inter stipulantem et spondentem vitiat
stipulationem.

Si Stichum.

¶ Quod & in iudicijs.
1 vt † si actor de vno sen
serit, & reus in sua responsione de alio, nihil valeat iudi-
cium. ¶ Ex vtriusq; consensu. verbo declarato. s. eod. l. j.
in prin. ¶ Valet. & sic cessante vel etiam promissoris non
valet. ¶ Inuitum. saltem causatiue: vt. s. de rei vend. l. si.
& de procur. si reus. & de leg. j. si domus. §. qui confitetur.
& ad leg. aquil. proinde. ad fi. ¶ Potius actori. dicenti liti
gatum esse de tali seruo. ¶ Consensisse. id est cum actore
sensisse: & sic nullum esset iudicium. ¶ In glos. j. eo. con-
tinuus. ibi: ibi nō. hoc autem constabat per protestatio-
nem: puta dum stipulatur veniebat ad stipulandum, in-
terrogatus quo iret dixit quibusdā, vado stipulari Sti-
chum album: promissor econuerso ab aliquibus inter-
rogatus dixit, vado promittere Stichum nigrū. & pro
hoc. s. de acqui. here. qui aliena. §. fi. & de concub. l. in con
cubinatu. & de regu. l. & si quis. §. plerique.

Si stipulante.

¶ Quod minus est. et
sic licet simpliciter re-
spondeatur non alternatiua cōsurgat obligatio sed sim
plex: sed alternatiua cōtrahitur obligatio ex simplici re-
sponsione: vt. s. de actio. & obli. obligationum. §. modus.
& j. eo. si duo. & s. de consti. pecu. illud. & s. eo. si ita. ¶ Sti-
pulationibus. itaq; congruere debet respōsio interroga
tioni. s. eo. qui extrinsecus. in fi. Item in rebus. s. ea. l. §. j.
& l. j. §. si stipulanti. Item in qualitate stipulationis: vt di
cto. §. simpliciter. Item in modo, vt hic: sed in responso
simplici cur secus in speciebus q in summis? Respōdeo
quia in obscura: vt. j. de regu. iur. l. in obscuris. & in sum-
mis apparet liquida, quod minus, sed non in speciebus.
¶ Sponderi videtur. etiam si simpliciter spondeatur: vt
s. eo. si ita stipulatus fuero. & s. de lega. ij. si ita relictum.
§. si. cum ergo non plus operet indeterminata responsio
q determinata merito & indeterminata valebit. ¶ In
glos. & apparet. & sic minus.

Summarium.

1 Res exempta a stipulatione per mutationem sta-
tus, eo recuperato an recidat in obligationem.
2 Fauorabilior est liberatio q obligatio.
3 Liberatus in perpetuum, postea ad eam causam non
obligatur.
4 Liber homo sub conditione promissus, & pendente con
ditione in seruitutem reductus an cadat in obligatio-
nem. & nume. 5.
6 Edibus funditus demolitis si dominus eas voluerit re-
edificare an ei nouum opus nunciari possit.

Sacram rem.

Sacram rem. ¶ Sic diuide. In prima parte ponit dictũ vsq; ibi, nam & cum quis. Secundo ibi ponit rationem dicti, que est q res non incipit a casu extinguibili: & qua
1 liter extinguatur ostendit. Tertio q † res exẽpta a stipulatione per mutationem status siue conditionis recuperato primo statu non recidit in obligationem. Quarto rationem subiungit quare causa liberandi, scilicet mutatio status in contrarium assumpta per contrariam mutationem esset causa obligandi: quod esset absurdũ cum ratione prime mutationis fingatur nulla precessisse sti
2 pulatio. ¶ Item † iam non esset fauorabilior liberatio q obligatio. Quinto arguit dupliciter: primo de naui restituta, secundo de stipulatione vini. Sexto tollit arg. ostensa dissimilitudine. Septimo respondet oppositioni que fieret contra id quod fieret ostendendo dissimilitudinem ibi, scilicet vini autem, vsq; ibi, & nauis. Octauo respondet arg. nauis ostendendo vbi verum sit quod de naui est dictũ: qd probat per similitudinem tigni remoti, non q sit sic edificio destructo & refecto vltra inquisitionis huius vtilita. ostendit. Posset etiam secũdo dici q in litera quoniam, arguat contra ea que dixerat: & ponatur quoniam pro quamuis, & illud postea probat arg. nauis & vini. ¶ Liberatur. & sic conditionalis sit promissio: & quod .j. dicit ceperit, etiam pendente cõditione. Et quod dicit liberatur per exemptionem rerum & stipulatione. ¶ Nec reuocantur. res promisse, cum obligatio sit extincta. ¶ Lege aliqua. a Papa vel Imperatore promulgata, vel hoc forte per incursionem hostium efficitur prophana: vt. §. de religio. domi. l. cum loca. sed certe tunc non esset subiecta dominio meo. ¶ Effectus fit. etiam antequam extaret conditio stipulantis. ¶ Quoniam quidem vna. scilicet mutatio status & qualitatis siue conditionis rei. ¶ Liberandi. scilicet in perpetuum. ¶ Et obligandi. scilicet postea, & subaudi, quod esset ab
3 surdum: esset enim oppositio in obiecto. Nam si † liberatus sum in perpetuum, ergo postea non obligor ad eam causam, alioquin non dicor liberatus in perpetuum: & ad hoc voluit forte tendere propria expositio gl. & legis, quoniam vna esset causa liberandi, & eadem in contrarium assumpta esset causa obligãdi. ¶ Inciperet obliga
4 ri. a simili, & seruus † liber factus reductus in seruitutem inducitur in obligationẽ, & liber promissus tempore conditionis seruus factus in obligatione deducitur: & qd dicit incipiet sub conditione existente sub qua stipulatio facta erat, & dic existente post reparationem nauis. ¶ Pro quo & illud. vt effectus seruus reducatur in obligatione vel deducatur si stipulationis tempore liber erat, & nunc pendente conditione fit seruus. ¶ Aut cessaturam. cum non possit dari. ¶ Sed hec dissimilia sunt. remouet a regula vini & nauis, & primo arg. vini. ¶ Liber homo. proprie, licet glos. aliter exponat. ¶ Seruitutis. superuenientis. ¶ Spectandum non est. ad reducendum eum in obligatione, cum exponis ſm glos. Vel ad deducẽdum cum dicis hominem liberum sub conditione promissum, & ea pẽdente seruum effectũ vt exposui in proximo versi. liber homo. ¶ Presentis obligationẽ temporis. qd in stipulatione deducitur licet conditionaliter. ¶ Deducunt. i. deduci possunt. ¶ In obligationem. scilicet cõditionalem. ¶ Vini autẽ non speciem. iam existente in natura. ¶ Sed genus. i. futuram speciem in suo genere. ¶ Homo liber. in stipulatione deductus. ¶ Certa specie. q iam est, sed nõ est subiecta dominio nostro. ¶ Et casum aduersamq;. dicet aliquis quare in litera non spectatur futura seruitus per quam erit dominio subiecta, sicut inde vino vt nascitur. Respondet & casum &c. ¶ Recte gerimus. respectu futuri temporis. ¶ Statim possunt. sui natura. ¶ Et nauis. respon. arg. de naui. ¶ Nondum intercidisse. iure seruitutis. ¶ Equidem omne. etiam quo ad veritatem. ¶ Alia erit. quacunq; mente sit deposita, & sic est aliud in domo q in naui, in domo autem cõsidera vt dicitur. §. de leg. j. si ita. §. si. & qui. mo. vsufru. amit. quid tñ. §. si. ¶ In glos. contra videbatur. ibi ratio libero homine effecto. ¶ Ytẽ ibi: & sic. in reductione rei sacre ad prophanam & homines liberos ad seruitutẽ. ¶ Item ad si. vel dic, non reuocabit licet videatur reuocari hac ratione, quoniam &c. & sequenti, nam &c. tertia pro quo &c. vel etiam ſm hoc ante literam, quoniam subaudi: sed videtur reuocari his rationibus, quoniam &c. patet quare non approbatur, sed remouetur hec ratio. Respondeo quia obligatio semel extincta. Item quia facilius quis liberatur q obligetur: vt. §. titu. j. l. Arrianus. ſm qd subaudi, licet videatur &c. ante literam, nam &c. potest sub. sed videt reuocari hac ratione, nam & sic &c. prout quoniam est ratio confirmans predicta, dic quoniam mutatio status per quam seruus liber efficitur & res prophana sacra efficitur esset causa liberandi, qd satis congruit rationi, eo q res habetur extincta, & eadem scilicet mutatio status de libertate in seruitutem et de sacro in prophanum esset causa obligandi eo q dari possit, quod est iuri cõtrarium, vt eo ipso quis obligetur quod res dari potest non precedente obligatione que hic fingitur non intercessisse seu precessisse cum sit extincta. Postea opponit: imo videtur teneri, nam & si &c. istud nam & si pone pro quamuis. Vel dic q est ratio directa ad subauditum, videlicet vt subaudias, sed videtur reuocari quoniam quidem &c. & sic incipiunt oppositiones ad ea que sunt proxime dicta, & huic oppositioni non respõdet in textu. Sed dic q non est eadem ratio obligandi que est liberandi: vt. §. ti. proxi. Arrianus. & sic tres erunt oppositiones, nam statim alie due sequuntur. Vel dic vt dicit glos. & tunc ibi nam & si, subaudi que sunt dixi subaudiẽdum: & ibi incipiunt oppositiones & erunt tantum due, & illis duabus bene respondetur, vt. j. patet. Alij vt comprehendant intellectum etiam glos. sic dicunt. & dic non reuocabitur, licet videatur reuocari hac ratione, quoniam &c. & secũda nam &c. & tertia pro quo &c. Vel etiam secundo aut literam quoniam, subaudi, sed videtur reuocari his rationibus quoniam &c. sed quare nõ approbatur sed remouetur hec ratio? Respondeo, quia obligatio semel extincta &c. j. de solu. qui res. §. aream. Item quia facilius quis liberatur q obligetur, vt dicta. l. Arrianus. quod sub. licet videatur &c. ante literã, nam &c. potes sub. sed videtur reuocari hac ratione, nam & si &c. ¶ Ad si. gl. cõtraria. & lege sic: quãdo esset vna causa liberãdi & eadẽ in contrariũ assumpta esset causa obligandi. ¶ In gl. & sic liberat. in fi. & sic est causa liberãdi. ¶ In gl. & sic teneatur. in fi. & sic est causa obligãdi. ¶ In gl. vt
5 j. ea. in fi. a simili ergo & seruus † liber factus reductus in seruitutem reducit in obligationẽ, & liber promissionis tẽpore constitutus seruus factus in obligationẽ deducitur: & qd dicit incipiet, sub. conditione existente sub qua stipulatio facta erat. ¶ In glos. non adijciendo. ibi: natum erit. tali anno. ¶ Ea. gl. ibi: que sunt. tunc vel ibi legatum est venditum de eo vino quod eo anno nasceretur: hic vero est promissum de eo qd nasceretur. ¶ In glos. hec est ratio secunde. in fin. vel dic q hic respondet questioni seu oppositioni que cõtra premissa fieri potest, videlicet dixi subiecta dominio nostro: deinde posse in stipulatione deduci, sed hoc non videtur verum. Nam vinum nondum natum nõ est subijcibile dominio nostro, cum nondum sit in rerum natura, & tamen deducitur in stipulationem, ergo liber homo eadem ratione similitudinis deducitur: sed non est bona oppositio, nam vinum non est subijcibile ideo quia prohibitum sed quia nondũ in rerum natura est, & hoc. j. sequit. vini autem &c. ¶ In glos. hoc in domo. in fin. & not. q litera determinat id de
6 quo consueuit dubitari. Pone † q domus mea diruta est totaliter vsq; ad aream, deinde volo eam in pristinũ statum reedificare: nunquid poterit mihi nouum opus nunciari? Nõ videt. §. de no. ope. nun. l. j. §. si quis edem. Econtra tamen est per hanc literã, nam videtur nouam facere domum, & ideo tenet nunciatio, vt dicta. l. j. §. j.

Summarium.

1 Hereditatis non semper lucratiuus titulus ſm iura tum vetera tum noua: nempe veteri iure heres subibat onera hereditaria, nouissimo vero etiam confecto

inuentario ere alieno soluto nihil protinus heres capit, cum omnino exhausta sit hereditas.

Si rem quam. ¶ Stipulatus sim. primo loco. ¶ Ex causa lucratiua. secundo loco. ¶ Extinguitur stipulatio. con-
1 trarium hoc casu videbatur, qꝛ titulus † hereditatis nō semper est lucratiuus, ⁊ maxime ſm antiqua iura ſm q̄ tenentur ad omnia onera hereditaria, licet non sit hereditas soluendo. pro hoc. ff. manda. hereditatem. ⁊ ad trebel. l. j. §. penul. ad leg. falc. l. in ratione. §. quod vulgo. sol. matr. l. que dotis. Item ſm hodierna, quia sic, ⁊ ideo sic damnosa: facto inuentario tamen potest esse nō lucrosa, puta si soluto ere alieno nihil remanet vt hic dicit. C. de iur. delib. l. fi. sed hoc non attenditur, sed ꝙ vt plurimum est lucrosa, qꝛ si tamen non est soluēdo hered. nō videtur euanescere stipulatio. ff. de lega. ij. l. si seruus. §. stichum. ¶ In glo. quia ⁊c. in fin. sed contra, dicta l. si seruus. §. j. sed ibi est alius casus. ¶ In glos. quia existente. sub tali conditione, quia existente ⁊c. ¶ In eadem glos. in fin. ⁊ concord. j. de regu. iur. l. omnes. §. j. imo non statim: vt. ff. de leg. j. non quicunq;. §. j.

Summarium.

1 ☞ Obligatio non potest incipere a casu extinguibili.

1 **Stichum qui.** ¶ Quia etsi deberetur. ¶ No. † non posse obligationem incipere a casu extinguibili, vt hic ⁊. ff. §. si stichū. ibi: ⁊ cum quis ⁊c. de vsufru. lega. si titio. ⁊ de manu. testa. libertas ⁊ stichus seruus. ⁊ de vsufruct. lega. titio. de iure dot. Julianus. ¶ In glos. tradi non dari. in fin. vel dic dari, cum per mortem desierit meus esse ⁊ cuiuslibet alterius, secus vbi viueret: vt dicta l. scire. ¶ In glos. vt valeat. in fi. ⁊ sic ad principium referunt. ¶ In glos. animo purgandi. in fi. ff. eo. si stipuler. ij. respon.

Si quis ancillam. ¶ Promiserit. pro eo forte qd dicitur. C. de questio. interrogari. ⁊ forte non erat dubitatio: quia dum vellem de aliqua re scire veritatem, veri simile erat ꝙ ipsa melius dixisset veritatem propter periculum partus quod erat subitum: nā tunc mulieres magis sunt deuote. ¶ In glos. ⁊ ideo. ibi: ex ea stipulatione. non enim est preciosior eo ꝙ sit pregnans. pro hoc. ff. si quis caut. l. si quis quandam.

Si insulam. ¶ Nō sim. super estimationē operis qd fieri debuit eam petendo: vt. ff. eo. stipulatio. §. celsus. ¶ In gl. si nihil interesset. ibi: mea. puta quia incidi in penam dum aliij facere promiseram: ⁊ sic intelligitur etiam interesse extra rem. ¶ In ea. glo. in fi. ⁊ hec bona. ¶ In gl. ad hoc. ibi: interesse. id est estimationis. ¶ In ea. glos. in fin. ideo forte quia ⁊ interesse petam ⁊ opus vis facere, ⁊ sic aliud soluere q̄ꝫ petam, satis qd hoc tibi promittatur vsq; ad contestationem: secus in stipulatione que est in dando, quia ibi semper qd dare promisisti peto, ⁊ ideo litis contesta. dando quia facis qd semper intendo purgas moram, vt. ff. manda. hominem. nisi ante iam solutum fuisset quod mea interfit, tunc enim ⁊ intantū prestaretur. ff. de arbi. l. si cum dies. §. fi. ⁊ de consti. pec. sed ⁊ si alia. §. fi. ⁊. j. e. si ita. §. stichum.

In executione. Id est exactione que fit obtentu obligationis. ¶ Secunda. ibi: in partes. hereditarias diuisas, al's indiuisas. ¶ Omnes teneri. pro parte hereditatis, vt sic bene aduersetur. ¶ In glos. ꝙ, pro sed. ibi: ad primum membrū. vel dic. ff. proxi. dictum est quando agitur ad ipsum factum cuius effectus non diuiditur: secus quando agitur ad pecuniam debitā ratione pene vel interesse, quia non est factū vel est cōtra quā debeat factū, ⁊ hoc hic sequit.

Pro parte. ¶ Non potest. vt pro parte liberatio contingat, sed pendet: vt ff. eo. l. iij. ¶ In glos. nam solutis. adde hic. §. j. item si ita nam ille. §. sapit naturam alternatiue obligationis: nam ⁊ ibi ⁊ totum fundum vel totam penam debeo cōsequi.

Insolidum. ¶ Defugiente. scilicet defendere pro parte sua: nec etiam ab aliis defenditur etiam eadem persona, tenebuntur pro parte illa que a nemine est defensa.

Item si ita. ¶ In glos. quin pena. ibi. §. si pacto. Alij magis probant ꝙ insolidum committatur pena, ⁊ si pecunia fuit pars soluta computatur in pena: vt. ff. de condict. indeb. l. si non sortem. in princ. Si species tunc soluta pena illa pars speciei condicatur, vt dicta l. si non sortem. §. fina.

Quicunq;. ¶ In glos. hoc fallit. ibi: impedire. hoc est quando de natura negotij est vt pro posse expediam exercere vires meas: nam cum illud tacite agatur debet haberi pro expresso, vt. ff. si cert. peta. l. cum quid.

Summarium.

1 ☞ Cum plures alicui potestati committuntur, an tot sunt necessarie perpetuationes iurisdictionis quot sunt cause.

Quod dicitur. ¶ In fi. glos. ff. eo. ⁊ de arbi.
1 quid tamen. ex hac l. not. arg. † vt plures cause alicui committantur: si quidem separatim singulis numeratis, tūc tot sunt necessarie perpetuationes iurisdictionis quot sunt cause. ⁊ pro hoc. j. ad turpi. l. j. §. si plura. ⁊. ff. de ope. no. nun. de pupillo. §. si in pluribus. Secus vbi sub vniuerso committūtur, puta cognitio causarum numeralium que vertuntur in tali loco: ⁊ tunc sufficit perpetuatio ⁊ in vna causa dictarū causarū.

Summarium.

1 ☞ An ⁊ qn sub conditione rei iure valeat stipulatio.
2 Testatore legāte mihi rem suam propriam, ad eam duplex mihi patet aditus.

1 **Nemo rem.** ¶ Circa hāc legem dic, aut † stipulatio fit sub expressa cōditione si stipulantis facta fuerit, ⁊ tunc non valet, vt hic ar. ff. eo. si rem. nam tempus complete conditionis attendit, vt ibi. Aut conditio sub qua futura est stipulantis solum exprimit: ⁊ tunc aut vtriusq; eadem est causa, vt in cautione legati, ⁊ eo casu refert. Aut stipulatus sum prestari, ⁊ hec est vtilis. ff. eo. nemo. Aut dari ⁊ eo casu si eligo eam vt debitam recte etiam ex stipulatione peto dari sicut ⁊ ex testamento actio. vt. ff. de leg. ij. cū filius. §. variis. ⁊. ff. de leg. j. huiusmodi. §. fi. Aut eligo eam habere vt meam, ⁊ tunc cum mea sit, vt dictis ll. ⁊ si cer. peta. proinde. male intendo eam mihi dari, cum ea amplius mea fieri non possit:
2 vt insti. de actio. §. sic itaq;. ⁊ de leg. §. si rem. Nam † legata mihi propria re testatoris ad eam duplicē habeo viā: vel personalem, ⁊ tunc ad debitam, vel per realem, ⁊ tūc vt meam, nam quod habeam rei vendicatione mei fauore est cui possum renunciare: vt. C. de pact. si quis in conscribēdo. Aut diuersa, ⁊ tunc si vtraq; est lucratiua idē: vt. ff. ti. j. l. omnes. Si non lucratiua est vtraq; sed neutra vel altera, tūc licet habuero dominium ex vna, ex altera agere possum. ff. tit. j. si is. ⁊ l. ex promissione. Vel dic etiā in hoc casu inutiliter cedere, cum tempore existentis conditionis sit mea: secus autē si antecessisset vtiliter ⁊ postea ex alia causa fieret, quia tunc obtinet. l. si is. inspicitur ergo tempus existentis conditionis, vt. ff. eo. l. si rem. ⁊. j. de nouat. quoties. ⁊ ſm hoc intelligēda est hec lex. ¶ In glos. ex lucratiua causa. ibi. §. si quis sub conditione. sed eo casu potest legatarius omittere vt suam, ⁊ habere vt debitam: vt patet de lega. ij. cum filius. §. variis. ⁊ de leg. j.

leg.j.huiusmodi.§.fin.⁊ si eligat habere vt debitam aget ex stipulatione: si vt suam inutiliter si stipulatur dari, secus si prestari.s.eo.nemo.⁊.l.scire.in fin.

Summarium.

1 Mora rei an noceat fideiussori.
2 Ad hoc vt quis morã purget quid eum oporteat facere.
3 Unicuiq; sua mora nociua.

1 **Mora rei.** ¶ Si † enim fideiussor obtulit ⁊ creditor recusauit moram fecit: vt.s.de peric.⁊ commo.rei ven. illud.⁊ de actio.emp. si per emptorem. ⁊ hoc semper perseuerat, nisi purgetur: vt.s.de lega.ij.l.Titio seia.§.vsuras.s.quod vi aut clam.l.j.§.fin.⁊.l.iij.§.j. Sed
2 in † purgatione oportet actum contrarium interuenire commissionis more, ⁊ sic oportet fideiussorem cui facta fuit mora per creditorem volentem ab eo offerente recipere interpellari: vt.s.de fideiusso.l.debitor.⁊ sic cum interpellatus non sit, sed reus est fideiussor extra moram licet reus sit in mora, ⁊ ita succurrit saltem ope exceptionis vt hic, vel ipso iure cum perseueret mora creditoris quo ad ipsum fideiussorem. Dic ergo circa hanc. l. aut reus est in mora ⁊ fideiussor extra moram per suam precedentem obligationem, et tunc re interueniente solus tenetur, vt ibi. Sed si fideiussor aut reus est in mora ⁊ fideiussor preter moram quia non est interpellatus ⁊ sic non in mora vero obtulit: ⁊ sic non extra moram, ⁊ tunc obtinet princ.l.cum concor. Aut econtra fideiussor est in mora reus autem extra vel preter, ⁊ tunc solus fideiussor tenetur, vt in fi.s.de vsur.l.mora.§.fin. ⁊.j.de reg.iur.l.in condemnationẽ.§.vnicuiq;. ¶ Obtulit. post moram rei. ¶ In glos.non tamen.in fin.scilicet interesse quod debetur per arbitrariam, cum illud nõ sit in obligatione principali, sed per officium: nam si fideiussor in sortem ⁊ vsuras bene ex mora rei augetur obligatio fideiussoris per vsuras. ¶ In glos.ante moram.ibi: purgauit. sed certe tunc reus liberatur qđ hic nõ vult, ⁊ ideo hec ratio non valet. ¶ In ead.glos.in fi.sed certe cum fideiussor creditorem in mora cõstituit ⁊ aduersus fideiussorem durat: vt.s.de lega.ij. l. titia seia.§.j. nisi per contrarium actum purgetur, videlicet vt creditor denunciet fideiussori antequam seruus moriatur se paratum accipere: nam vt solus fideiussor potest in mora constitui, ita mora potest aduersus eum solum committi. ¶ In glos.quia in totam cau-
3 sam.ibi.§.nũc videamus. vel dic † melius quia vnicuiq; sua mora nocet: vt.j.de reg.iur. l.in condemnationem.§. vnicuiq;. ¶ In ea.glos.ibi: de do.vel dic ꝙ ibi erat obligatio in diem ⁊ ante diem eam occidit, ⁊ ideo ibi agit de do.arg.s.eo.l.cum filius.§.hic pure.⁊ sic cum moram facit occidendo tenetur vtili ex stipulatione.

Summarium.

1 Contractus quando presumitur vsurarius.

Cum stipulati. ¶ In singulos mẽses.no-
1 ta per hanc literam ꝙ † vbi contractui pena distributiua per singulos videlicet mẽses vel annos adijcitur, indubitanter presumo cõtractum vsurarium: al's si vna tantũ pena adijciatur, tũc dicunt quidam si contractui mutui presumitur vsurarius, quod Gof.non approbat, al's secus. Uel dic consueuit se necari al's non: vt not.s.de actio.emp.l.iulianus.§.ibidem.

Summarium.

1 Seruus promissus ante moram liber factus an prestari possit.
2 Promittens non alienare, si vendiderit et emptor demum alienauerit an pena committitur.

Si seruum. ¶ Item si homo.ibi: ꝙ statuliber fuit.pone ex-
1 emplum in addictione. Uel dic † ꝙ successi Titio, qui suo seruo Sticho reliquit libertatem: postea hunc tibi promisi ⁊ ante moram extitit conditio libertatis non teneor. ¶ In gl.puta.in fi.⁊ ſm hoc ver.quia quiq; ⁊c.lege ante literã an in faciẽdo ⁊c. Quidam tamen magis approbãt primã prout litera directo iacet: ⁊ ſm hoc not. quia ad primum non ad proximum fit relatio. ¶ In glos. per eum qui rem promisit ⁊c. hoc ideo non differunt a casu sequenti. ¶ In glos. vt teneatur.in fi.⁊ de ser.expor.l. Titius. faciunt iste leges ad
2 questionem, † vt si promisisti mihi non alienare domum tuam, ⁊ penam si contra faceres: ⁊ domum vendidisti ⁊ emptor alienauit, pena aduersus te cõmittetur: de hoc not.s.de alie.iud.mut.l.iij.§.opus quoq;.

Summarium.

1 Semel morosus semper est morosus.

Sequitur. ¶ In glos. non stricti iuris. in fin.secus de equitate, vt que sequitur, que est cũ nihil mea intersit: si ergo interesset mea in aliquo, non esset equum liberari nisi soluat interesse.
1 ¶ In glos.id est similis.in fi.⁊ est causa par: quia † si debitor est in mora semper est morosus. argu.s.de edilic. edic. quis sit fugitiuus. in princip. ⁊ cum postea offert, non tamen dicitur suam moram purgare ꝙ creditorem in mora constituere: ⁊ sic ambo sunt in pari delicto, ⁊ ita hoc intelligitur.

Nunc videamus. ¶ In gl.que de perpetuãda.hoc est vt amodo non liberetur interitu: nec liberetur qui dz.

An filiusfamilias. ¶ In glos.id est mandatorem.in fin.hinc est quia dicitur vt fideiussor. s.eo.cum filius: non tamen credo dari patri beneficiũ vt primo conueniat filius ꝙ ipse, qđ vero fideiussori datur, sed iste patri principaliter quodãmodo est obligatus.s.qđ iussu.l.j.

Effectus. ¶ In glos.precedente.in fi.hoc si fiat patri acceptum quia nõ verbis videtur cõtracta: sed obligatio filij que est verbis cõtracta, etiã citra nouationẽ possit accepto ferri. ¶ Ad fin. glo. qua pater. vel dic hec obligatio perpetuata per pemptionẽ hominis debiti. ¶ In gl.id est interesse.in fi. verum est in obligatione dandi, sed in obligatione faciendi videtur econtra. s. eodem. l. stipulationes non diuiduntur.§.celsus. ⁊ l.quoties sisti.contra.not.j.eod.cum stipulatus.§.fina.

Qui insulam. Ibi: ¶ Intersit. eius. Item videtur tertium requiri; scilicet ꝙ exprimatur forma: videlicet cuius latitudinis vel amplitudinis esse debeat, alioquin non valet vt incerta, vt de fundo dicitur.j.eo.l.ita stipulatus.

Si ita stipulatus fuero te sisti. ¶ In glo.pro non adiecto.ibi: non vitiat. si pena esset vtiliter adiecta, ad penam agendum fuerat ⁊ non ad interesse. s.eo.quoties quis.⁊ s.qui satisd.cog.l.ij.§.fin.sed cum inutiliter sit adiecta ad interesse, vt hic possum vtiliter: contra videbatur quasi ei acquiratur, non si deberem.

Summarium.

1 Omnis causa peremptionis stipulationis vtiliter constitute est causa prohibitionis valoris eius primordialis.
2 Que attendi debeant vt valeat stipulatio.

Existimo. ¶ In glos. si defierit. ibi: venerit. et tunc in ea non sit. ¶ Sub conditione stipulari. vt sui princip. stipulatio non dicatur inualida, sed sic in pendenti: vt si tempore existentis cōditionis reperiatur alienata habeat effectum al's non. ¶ Ad fundum. & hoc sub conditione, nam verbum item, repetit predicta. ff. de lega. iij. l. in repetendis. ¶ Non sit meus. & sic cōditione existente sit meus valet, al's secus: vt commu. pred. l. iij. ¶ Et alienum. hoc respicit princip. ¶ Sed si fundi. hoc secundum responsum respicit. ¶ Non potuissent. sed cum non perimatur stipulatio in predictis propter acquisitionem vel alienationem superuenientem precedente conditione, ergo hic existentes ab initio non impediunt stipulationem huius ar. Ratio est talis, omnis † causa peremptionis stipulationis vtiliter constitute est causa prohibitionis valoris eius primordialis: vt. ff. e. inter. §. sacram. & §. pen. Ergo & ecōtra que non est causa peremptionis, non est causa prohibitionis, cum cōtrariorum sit eadem doctrina: sed acquisitio dominij rei cōditionaliter in stipulatione deducte & vtiliter si cōtingat stipulari pendente conditione non perimit stipulationem vtiliter constitutam, imo effectum sortitur si tempore existentis conditionis sit aliena, merito dominium stipulatoris tempore stipulationis ei inherens non vitiat cōditionalem stipulationem de ea, & similis fit argumētatio in sequenti. Itē alius modus habetur hic argumentandi: omnis causa que prohibet vtiliter interponi, stipulatio superueniens prohibet manere vtiliter factum, sed hoc fallit vt. j. not.

2 ¶ In glos. quia potest. nam † in stipulatione inest persone congruitas, & quantum ad hoc tempus stipulationis attenditur. ff. eo. inter. §. sacram. est & rei commoditas, & quantum ad id tempus conditionis existentis, vt hic & ff. l. nemo. & l. si rem. ¶ In glos. qd falsum. in fi. vel dic q falsum est vitiari predictas stipulationes.

Ex hac stipulatione. ¶ Fulcire. id est remedium adhibere ne ruat. ¶ Expectandum. ad hoc vt agatur ex hac stipulatione. ¶ Nihil. id est aliud.

Quicquid. ¶ Astringende. id est declarande, siue intra fines certos cōstringende. ¶ Palam verbis. hoc est dicere nisi verbis intelligibilib9. ¶ Intelligendum est. siue verbum nullo modo possit intelligi: vt arg. ff. de his que pro non scrip. hab. l. ij. & arg. ff. de interrog. actio. de etate. §. nihil. sicut & de lege que nullum habet intellectum, dicitur vt. C. de emen. Iusti. codi. §. supradictus. siue verbum nullo modo congruat ei qd agebatur, vt. ff. de lega. j. si quis in fundi. & de supellec. lega. l. Labeo. licet ipsum verbum bene intelligatur qd sonet, aut certe ver. si intelligitur, quando potest interpretari, quia significatio verbi non repugnat, licet sit equiuocatio: fit enim pro reo interpretatio. ¶ Ne rursus. scilicet vbi sunt verba clausa. ¶ Hominibus actum. q de adiectis in stipulatione. ¶ In glos. id est dicendum. ibi: ad brocardica &c. cum ergo brocardica contineantur non est hoc exemplum principij, sed versiculi, aut certe. nam in principio dicit non valere in aliquo. ¶ In ea. glos. ibi: ita stipulatus. sed hoc nō est bonum exemplum, cum hic dicat non valere. ¶ In gloss. hoc in eo casu. ibi: omnia vasa &c. sed certe nulla est hic dubietas vel obscuritas cum omnia complectatur. Item si promisi lancem dando quodlibet liberatur. argu. ff. de lega. iij. l. nummis. ff. de lega. j. l. apud. §. scio. cum concordan. non obst. de auro & argen. lega. l. qui lancem. vt ibi not. ¶ In ead. glos. ibi: seruos promiserit. sed certe nō est dubia: primus ergo intellectus est bonus.

Si stipulatus. ¶ Uerba sunt. id est esse videantur. ¶ Ascendisse. dic aut affirmatiue ponit hec conditio, & tunc statim cum potest debet impleri: vt. ff. de condi. & demonst. l. hec conditio. licet aliter no. de hered. insti. l. si quis instituatur. nisi certum tempus esset adiectum, quia tūc per totum tempus posset impleri. Aut negatiue, & tūc si terminus esset adiectus, transacto eo committitur, vt hic & ff. eod. veluti. §. j. Si non est adiectus, & tunc certum erit non posse ascendere: vt. j. eo. l. stipulatus. tunc enim committitur, cum potuit ascendere non ascendit.

Conditio in pteritū. ¶ In glo. id est consistere. ibi. j. e. l. decem &c. imo ibi arguitur hec impropriaetas.

Puberes. ¶ In glos. licet iuuentur. in fin. & hoc casu non curo, licet habeant curatores.

Summarium.

1 Ubi sumptus sunt promissi, licet emptor obtineat in causa euictionis prestandi sunt.

Uenditores. ¶ Interesset. hic & citra promissionē veniebat: vt. C. de euictio. l. non dubitatur. ¶ In glos. quia non fuit. in fin. si ergo facti essent in lite de proprietate bene possent peti, vt hic a
1 contrario sensu patet, & ita est casus huius legis, q † vbi sumptus sunt promissi, licet obtineat emptor in causa euictionis, nihilominus prestandi sunt: sed ne malitiose emptor faciat sibi moueri questionem, vt sic sumptus a venditore reciperet super hoc iurabit. C. de vsuris. l. eos. ad fin. & depositi. l. penulti. Ad finem. l. venditores. non committitur ergo stipulatio in casu alio q expresso vel intellecto a partibus.

Summarium.

1 Res propria hostium an legari possit.

Liber homo. ¶ In glo. qui dari non potest. in fi. sed certe hoc eodem casu loquūtur leges que
1 dicunt valere legatum: res † ergo propria nō potest legari, vt hic & in stipulatione dicitur.

Cum seruus. ¶ In glos. opera accipientis. in fi. dic aut est actum vt a certa persona fiat, tunc bene refert, vt in l. etiam. hic posita. & ff. de euictio. l. si rem. & l. si vendideris. si nō est actum, tunc non refert, vt supra dicitur.

Summarium.

1 Uerbum precisum an recipiat determinationem.

Stipulatus sum Damam. ¶ Solueret. sed per creditorem qui me offerente voluit accipere: & sic minus dicit & plus intelligit. ¶ Continuo. scilicet mortuo postea homi
1 ne: & sic no. † verbū precisum determinationem recipere: vt. ff. de arbi. l. licet. ¶ In gl. electione tibi promissori seruata. hoc ideo vt habeat locum qd hic no. de liberatione ipso iure, cum alter iam non possit deberi: vt. j. eod. l. qui certarum. §. fina. ¶ In eadem glos. in fi. vt. ff. de iure dotium. plerunq. §. fina. & de condictio. indebi. l. penul. sed certe hoc casu non est verum, quia dicitur ipso iure liberari. argu. ff. eod. l. ij. §. eiusdem. & l. in executione. §. idem iuris. sepe enim variare posset. j. eo. eum qui. §. j. dic ergo expresse. ¶ In glos. mortuo. ibi. l. cum ex illis. & pro hoc ff. si quis omissa cau. testa. l. j. §. qui sunt. & ff. de manumiss. testa. l. si ita fuerit. §. fin. vbi est statim qd recipit determinationem. pro derelic. l. j. & l. si id quod. §. j. ¶ In ea. glo. in fi. & ff. de dam. infec. l. quidam. §. j.

Qui ex pluribus. ¶ Demonstrationis. id est discretionis vnius ab altero.

Utrum turpem.

Utrum turpem. ¶ In gl. sponte. in fin. sed certe si posset cogi, ergo male acciperet: vt. ff. de cond. ob cau. l. ij. Dicet quis hoc verum quando a iure actionis: secus quando officio iudicis, vt not. ff. de offic. pre. l. congruit. sed certe ibi cogitur a iudice, at hic cogeretur a priuato, et ideo nõ credo hic cogi eum, nisi aliquid commodi hic sensisset et quid agnouisset, vt not. in dicta. l. si cui alij. verba hec si dixerunt hoc non credo, vt dicta. l. si filius. ff. de adoptio. l. non potest. et C. de emancip. l. nec auus. nam si potuisset compelli iuste pecuniam acciperet: vt. ff. de condi. ob turpem causam. l. ij. et l. idem. §. penul. not. ¶ Nec ex ea. glos. circa fi. dicas contrarium, quia per officium ipsi iudici, non autem hic compellitur hic iudicare per officium mihi ipsi cõpelleretur beneficiũ impartiri: si enim per officiũ metu extortum intendit, reddere debet: vt. ff. qd met. cau. l. fina. §. fina. et ff. de varijs et extraor. cog. l. medicus. nonne turpiter accepit vt reddat? Utiqz. C. de condi. ob tur. cau. l. ij. et l. fi. Nec obst. l. si cui. quia in alio casu loquitur.

A Titio ita stipul. ¶ Parere. id est purificare contractum, vt sic contractus inducat obligationem.

Nulla promissio. ¶ Statum capit. id est effectũ, imo proprie: nec obst. l. centesimis. §. si ita. ¶ In glos. expressa. ibi: tantum etc. quantum dixi modo. ¶ In glos. vel etiam stipulantis etc. vel tunc valet: arg. eius quod no. ff. de donatio. cau. mor. l. ei cui.

Si mihi et Titio. ¶ In gl. no. de extraneo. vt is qui non habet in potestate, vt in prin. huius. l. patet. ¶ In gl. sed nec minuat. ad fin. item fm hunc vltimum si nihil habes quid proficit stipulationem committi contra te: vt. ff. de do. l. nam his. Respondeo, quia habere poteris: vt arg. de mune. et hono. l. cum lex. ff. de cond. l. nam et si maritus. Sed nonne te tunc conueniam ex principali actione precedente et sequar debitum? Respondeo interest mea interim fideiuss. habuisse idoneum a quo exegissem, et sic damna euitassem in que incidi: vt. C. de sen. que pro eo. l. vnica.

Summarium.

1 Non est recedendum a significatione verbi.
2 Dictio quecunqz, vniuersaliter capitur.

1 Si stipulatus. ¶ Estimari debeat. no. a † significatione verbi non esse recedendum: vt et. ff. de leg. iij. non aliter. et ff. eo.
2 si a colono. Item not. † quia dixit quecunqz, et sic vniuersalis et vniuersaliter accipi debet: vt. ff. de seruit. vrba. predio. l. si seruitus.

Si quis stipulatus. ¶ In glos. stipulator. vel is cui mandauit vel cuius petitionem ratam habuit, vt. ff. de procura. l. si is qui. et ff. rem ratam hab. l. cum debitore. ad fi.

Si quis ita. ¶ Et reum dederit. id est dabit, et hoc fm quod proponitur, duo premissa: et cum dicit reũ, proprie ponitur. Uel dic proprie dederis: et hoc fm vnam tantum fuit promissum, et tunc expone reũ. i. fideiussorem fm qd in gl. tangit.

Summarium.

1 Potestas qui iuramento medio promisit curaturum aliquod opus faciendum: si antequã perfectum sit finiat officium suum, an videatur periurus.
2 Quid important illa verba arbitratu meo.
3 Si agitur ad factum et fieri recusetur, fit condemnatio ad interesse.

Cum stipu. sim mihi. ¶ In glos. tam in qualitate. hoc non videtur per. l. ff. de condi. et demon. cum multa. in princ. et ideo dic arbitratu meo in imitando formam ab initio datam et terminum, vel terminum tantum. ¶ In ead. glos. in fi. sed certe quomodo pena committetur antequã arbitrer cõtra. l. ff. de con. et demon. l. multa. Et ideo dic qd sum stipulatus fieri opus certe forme, ita vt mutare mihi ad arbitrium meum liceat [illegible] de termino in teste dicitur: et ideo quia ad formam in stipulatione comprehensam non est factum qd semper durat ex quo non mutatur, licet mutari possit cõmittitur stipulatio. ¶ Cũ
1 iam opus. no. arg. ex hac lege † si per statutum quod potestas iurauit, tenetur ad opus aliquod fieri faciendum: deinde cum est prope finem sui regiminis intantum qd certum est ipsum opus sub tempore suo non posse perfici facit statutum absolui: nam per hanc. l. nihilominus videtur periurus, et per tex. ff. de magi. conue. l. j. §. sciendũ. et de dam. infec. l. damni. §. sabini. ¶ Puto penam. de stricto iure, sed obstat exceptio. Uult itaqz hec lex exponere
2 quid † significet in hac stipulatione hec verborum positio arbitratu meo: nã potest intelligi arbitratu meo, id est si arbitrabor vel desiderabo, vel petã hoc opus ante calen. Januarij. Item potest intelligi arbitratu meo, saluo in prorogando terminum. Primus quidem intellectus per hanc. l. respuitur. Secũdus autem recipitur cũ diuisione temporis quo fit prorogatio: vt si adhuc ante terminum fieri poterat cum fit prorogatio non cõmittatur siue cõmissa non intelligatur pena, si non poterit fieri cõmissa intelligatur, sed non exigatur cõmissa obstante exceptione. Item possunt intelligi illa verba arbitratu meo, id est fm qd sum arbitratus in expressione forme operis in conuentione de opere faciẽdo: et hoc est pro stipulatore. Item arbitratu meo, id est si arbitrabor vel requisiero opus fieri, et hoc est pro promissore, et tamen hic intellectus horum verborum pro reo reijcitur: et sic obst. qd als dicitur. ff. e. quicquid. in prin. et l. qui ex pluribus. et l. stipulatio. §. in stipulatione. sed hoc contingit ne dictarum cal. Janua. appositio fit superflua et inutilis. ¶ Nec ad rem pertinere. hec est ratio quare non videbatur cõmitti pena: sed nõ obst. vt dicit, et dic nec ad rem etc. id est ad impediendam commissionem etc. ¶ Ut fieret. ante calendas. ¶ Or. pro quia. ¶ Aut si hoc falsum est. q. d. si hec prorogatio impedit cõmissionem cum sit facta sub tempore termini: vel dic si hoc falsum est non impediri commissionem pene, ideo qd non fit arbitraria ante calen. Janua. fieri. q. d. si impeditur pene cõmissio, quia non est arbitratus fieri cal. Jañ. appositis in stipulatione sed Augusti, eueniet qd sequitur. j. etc. qd est absurdum verbum, ergo arbitratu qd est in stipulatione apposita non ad terminum declaratum refertur, sed ad alium qd arbitraretur si contigerit eum arbitrari. ¶ Mortuus. esset nulla etiã prorogatione facta. ¶ Non potuisset. desiderare vt opus fiat, nec vnus petijt opus fieri. ¶ Et propemodũ. id est prope rationem, siue rationabile est: vt. j. de solut. l. stichũ. §. pe. et ita ibi exponitur. ¶ Commissa est. q. d. cessit dies, sed non venit. ¶ In glos. de rigore. ibi: agi ante calend. Augusti, nam post si opus factum non fit efficaciter ad penam agitur: vt in. l. emilius. ff. de admini. ¶ In eadẽ glos. ibi. j. eod. l. insulam etc. vbi minuitur sed non exigitur, committeretur. ¶ In ea. glos. ibi: non. vel ibi non committitur cum effectu.

3 Cum venderet. ¶ In fin. nota. † ex hoc. §. si agatur ad factum et non fiat, id est fieri recusetur fit condemnatio ad interesse: vt not. ff. de actio. empti. l. j. in princip. ¶ In glos. actione prescrip. verb. in fin. imo ex stipulatu, nam interuenit stipulatio.

Summarium.

1 Nouatio vera quid sit, quidve presumpta.
2 Cum stipulationi principali interuenit stipulatio pena

C

lis; an penalis transfunditur in principalem in commissione pene.

Ita stipulatus. ¶ Cum id ageret. cum de stipulatione tunc faciēda tractaret. ¶ Certo die. id est certificando verbis stipulatoris, non dicas certo, vt calendis ianua. vel februa. de quibus inter nos iam esse actum: sed dic certo, id est aliquo die qui deberet in stipulatione exprimi, nō autem de aliquo certo fuit cogitatum. ¶ Non secus. sed perinde non valet. ¶ Quod si ab initio. scilicet cum de stipulatione faciēda tractaretur. ¶ Quocunqз die sisteres. ad arbitrium tuum: ꝛ ita est iste diuersus casus a primo. Alij ꝙ in casu precedēti loquitur vcз vt supra dixerit principalē non valere, sed penalis valebit ẜm formam hic traditam. ¶ In glos. non ergo palam. ibi: a conditione ꝛc. ꝛ nulla precessit stipulatio. ¶ In e. gl. ibi: vt subijcit. licet hic precedat pactio vestita, ac si esset inutilis ẜm quosdam. sub conditione negatiua. ¶ Uel Alexandriam. distinctione legis: ꝛ sic sunt duo exempla. ¶ Centum dare spondes. nomine pene. ¶ Item si quis. hic incipit secunda pars. ¶ Potuisset dari. ẜm possibilitatem nature: non dico diuitiarum. ſ. eo. l. continuus. §. illud. ¶ Penum. legatā. ¶ Scripsit. ꝛ bene. ¶ Id quocз. verba Papiniani cōditoris huius legis. ¶ Rei naturam. cuз pendeat ex facto heredis: sed si ex facto legatarij, tunc incontinenti consequeretur prestita mutiana cautione, vt. s. de condi. ꝛ demon. l. mutiane. ¶ In gloss. nec sit. ibi: datus. mora intercedente. ¶ In glos. non ergo expectandum. ibi secunda stipulatio penalis. ¶ Ad si. glos. pendet. vel dic rei naturam, qꝛ precesserit dispositio date penus: ꝛ sic potest fieri mora, cū sit qꝺ debeatur, ꝛ ex hoc infert itaqз, quod sequitur. Uel dic ꝙ cum in penu contineatur quod editur ꝛ bibitur, vt. s. de penu lega. l. iij. quibus homo quotidie indiget: vt. s. de ces. bon. l. qui bona. ex natura huius presumitur ꝙ testator statim voluerit penum dari. arg. s. de iud. sed ꝛ si susceperit. ꝛ de leg. j. cum res. ¶ In glo. apparet. ibi: quia peieraui. si iuro peieraturum me, vtrum verum vel falsum iurauerim: quare si dicas iuraui verū, falsum est, quia iuraui periurium quod alienum est a veritate. Si dicas iuraui falsum hoc verum non est, quia iuraui ꝙ deierarem: ꝛ bene seruaui iuramentum, quia deieraui. ¶ Qꝺ sine dubio. dic ꝙ hic versiculus inducitur ad probationem dicti Sabini, ꝛ hoc innuit verbum qꝺ ad proxime dictum facit relationem: nam si est actum vt homo ꝛ pena debeatur, tunc non dubium quin committatur incontinenti cū potuit dari ꝛ non est datus. Alioquin si deberet expectari quoad desisteret posse dari, vt quia esset mortuus vel liber factus iam esset concepta in casu extinguibili, ꝛ ita non valeret. s. eod. l. si homo. ꝛ l. nemo. ꝛ de vsuris. l. Titio. sed si est actum vt vnum tantū debeatur et vtraqз stipulatio est restituta, adhuc idem vt committatur incontinenti cū potuit dari ꝛ non est datus: vt in versic. si ita. sed non intelligas hunc versic. vt tertium addat casum vt intelligere videtur glos. tunc illa verba comprobantur id actum. l. prescriptis verbis. si homo datus. ꝛ quod dicitur in versic. sed si ita. idem defendendum, subaudi, scilicet vt vnum tantum debeatur ẜm quod est dictum in versic. si itaqз ꝛc. ¶ In glos. presumitur. in fin. sed dic esse nouationem, sed ibi non dicit
1 esse nouationem sed quasi: nam † vera nouatio est prime obligationis in secundam transfusio, vt. ſ. de nouatio. l. j. ꝛ hoc contingit commissione secunde, vt. ſ. de nouat. l. quoties. quasi nouatio est vnius consecutione ab alterius exacti exclusio, ꝛ ista contingit in penali stipulatio-
2 ne, vt. s. de doli excep. l. apud Celsum. §. Labeo. non † autem commissione pene transfunditur principalis in penalem, cum iam perempta esset prior, ꝛ ea iam agi posset quod falsum est: vt. s. pro socio. l. cum duo. ꝛ l. si quis a socio. ꝛ de actio. emptio. l. predia. Et ideo dic, aut non est actum vt vtrunqз debeatur, ꝛ tunc constat nouationem non fieri, vt ibi: aut non fuit dictum ꝙ sola pena sed simpliciter pena est promissa, ꝛ tunc aut est contractus stricti iuris, ꝛ eo casu altero debet stipulator esse contentus, vt de pact. l. rescriptum. §. si pacto. ꝛ s. de doli exceptio. l. apud Celsum. §. Labeo. ꝛ tunc dicitur fieri nouatio, vt dicta. l. obligationum fere. ad finem. Aut bone fidei contractui est subdita penalis stipulatio, ꝛ tunc obtinet. s. pro socio. l. si quis a socio. cum similibus. Et ideo nihil puto per. C. immutatū. notatur. ſ. de solutio. ideo quod pene. ¶ In glos. vt sola. ibi: quoniam. sed ẜm hanc secundam dic quoniam voluntas fuisse probatur, id est approbatur iuris presumptione: cum homo soluatur deductus in conuētione dandi, soluatur sine mora, scilicet cum poterit. Aut si tunc non soluatur: pecunia pene nomine promissa petatur.

Summarium.

1 Fideiussores ad quid accipiuntur.
2 Prius debet reus ꝙ fideiussor conueniri quomodo debet intelligi.
3 Excutere ꝛ conueniri idem significant.
4 Excussio quomodo fit.
5 Si reus principalis propter absentiam conueniri non possit, fit excussio contra fideiussorem.

Decē stipulatus. ¶ In gl. si dubite-
1 tur. ꝛ not. ex hac litera † ꝙ ideo fideiussores accipiuntur vt magis sit cautum si a reo meū non possem consequi: vt institu. de replicat. §. fin. ꝛ quod
2 dicitur † prius intelligendū conueniri reum ꝙ fideiusso-
3 rem, intelligēdum est per modum excussionis: nam † excutere ꝛ conueniri idem sonant, vt colligitur ex duabus legibus. ſ. ad municip. libertus. §. j. ꝛ. C. de cur. l. j. ꝛ in hac
4 lege. Fit autem † excussio per modum ordinarij iudicij ꝛ sententie ferende contra ipsum debitorem: vt. C. de actio. ꝛ oblig. negantes. adeo vt not. ad fideiuss. ante veniatur ꝙ reuocatoria sit actum contra eos quibus in fraudem creditorum alienauit debitor: vt. C. de reuoc. his que in
5 fraud. cred. l. vsqз. ¶ Quid si † non potest ferri sententia contra debitorem, vt quia absens ꝛ semper fuit: sed certe tunc credo posse veniri ad fideiussorem sine alia excussione, vt institu. de fideius. §. j. ꝛ de excussione habes. s. de magi. conue. l. j. §. inter. de admi. tut. l. iij. §. j.

Si centum homines. ¶ In glos. vt pro ea. ibi: quinquaginta. cum equaliter sunt heredes. ¶ In gl. hic pro portione. ibi: electi serui. id est obligatione seruorum electorum, nec enim sui sunt anteꝙ tradantur: vt. s. tit. j. l. obligationum substantia.

Summarium.

1 An per certi condictionem interesse peti possit.
2 Stipulatio alternatiua an sit incerta.
3 Condictio incerti, nomen proprium est actionis.

Liber homo. ¶ In glos. nullo modo. in fin. nam quodammodo mihi ipsi dicerer obligatus quod esse non potest. ſ. de furt. ne cum filio. ꝛ s. de leg. j. cōsilio. ¶ Comparabitur. quibus si promittat fructuarius al's bone fidei possessor, ex re sua non obligatur. ¶ In glos. in hoc conueniunt. in fin. vel dic idem in omnibus, videlicet vt etiam liber homo mihi promittēs ꝛ mecum contrahens non obligetur: ꝛ sic iste versiculus seruus. aut corriget quod. s. dixit, ꝛ hoc quidam magis approbant, illud constat extra contractum, puta delinquendo, vel negotia gerendo liberum hominem mihi bona fide seruientem mihi obligari: vt. s. de acquiren. rerum domi. l. liber homo. ꝛ de nego. gestis. l. at qui. §. si libero. ꝛ commoda. l. si is. §. si libero. ¶ In dominum proprietatis. vel dominum rerum: et eit alienus bona fide seruiens. ¶ In glos. s. post stipulationem. in fin. nam alij dicunt

1 dicunt † interesse non peti per certi condictionem, quia quatenus: nam idem demum est certum, vt.s. si cer. pet. Non obst. l. certi cõdictio. que dicit competere ad incerta intelligere in sui princip. sed postea sunt certa & hoc in-
2 nuit ibi litera, dummodo certũ &c. veluti † si promittas mihi duo alternatiue, nam hec est incerta: vt.s. eod. l. vbi autem. §. illud. sed si vnum desijt esse in rerum natura, qđ superest certi cõdictione petam cum homine fit certum: vt.s. de contra. emp. §. pe. Vel si stipulatus sum partum Aretuse hic homo est incerta: vt.s. eo. l. vbi autẽ. §. illud. sed nato partu iam est certa, & certi condictione peti poterit qđ est natum, vbi vero petitur interesse potest dici
3 agi cõdictione incerti: vt † sic sit proprium nomen actionis, de qua ponit. s. si quis in ius voc. l. fi. & de arbi. diem. §. vlt. & de cond. inde. sed si me putem. §. j. & de condi. fur. l. & ideo. ad fin. & de leg. j. domos. Alij dicunt aut petitur interesse sub nomine certe quãtitatis, puta interesse meũ ꝙ facio decem. fm qđ cõmuniter petitur, & tunc agatur certi condictione: vt. d. l. certi cõdictio. aut indeterminate petit interesse, & tunc agatur incerti, de qua etiã habet j. de noua. l. si quis delegauerit. & s. de do. l. ij. §. cũ vero.

Si ita stipu. fuero. ¶ Et si maxime. ideo dicit maxime, quia & si non sit actum inter contrahentes, tamen stipulatio nõ pendet: verum hoc casu valebit in ea quantitate que est. arg. ad hoc. s. e. l. si id qđ. ¶ Quoniam si. si conditionaliter accipiatur stipulatio predicta. ¶ In glo. vel quia. ibi suum non semper, cum semper agatur, quod al's non valeat. ¶ In glos. s. de leg. j. in fin. item contra. s. eo. l. si id quod. sed ibi nominatum non fuit aurum, licet traderetur aurum. Vel verius: hic apparet contrahentium intellectũ talem esse vt non valeat nisi sint centum.

Ex ea parte. ¶ In gl. id est interposite. in fin. de hac promissione not. in additione quadã. mand. si mandato. §. fi. & de here. insti. illa institutio.

Summarium.

1 ☞ Creditor nõ cogit admittere particularẽ solutionẽ.

Qui Rome. ¶ Eam enumerare. & etiam obtulit, vt j. innuitur & vt aliqua sit dubitatio: dic eam postea perditam propter qđ videbatur debitor liberatus, vt. j. de solu. l. qui decem. & s. de excep. dol. si opera. contra tamen est qđ sequitur. ¶ In gl. nec prestat. ibi: vsuram preteritam. cõputandam eam in sortem. ¶ In ea. glos. ibi: per pactum. vt. s. de leg. ij. si ita. §. pegasus. nam sicut mutio &c. vt. C. de actio. & obli. sicut. ¶ In ead. glos. ibi: duorum mensium. cum terminus esset datus. ¶ In ead. glos. ibi: obligare videtur. & sic incideret in l. commissoriam, que est reprobata. ¶ In ead. glos. in fi. sed certe nõ fit ibi illa distinctio, sed quam hic dicit illa additio, sed illa cuius fauore tempus adiectum est: consueuit tamen not. de hoc simile. s. de offic. asses. l. diem. & loc. sz addes. §. pe. & fi. & de au. & ar. le. si in lege. §. colonus. & de euictio. l. in creditorem. & quod met. cau. l. illud. & de consti. l. qui autem. & loc. & conduc. si quis domum. arg. s. mand. l. si mandato. §. item si dum negotia. ¶ In glo.
1 quia ante tempus. in fin. item † particularis solutio quã creditor non cogitur recipere nisi hoc conuentum sit: vt s. de vsuris. l. tutor. §. Lucius.

Summarium.

1 ☞ Missus a papa aut episcopo ad colligendas decimas an possit tempus solutionis prorogare.

Callimachus. ¶ Adimere potuerit. saltim ope exceptionis, licet nõ ademerit ipso iure: vt. s. innuit & sic addit. ¶ In glos. transactis idibus. & hic de consensu Erotis prorogantis terminum. ¶ In gl. nauigare. in fi. vel dic ꝙ hec verba eo tẽpore venerint ad determinationem verbi preferendas qđ est. j. ¶ In gl. & sic periculum. in fi. & no. hic
1 ꝙ † si papa mittat aliquem ad recipiendum decimas, taliter missus non potest prorogare tempus solutionis: verum cum in literis pape consueuerit addici vt. j. tot dies a tẽpore prestationis debeat solui, [illegible] ob hoc est missus accepta aliqua pecunia a deber[illegible] soluere, differt eas presentare, & sic huic. l. fraus fit. [illegible]

Summarium.

1 ☞ Ex parte actoris mora non purgatur.
2 Per penalem stipulationem fit quasi nouatio.

2 ¶ Quero † vtrum quilibet iudex corã quo fit falsitas possit punire? Textus in. l. nullum. C. de testi. videtur dicere q sic, ibi: data cunctis &c. In cõtrarium videtur textus hic q ille demũ possit de falsitate tali punire qui al's habet autoritatem puniẽdi, al's debet remittere ad maiorem iudicem, vt hic: & hoc puto verum, vt in auth. de testi. in. ij. col. facit quod not. per Innoc. extra de penis. c. penul. & antepe. Bartol. de saxoferra. ita dicit hic.
3 ¶ Quero † vtrum iudex ex officio suo poterit punire istum qui per obreptionem aliquid impetrauit. Hic videtur textus q non hic in fi. ibi: si accusatus &c. & etiam in prin. ibi: si accusatus. & sic ita demũ poterit puniri si fuerit accusatus. In contrarium facit. l. ij. §. si publico. ff. de adult. & regula quam ibi dedi: quia de delictis factis coram iudice ipse potest inquirere, & hoc puto verum. Cir
4 ca † quod debes scire q quandoq; fit delictum corã iudice & ad offensam iudicis, non in actu iudiciario: vt puta si dicitur sibi verecundia, si percutitur ipse vel eius familia, iste non est actus iudiciarius, tunc an ipse iudex possit ꝓcedere ex suo officio. Et dic q non, vt. l. lege Cornelia. circa princ. ff. de iniur. vbi dixi q potestas non potest esse iudex de iniuria facta sue familie. Quandoq; in actu iudiciario fit aliqua iniuria seu delictũ corã iudice, vel a parte, vel a notario, vel a teste, vel ab aduocato, & tũc iudex ex suo officio poterit punire: vt. l. j. C. de calum. & l. athletus. ff. eo. & l. falsi. §. j. ff. e. ad qd bene facit quod not. per Inno. extra de penis. c. vlti. vel antepe. ita dicit do. Bart. de saxoferra. hic. vide quod not. per Cy. in. l. j. C. ne quis in sua causa ius sibi dicat.

¶ Ad legem Iuliam repetundarum. Rubrica.

LEx Iulia. ¶ In glos. qui sunt. ibi: tollit suspicionem. & facit licitum, qd. al's non liceret.

DAtur. ¶ Actio. ad repetendum qd quis dedit cessante scelere agẽtis. ¶ Arguebatur. id est cõueniebatur, & sic innuit litem contest. cum mortuo. ¶ In glo. ante versi. nã quidam. sed si datur actio ex hoc crimine ad quid cõtra heredem dicitur accusatio proponi, cum per accusationẽ pena extraordinaria corporalis imponitur quam cõstat non imponi heredi: & ideo cũ. l. dicat per hanc accusationem agi de repetendo, vt titu. ij. l. fi. potest exponi hec actio. i. accusatio. & ad hoc. C. e. l. fi. in fi. Alij dicunt vt H. teneri heredem mortui officialis ante litem motam: intra annum tamen a die officij depositi. Uel dic sed intra annum, de eo qd peruenit ante versic. sed si dicas. vt. ff. de euic. si per imprudentiam.

LEx Iulia. ¶ Ab his autem. construe: a nullo autem. ¶ Ab his. & ex his neq; vllam &c. sub. ad hoc vt aliquid faciat vel omittat. ¶ In gl. igit. ante versi. vel dic quantũ ad penam capitis irrogandã.

¶ Ad legem Iuliam peculatus. Rubrica.

PEculatus. ¶ Pristina iura. que sunt propria ciuium Romanorum.

LEge Iulia. ¶ Qui pecuniam. vt res sacro vsui destinatas, licet consecrate non sint per episcopum. ¶ Mandatis. In fi. glos. conquiri. & in auth. de collatorib. §. iubemus. nõ sic inuenitur, & sic thesaurus non est res religiosa, & ideo in ead. l. Iul. peculatus non vendicat sibi locum que de religiosa loquitur: ff. in princip. prime legis.

SAcrilegij. ¶ Qui cũ, forma publica. de argento publico. ¶ Uel signatam. publico nomine eam exercuisse. Quid si propria authoritate fecit monetã in publica forma debiti tamen ponderis & speciei probe ẽm. l. C. de veter. nun. potest. ita q est optima. nunquid punitur? Respon. sic: vt. C. de fal. mone. l. fina. ¶ Si quis, condemnatus. id est condemnatus esset.

PEculatus. ¶ Admissum. id est commissum.

QUi tabulam. ¶ Refixerit. id est remouerit.

SAcrilegi. ¶ Cõpilauerint. i. effregerunt, vel expoliauerunt. ¶ In glo. vel. ante versi. item quod. vel priuata sacra dentur que habentur in vsu sanctitatis, vt missarum licet sacrati non sint: vt sunt libri & ornamenta nõ cõsecrata. ¶ Senatus, fecerint. no. contra notarios qui dant acta sine iussu iudicis.

¶ Ad legem Iuliam de ambitu. Rubrica.

HEc lex. ¶ In glos. que incipit, imo. fisco illius ciuitatis cuius appetijt magistratum.

¶ Ad legem Flauiam de plagiarijs. Rubrica.

LEgis Flauie. ¶ Mãcipij. i. non tenetur accusatione. l. Flauie loquentis de mãcipio suppresso.

¶ Ad senatusconsultum Turpillianum. Rubri.

ACcusatorum. ¶ Calumniatoribus, facti quidem questio. i. inquisitio declaratura qual'r illud fuerit, vl' qual'r factũ se habuerit in arbitrio iudicãtis: sed postq declarauit illũ deliquisse pene persecutio &c. ¶ In glo. nam potest de facto, deliquisse. ¶ Abolitio priuatim. in causa vna a preside corã quo fit accusatio. ¶ Hãc cognitionẽ. no. circa cause cognitionẽ abolitio facta non valet, vt. j. eo. l. fi. in fi. prime glos. & dic abolitio. i. licentia desistẽdi. ¶ Si plura, aliogn. l. si nõ singulorũ abolitionẽ petierit. ¶ Eius. de quo abolitio nõ est petita. ¶ In fi. j. gl. melius. melius. l. libellorũ. §. sz & si aliud.

Accusationem. ¶ At quin. allegano. ff. proxi. dictũ ad coadiuuandam penam. Respon. ¶ Non tenuerit. quasi dicat nihil. ¶ Coniunctionem. vt tunc non incidat.

Suspecti. ¶ Examinari potest. recipienda sit necne, & an rite facta sit ẽm. l. ff. de accu. liber. hoc ideo, quia apud legatum non potest

fieri: vt. s. de offi. proconsul. ꝛ leg. solent. in princ. ibi: cum accusari. idem est in pronũciando quia si preses pronunciat vt hic media possunt delegari: vt. s. de offi. eius. l. cognitio. ꝛ obseruatur auꝭ. ad hoc. C. de iudi. si apud legatum proconsulis fit accusatio, ꝛ per eũ remotio, vt. s. de suspec. tut. l. j. §. datum. ꝛ instiꝭ. de suspec. tut. in prin. ꝛ de hoc not. d. l. solent. ¶ Preses. i. nullus a p̃side delegatus, vel null⁹ q̃ ordinari⁹, ꝛ sic nomẽ p̃sidis generaliꝭr poniꝭ.

Incidit. ¶ Crimẽ. i. de crimine. ¶ Uerum, puniri. no. hunc ministralem puniri. ar. cõtra. s. qd vi aut clã. aut q aliter. §. hec verba. ℣. ꝛ si tibi.

Et in priuatis. ¶ Ex quib⁹ pena extraordinaria imponitur. ¶ Et in extraordinarijs. publicis: vt. s. de extraord. crimi. l. annonam: ꝛ ad le. iul. pecu. l. lege Julia. §. j. ꝛ. l. sacrilegij penã.

Quesitum. ¶ In fin. glos. vel dic aut obtulit libellũ supplicatoriũ vt inde detur sup accusatione quã vult facere, ꝛ tunc obtinet snia M. vt nec verba incidat: nec in mentẽ, vt hic. Aut libellum accusationis, ꝛ tũc intelligitur accusasse: vt. s. de iurepatro. l. eum. §. qui nomine. ꝛ. s. de adulte. l. mariti. §. quinquennium, ꝛ. §. seq. ꝛ tunc obtinet sententia Azo.

Ab accusatione desti. Expsse. ¶ Animo. solo: ꝛ sic tacite. ¶ Deposuit. non prosequendo: ꝛ potest poni exemplũ. s. de adulter. l. quesitum. ¶ Nunciatores. in fi. glos. alꝭs. vel dic notoria, id est notificant suas, id est per literas, ꝛ annotant suas: vt. s. de custo. reorum. diuus.

Si quis. ¶ Penã. si furti, vel iniuriarum obiecerit crimẽ. ¶ Nec furti. subijcit illam. ¶ In fi. glos. nec aliud. ꝛ hoc verũ si animo iniuriandi traxerit ad iudiciũ: vt. s. de iniur. item apud. §. si quis per iniuriam.

Ut priuatim. ¶ Accusare possit. i. accusationem finire. ¶ Retractabitur. i. de nouo tractabitur: nũc reus obijcit lenocinium qd ante nõ obiecerat, ꝙ in prima instantia non petatur, vt. s. de adulte. l. ij. §. si publico. ꝛ. l. si maritus. §. prescriptione. ¶ Triginta, possit. cessantibus ferijs. ¶ Accusator quoq;. non solũ ferie sunt finite, sed accusator ꝛc. ¶ Adire. scꝫ iudicem. ꝛ sic subducitur tẽpus infirmitatis.

Querebatur. ¶ In gl. si dicas. ꝛ facit vt si ex aliqua causa probabili aliquid facit a dolo sit alienus.

Diuus Adrianus. ¶ Cogẽdum. metu Turpilliani.

In senatuscõsul. ¶ Aut. pro etiã. ¶ Peregissent. negligendo. ¶ Destitissent. pacto. ¶ Singule pene. ar. vt pro assaltu vna pena, ꝛ pro feruta alia imponaꝭ, ꝛ in Lombarde transgressione inuito facta. l. si pro quacunq;. ¶ Eos. In glo. in accusando. ante ver. vel dic. ꝛ fm hoc eos. i. de quorũ. calũnia nisi sit euidens agiꝭ, nõ propterea incidere in penam p desistẽtiã nisi accusatio fuerit euidẽter calũniosa.

Si propter. ¶ In glo. superueniens. ibi delictũ. sic. s. de plag. l. legis Fauie. ꝛ. s. de adulte. denunciasse. §. fi. ꝛ. l. seq. ꝛ seq.

Domitianus. ¶ In fi. secũde gl. vel dic. i. deseraꝭ. ad quod. s. de custo. re. l. ij.

¶ De requirendis reis vel absentibus dãnãdis. Rub.

Diui Seuer. ¶ Quis puniatur. id est puniri desideretur. ¶ In absentem pena. etiam si lis sit contest. ¶ Copiam sui. vt. l. alibi dicit vt tedio affectus veniat ꝛ pareat. s. vt in pos. leg. l. is cui. in prin.

Anni. ¶ In fi. prime glos. ꝛ post annum infiscãtur: ꝛ potest exponi, id est ad infiscanda. s. vt post annum fiat, ꝛ non ante.

Quacunq;. ¶ Questionẽ apud fiscũ. i. a fisco mouendam.

Summarium.

1 ☞ Accusatus de homicidio, si q̃stiõis aut pene metu fugiat, stante statuto ꝙ fugiens pro confesso habeatur: si reuersus velit crimen purgare, an audiatur.

1 **Annus.** ¶ In summa. Quidam † accusatur de homicidio, iste timẽs qd subijciatur questionib⁹ aufugit, potestas ipso habito pro cõfesso eũ condemnauit in mille libris, ꝛ si soluere nõ possit qd decapitaretur: in processu tẽporis captus fuit, potestas vult eum facere decapitare, iste vult se excusare ꝛ dicere qd homicidium non cõmisit, nunquid est audiendus? Dico ꝙ sic per literã istam, ꝛ ar. s. de custo. ꝛ exhi. reorũ. l. diuus. ij. vbi dicit ex integro audienda sunt. ꝛ. j. ti. j. l. vnius facinoris. §. pe. ibi: vbi dicit defensionẽ quocũq; tẽpore. Gui. de suz.

Mandatis. Ibi: ¶ In deposito. Quidam Mutinensis duxerat oleum tẽpore quadragesime in ciuitate Padue, Paduanus fecit oleũ sequestrari pro represalijs, nondum constat vtrũ represalie sint finite necne: dicit Mutinensis vendatis meũ oleũ, ꝛ pecunia deponatur, nunquid est audiendus? Certe sic, cũ oleũ bene vendatur tpe quadragesime: vt. s. ar. de priui. cre. l. si magistratus. ꝛ. s. de do. si oleũ. ꝛ hic. Gui. de suz.

¶ De questionibus. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ An dictum testis deponentis super maiore summa q̃ que in libello contineatur, valeat.
2 Domestici testimonium an validum.

In criminib⁹. ¶ Probationi. ab accusatione probabili. ¶ Uideatur. ad reum plene conuincẽdum. ¶ Idem diuus, a suspectissimo. qd huius debiti sciat veritatem. ¶ Ad questionẽ, prouocandos. in causa suspecti partus de qua sequitur. ¶ Diuus, quidem si vltro. si testes dicant vltra q̃ cõtineatur in capitulo, nunquid valeat ipsorũ testimoniũ? Uidetur ꝙ non, vt. s. de petitio. hered. l. si quis libertatem. §. fi. s. de iureiu. l. si duo patroni. §. Julianus. Et hic distingue vtrum ea que dicta sunt, sunt connexa an separata, vel prorsus extranea: si sint extranea nõ valet dictũ ipsorũ, ꝛ ita intelliguntur. ll. predicte. Si autem sunt connexa, tunc bene valet. ar. l. C. de temp. app. l. per hanc. Guid.
1 de suza. ¶ Si vltro. not. † ꝙ si testis dixerit vltra q̃ scriptum sit in intentione, non propter hoc vitiatur dictum ipsius testis hac re. ¶ Diui fratres. Secus in hereditarijs: vt. C. de iure deliberã. scimus. §. licentia. ¶ Eum tor
2 queri. Nunquid † testimonium persone domestice valeat. Dico ꝙ nõ: ꝛ que sunt iste persone, habes. C. de his qui ad eccle. confu. presenti. §. sane. Sed si eijciat eum de domo: nunquid poterit testificari? Quidam dicũt ꝙ sic. arg. l. ff. de postula. an eorum. §. affinitates. presentes em ꝛ non futuras accipere debemus. Tu dic contra. argu. istis. Guid. de suza. ¶ Rei sit effectus. no. argu. ex hac. l. contra eos qui cum sciunt non posse probari contra se nisi per certas personas, offendunt eos vt non testificentur tanq̃ inimici vt non prosit eis: vt ꝛ arg. s. qui. ex cau. maio. l. ij. §. qui tota. ꝛ. C. qui milit. non possunt. l. j. ꝛ arg. C. de postula. l. prouidendum. ꝛ de probatio. ad probationem. ꝛ. j. de iur. fisci. l. ij. §. j.

In causa

In causa tributorũ. ¶ Dic periculum qđ idem seruo fraudis cõscio. ¶ Denũciat.i.penã capitalẽ denũciat. ¶ Instruat.i.instruere debeat pfessionẽ eiusdẽ positi in qõne, in causa tributorũ: in quibus ꝛc. ꝛ est sensus, ꝙ seruus reipublice interueniens in tributorũ exactione, si emergat qstio soluerit qui se pñte rẽ publico seruo soluisse se dicit torquebãtur serui, ꝛ si falsum dixerit capitalem penã subibit: alio modo ponitur in glos.

E Dictum. ¶ Statuliber, habeatur. difficilius tamẽ ꝙ seruus: vt dicta.l.nec si mors.

Summarium.

1 Talis quis presumitur, qualis fama eum predicat.
2 Quilibet presumit talis, qualẽ eũ predicat sermo eius.

De minore. ¶ Tormenta, existimationis.i.cuius fame: nam † quilibet presumitur talis qualis
1 fama est de eo in ciuitate sua: vt ait Boetius per elegantia verba, videlicet talia sunt subiecta, qualia predicata permittunt. Et sic quilibet presumitur talis, qualem eum vestimenta indicant: vt.j.de iure fis.l.sed si accepto vsu toge Romane, vt.s.de iniur.l.itẽ apud Labeonem.§.si quis virginem.ꝛ.C.de latina liberta.tollen.
2 l.vnica.§.sed ꝛ qui domini funus pilleati. Sic † ꝛ quilibet presumitur talis qualem eum indicat sermo eius: vt s.de tut.ꝛ cur.da.ab his.l.is qui.§.viti.ꝛ de condi.insti.l.quidam. sic ꝛ quilibet presumitur talis, quales parentes habuit: vt.s.de edil.edic.l.quod si nolit.§.qui mancipia vendunt. iuxta illud: Arbor mala nõ faciet bonum fructũ.ꝛ al's: Sepe solet filius similis esse patri, vt.C.ad leg.iul.maiest.l.quisquis.vt ibi not. Sic ꝛ quilibet presumitur talis qualẽ eũ indicat pallor vultus, vt ait Marcus Tullius.ꝛ facit.s.de testi.l.iij §.j. Sic ꝛ quilibet presumitur bonus nisi contrarium probetur: vt.j.de re mili.l.non omnes.§.a barbaris.ꝛ.C.de inoffi.test.omnimodo. ꝛ sic quilibet presumitur amicus nisi contra.pbetur, vt ar.s.de leg.ij.l.cũ quidã.j.respõ.ꝛ.l.patri.§.rogo hic ꝛc.

Summarium.

1 Defensio danda est reo postulanti.

Vnius. ¶ Reus euidentioribus.ꝙ prius, videlicet testes. ¶ In glos. id est negotio.ante ꝟsi.ꝛ qđ.vel alio modo interfuisse.
1 Cogniturum. ¶ Quamuis. no. † defensionem esse dãdam reo postulanti.

Maritus. ¶ Produxerat.post ancillam tortam sm.P.vel vt iacet, lege pmo. ¶ Desiderauerat.ante testẽ. productũ sm Jo.ꝛ sm Al.post. ¶ Admitti. ad iudicium faciendum, ꝛ male in hoc allegabat. ¶ Ex appellatione.interposita a sententia qua procurat.tulit ex dictis illorum filij liberti ꝛ ancille fuerint. ¶ Illicite. ꝛ sic dicto illius habito pro nullo.

¶ De penis. Rubrica.

Quoties. ¶ Causaꝫ.id est penã. ¶ In si.glos.vel dic vt.j.de verbo. signifi.l.aliud fraus.

Relegati. ¶ In si.glos.al's.sed vbi dicit: non excessit, exponitur, id est non accessit.

Absentem. ¶ Aduersus, priuatorum iudiciorum.ꝛ sic hec rescripta sibi cõtradicunt: primũ missum Julio frontino, ꝛ secundũ missum Au fidio seuero. ¶ In si.glos.no.absentem.ꝛ potest legi plane. Et quod sequitur: quid igitur est.subaudi, tollens cõtra.ꝛ soluit: melius ꝛc. Potest legi interrogatiue: ꝛ subaudi, non de facili. ¶ In glos.si tamen.ibi: ꝛ habet. hoc vt in absentem minime sententia feratur. ¶ Ea.glo.ibi: dicunt idem per omnia, scilicet vt capitalis pena nõ imponatur absenti. ¶ Ea.glos.ante ver.sed alij.de his dic vt in summa, de requir.reis. circa si. ¶ In accusatorem autem absentẽ.nomine calumnie cõdemnandus. ¶ Refert.si queras an delinquens scilicet super eadem pena, sit puniendus: an casu legis cessante cõsilio delinquẽdi.

Si quis forte. ¶ Si quos, inuenerit. ex se instigando qualiter gerebant: in auk.de manda. princip.§.festinabit.ꝛ de questore.§. maxime idem.ꝛ sic accusarentur. ¶ Nunc, presides. generale est nomen: vt.s.de offic.presi.l.j.

Summarium.

1 Potestas an.l.Cor.de sicarijs teneatur, si tormentis subditus moriatur.

Ut damnum. ¶ Infamia. vt.s.de pua. l.iij.ꝛ.C.ad turpil.l.j. ¶ Uita, sed animaduerti.lata sententia: vt vita alicui adimatur, vel non lata adhuc, sed sic est. ¶ Necandi. habẽt presides facultatem. ¶ Hostes, deficere.concor.s.de adulter.postulauerit.§.si reus.ꝛ de questio.l.si patre. ¶ Solent.sed po
1 ne † ꝙ precedentibus indicijs ꝛ iuris permissu potestas fecit aliquem torqueri, ꝛ is dum torquebaṫ defecit: nunquid lege Cornelia de sicar.tenebitur potestas? Respondeo, aut obseruauit modum, licet debilitates proprie nature sustinere non potuerit, cum aliud sit alij mortiferũ: vt de adulter.l.nihil interest. ꝛ.s.ad legem aquil.l.qua actione.§.sed si quis. ꝛ tunc nõ tenetur: cum enim iuris permissione tormẽta adhibuerit ex quibus, vt dicit hec litera, plerıqꝫ deficere solent nil peccauit, vt patet a contrario.s.de sica.l.lege Cornelia. vt.s.eo.de questio.l.j.in princ.ꝛ.C.de adulte.gracchus. ꝛ.s.de iniur.l.iniuriarũ.§.is qui.§.que iure potestatis.ꝛ.l.qđ reipublice vindicãde. ꝛ.s.qđ metus cau.l.continet. ꝛ arg.s.si quis omissa causa testa.l.qui autem.§.j. Aut excessit modum, ꝛ tunc aut dolo, aut sine dolo zelo iustitie ꝛ veritatis inquirende. Primo casu tenetur, vt.s.de sicar.l.lege Cornelia.ꝛ de questionib.l.questionis modum. ꝛ.l.de minore.§.tormenta.ꝛ.s.ad leg.iul.repe.l.lex Julia.§.fin. Si sine dolo minus punitur, vt.s.de adulter.l.si adulterium.§.imperator.ꝛ ar.s.de sica.in.l.lege Cornelia.ꝛ.j.e.respiciendũ.§.delinquunt. Uel forte in nullo punitur, vt in auk.vt iudi.sine quoquo suffrag.§.illud videlicet.nam ꝛ alibi officium velat delictum, vt.s.ad legẽ iul.pecu.l.sacrilegij.§.Labeo.ꝛ.s.de admi.tut.l.tres tutores.ꝛ.j.de iur.fis.l.au fertur.§.fina. ¶ Quicunqꝫ, solent enim.no.aliqua pena iuuenibus congruit que non senibus, ꝛ argumẽ.rerum amota.l.ij. ¶ In glos.vt.C.ante versi.sed infamis.vt in decre.iij.q.iij.engeltrudam.

Moris. Negotiatiõe.singulari. ¶ Quidem he.damnate ad negotiandum. ¶ Tractare.id est intelligere. ¶ Uelit. vt possit quilibet damnari ad negotiãdum. ¶ Cuius.id est alicuius. ¶ Sententia.no.ꝙ sequenda est sententia ista fere. ¶ In glos.tenuit.ante versic.ꝛ facit. ꝙ sententia eum non tenuit incõmutabiliter, sed cõmutari potest per principẽ, vt hic. Sed vr ipso iure nulla, cũ sit lata a non habente talem iurisdictionem: vt.s.eo.l.ij.§.si sed ibi prorsus carebat tali iurisdictione, hic autem non: sed eam iurisdictionem nõ potuit exercere. Uel dic aut expressit in sententia hũc decurionem esse, ꝛ tũc nulla est omnino, aut non, ꝛ tunc tenet, sed est reuocãda per principem: vt.j.de app.recip.l.ij.notatur. ¶ Parentes. priuilegiatur pater propter honorem filij. ¶ In si.glos. si deliquit, vel dic vt no.dicta.l.statuliberi.

IN seruorum. ¶ Iubetur. vt .s. de iniur. l. fi. ¶ In fi. prime glos. vel dic. hoc princi. in statulibero loqui.

REspiciendũ. ¶ Aut clementie. i. pietatis.

§. Furta. ¶ Si leuiora. puta intra duos aureos, vt .s. de dona. si oleum. vel vsq3 ad decem, ar. .j. de bon. dam. diuus. vel forte relinquitur arbitrio iudicis, ar. .s. de custo. re. l. si quis reum. Et not. duo cõcurrere, vilitatẽ furti ꝛ domesticitatem persone: secus si persona domestica non sit. .j. de bo. eorum qui ante senten. mor. l. iij. §. item rescripsit. ¶ Delinquunt, casu vero. i. sine proposito ꝛ impetu, vt ꝛ .s. de incen. l. qui edes. ꝛ. l. si fortuito.

QUod ad statum. ¶ Sententia. permittẽdum. ¶ Damnantur. vltimo supplicio. ¶ Iubetur. per sententiam.

HOdie. ¶ In fi. secunde glos. vel dic. l. rationabiliter moueat᷑ ad augendum vel diminuendum penã, vt propter vtilitatem publicam.

AUt facta. ¶ Alios. sub. enim: ꝛ dic sceleris enim principaliter admissi. ¶ Instar est. i. simile suadẽdo. ¶ Iuuisse. i. inuasisset vel induxisset ad delinquendum quosq3 alios. ¶ Consideranda sunt. vt grauiora, ꝛ leuiora, vel nulla. ¶ Qualitate. s3 iniuria arguere. ¶ Sed. scilicet est malum. ¶ Multa enim. quasi dicat, quandoq3 corrigit. ¶ Uerberat. quandoq3 iniuriatur, quãdoq3 tamen damnũ dat. ¶ Quorũ. arrogatorũ per verba quedam, vt illata correctionis causa. ¶ Alij. aliquis cõtra alium contra quẽ aliter dixit conuictum: quibus causis cessat nũciatio. ¶ Hec. vltima. ¶ Ut cõuiciaretur. ꝛ sic nõ teneatur. ¶ Euentus. i. effectus. ¶ Ut. supple dignoscatur, facta fuit. ¶ A dementissimo. i. ab eo qui omni caret mente ꝛ delinquendi ꝓposito, vt tunc nõ ita puniatur anno, ꝛ tunc secuto euentu puta. l. coercetur: ꝛ nõ secuto, non tãta pena sed minori ꝙ. l. Cor. ꝛc. ¶ Dementissimo. qui habet partem mentis ꝛ temerarius dicitur: ꝛ qd dicit facta puniantur statuta. l. pena, ẜm gl. ¶ Fortuiti casus. i. sine ꝓposito cõtingẽs euenit.

Nonnũꝗ. ¶ In fi. glos. plures. vnde auget ver. propter graues dissentionũ scissuras, nõ huius aut illius periculum hominis est, sed multorũ strages iacet: detrahendum aliquid est seueritati, vt maiorib⁹ malis sanãdis charitas syncera subueniat. xxiij. q. iiij. ipsa pietas. ꝛ. xliij. dis. cõmessationes.

CApitalium. ¶ In fi. glos. hec infamat. si subijciatur quis vt debuit. .s. de extraor. cri. saccularij. ꝛ de effrac. l. fi. ꝛ de iniur. l. fi. secus si nõ debuit vt fur, vt. d. l. saccularij. quia tunc nõ est infamis .s. eo. in seruorum. in fi. ꝛ. .j. proxi. ¶ Non omnes, exprimitur. continua hic. §. ꝛ vt generaliter.

Solent. ¶ Nũc exemplificat vbi fustigatur quis. ¶ Accõmodare. i. acclamare vt turbet populares dum clamat falso se occidi: ꝛ vocat foras, vel clamat ad arma.

Et vt generaliter. ¶ Habent. circa vitandam damnationem in metallum, ꝛ penas tales que decur. non cõgruunt. ¶ In fi. glos. ad hoc. vel hoc temerarie, in cõtrarijs dolose acclamant, vsi sunt. ¶ Diuus, nemo. cuius libertatem pena tali auferre intẽdat. ¶ Tempus damnatus. suam retinent libertatem. ¶ Grassatores, id faciunt. id est grassantur. ¶ Ceteri. qui sepius hoc non commiserunt. ¶ Damnantur. humiles. ¶ Relegantur. id est deportantur honestiores.

Summarium.

1 ¶ Furtum quando cadat in speciale nomen delict.

vt capitaliter de eo cognoscatur, quando nõ: ꝛ genera furum ꝛ eorum pena vsq3 ad finem.

Famosos. Id est de quib⁹ est infamia, siue fama ꝙ tales sunt. ¶ Uel secundo, id est notatos. i. plenos omni infamia. q. d. infames, vt accipitur. .j. §. proxi. ¶ Tertio. i. qui sepius cõmiserũt: ꝛ sic verisimile est laborare famã cõtra eos. ¶ In quo la-
1 trones. aut† furtum cadit in speciale nomen delicti, aut non. Primo casu obtinet pena ibi statuta, cadit autẽ in speciale nomen delicti, vt sacrilegiũ qd punitur. .s. ad le. iul. pecu. l. sacrilegij. Itẽ peculatus, qd punitur: vt dicto ti. l. peculatus pena. ꝛ. l. fi. Item abigeatus: qd punit᷑. .s. de abig. l. j. in prin. ꝛ. §. quãquã. Item plagiũ: qd punitur C. de plag. l. fi. Item quãdoq3 per furtum cõmittitur crimen falsi. .s. de fal. paulus. qd punitur, vt eo. ti. l. j. §. fi. Si non cadit in speciale nomẽ delicti refert aut cum armis furtum fecit portando arma ad furandũ, ꝛ tũc tenetur pena. l. Cornel. de sic. vt. .s. ad le. corne. de sic. l. j. §. qui vere hominis: aut sine armis, ꝛ tunc aut furtum fecit extra domũ, aut in domũ alienã se cõferẽdo. Primo casu si de nocte fecit punitur ad plus. Si plebeius est, ad opus publicũ ad tẽpus. Si honestior, amouebitur ordine ad tempus, vel excedat patriam ad tẽpus. .s. de fur. bal. l. j. ꝛ de effra. l. j. §. expilatores. Si de die, minor est pena, minuet᷑ enim gradus: arg. .s. de fur. bal. l. ij. Secũdo casu quando de domo surripit domum intrando, grauius est puniendus. .s. de extraor. cri. saccularij. ij. respon. ꝛ ẜm hoc potest intelligi in auc. vt nulli iudi. §. penulti. Sed quid si sepius quis furtum fecit: Respon. penã augeri, ar. .s. eo. §. solent. ꝛ. §. grassatores. In grassatoribus qui predatores dicuntur dic: aut homicidiũ grassature nõ est mistum, aut est. Primo casu si sepius etiã in itineribus hoc fecerunt capite puniuntur, al's in metallum ignobiles damnantur, nobiles deportantur: vt. .s. ea. l. §. grassatores. nam ꝛ illa pena est. l. Iul. de vi pub. vt. .s. de vi pub. l. ante pe. ꝛ. C. de vi pub. seruos. ꝛ arg. .s. eo. l. in seruorum. in princ. Si mistum sit homicidium capite punietur etiã nobilis: cũ ex additiõe delicti debeat maior pena imponi, arg. .j. de re mili. non omnes. §. j. ꝛ. C. de vi pu. quoniã. si sepius facit hec, furca figetur, vt hic.

QUi vltimo. ¶ Habeat᷑. ad instructionem, non ad probationem.

SI quis. ¶ Fecerit. puta statuam in quã posito puero quasi in ea. s. specie loqueretur, aliquos deterrebat.

AD bestias. ¶ Exhiberi. id est per gratiã relaxari. ¶ Debet. scilicet presidem.

SI preses. Ibi: ¶ Sed si vtriusq3. ꝑ vtrãq3. l. ẜm sui circũstantias posset puniri: vt si dixit violenter se deiectum de possessione, nec addidit cum armis vel sine armis, vt patet. .s. de vi pub. l. in eadẽ. §. fi. ꝛ de vi priua. si quis aliquẽ. ¶ In fi. glo. proposito. vel dic ꝙ interlocutoria interdum decidit negotium, vt. C. de sentẽ. ꝛ interlo. om. iudi. l. post sententiã. in fi. ꝛ talis interlocutoria obt. vim diffinitiue: vt hic, al's secus vt in cõtrarijs. ¶ In ea. glos. ante vers. sed opi. ꝛ pena sequetur. ¶ In glo. inficiando. in accusatione criminis violentie. ¶ In gl. proposito. ante vers. ꝛ no. i. exterminatione siue accusatione determinare cum suis circunstantijs facta.

FRatres. ¶ Libertatem. conditionaliter relictam, ꝛ sic de ceteris. ¶ Expleuerint. sub. cedẽtes. ¶ Pene. que erat, vt interim liber esse non possit. ¶ Libertatis. tunc decedentis. ¶ Data. fit pure. ¶ Manumisisset. id est liberum esse iussisset.

SI quis aliquid. ¶ Renunciatores. sc3 hostibus. ¶ Dignitatis. id est status.

MEtrodorum. ¶ Sciens. no. de mum teneri, qui sciens bannitum occultauit.

Interpretatione.

INterpretatione. Exem plu3.§. de bo.eorū qui ante senten.mor.sibi consci.l. fi.§.si quis autem.⁊.§.deinde autem.

¶ De bonis damnatorum. Rubrica.

SUpplicij dānatione. ¶ Publicantur.tacite.

QUinq3. ¶ Mulieris.de cuius dote lucrāda in casu mortis maritus pactus est. ¶ In glos.ante ver.si vero mulier.vel dic loqui cum pactus erat de lucrādo in casu mortis,vel innuitur.j̃.l.iij.ibi:que mortua sit ⁊c.secus si pactus esset ſm.l.solu.mat.si stipuletur qs. quia tunc non aufertur dos:sed si nullum pactum esset, tunc publicaretur,vt.s̃.solu.ma.si constante.§.si.

Summarium.

1 An ⁊ quando propter mulieris delictum dos fisco applicetur.

ET omnes. ¶ In fi.glos.vel dic actionem,id est exceptionem:vt ⁊.j̃.de excep.l.j.vt patet.s̃.so.matri.si maritus. ¶ In fi.glos.ibi non erat.ar. ꝙ idem.C.eo.deportati.⁊ arg.de pact.dot.inter socerū.
1 §.cum inter.Sed dic† aut soluto matrimonio mulier cōfiscatur,⁊ tunc ius dotis etiam confiscatur,vt.s̃.sol.matri.si constante.§.fin.aut constante matrimonio, ⁊ tunc aut nullum pactum est de dote lucrāda per virum: quo casu distinguitur, aut ex pena soluitur matrimonium, vt quia ipsa efficitur pene serua, quod hodie in liberta damnata ⁊ non ingenua contingit,vt in auf.de nup.§. quod autem prius.⁊ tunc idem:⁊ sic potest loqui.s̃.solu. matr.l.si maritus.Aut nō soluitur,vt quia deportatur, ⁊ tunc cum maneat matrimonium ⁊ dos penes virum, sed soluto postea matrimonio agetur:vt hac.l.versi.deportata.fallit si damnetur de vi publica vel de homicidio deportetur,vt.s̃.l.quinq3.vbi dos statim cōfiscatur. Aut est pactum de dote lucranda, ⁊ tunc aut debet lucrari in quocunq3 euentu dissolutionis matrimonij, et tunc non confiscabitur:vt.s̃.sol.matri.si quis sic stipuleter.⁊.l.seq.⁊.l.omnes.Aut in casum mortis,⁊ tunc ex aliqua causa quinq3 legum damnata muliere confiscatur: vt hac.l.quinq3.at si alia, ⁊ tunc aut per damnationem soluitur matrimonium, vt quia damnata est in metallū ⁊ serua pene facta,⁊ tūc maritus quasi mortua muliere, vt in prin.l.sed si alia.aut nō,⁊ tūc obti.§.ꝙ si deportata.

Summarium.

1 Actio de dote an constante matrimonio nata sit, an vero nascatur demum eo finito.

SEd si alia. ¶ Punita sit.vt dānata in metallum. ¶ Retinere.⁊ sic interim apud virū est dos. ¶ Penes maritū.dū durat matrimoniū. ¶ In fi.
1 gl.sic hic ex hūanitate.Jo.aūt dicit† eā natā etiā cōstāte mr̃imonio:pro quo est ꝙ manēte mr̃imonio mulier agit de dote marito exheredato contra heredes soceri,vt.s̃. so.ma.si cōstāte.§.j.⁊ de do.pleg.inter.Sed potest respōderi ꝙ illud cōtingit ꝙ mortuo socero quo ad eū solutū est matrimoniū:vt.s̃.de donat.inter vir.⁊ vxo.cum hic. §.si socer.⁊ ar.in auf.de nup.§.deinceps.⁊ quia per exheredationem pauper dicitur factus vir ad quē dos peruenire debet,ideo sicut ageret.s̃.vir si dotē recepisset propter inopiam,vt.s̃.solu.mat.si cōstante.in prin.ita supra heredes soceri agit vt potiꝰ ꝙ pauperi viro detur, vt in ll.supradictis:cū maribus paupertatis commissa pericli tetur substantia,vt.s̃.de suspec.l.pietatis.⁊ ideo sibi potius reddenda est,ar.s̃.de rei ven.l.a quo.ij.respō.Item pro hac Jo.snia est.s̃.de do.prele.l.ij.§.item Jul.querit si dotem.sed ⁊ ibi in casu premisso loquitur cū maritus exheredatus erat: nā ⁊ alibi ꝑpter exheredationē aliqd fit,qđ al's nō fieret, vt.ff.qđ cū eo.l.ij.Item pro Jo.snia est ꝙ obligatio dotis habet diem ⁊ nō cōditionē, vt.C. de prescri.xxx.an.l.sicut.§.illud.ergo obligatio presens ⁊ per cōsequens actio,licet nondum cōpetat sicut est in obligatione in diē:vt.s̃.de ver.obli.l.cōcessimus.in prin. ⁊.j̃.de ver.sig.l.cedere diem.⁊ insti.de ver.obli.§.omnis. nam actio interdu3 nata est ⁊ cōpetit vt dicit̃ de annali ex.l.j.§.nemo.⁊ quādo obst.est pura,vel purificata. Interdum nata est,sed nō cōpetit, vt qñ est in diem celebratus ɔtractus,vt redditio dotis,vt ꝑdicto.§.illud.⁊ ideo nunꝙ reperitur qr lex dicit nō natā actionē constāte matrimonio,sed dicit nō competere: vt.C.de colla.l.dotis. Itē ar.so.ma.l.quoties.⁊ hanc Jo.sniam credo bonā.

¶ De portionibus que liberis ⁊c. Rubrica.

CUm ratio. ¶ Successione.in totum. ¶ Si in libertinum,nō erit: vt.s̃.de bo.liber.l.si in libertum. ¶ Si plures,tot.quasi dicat,multi.

¶ De bonis eoꝝ qui ante sententiā vel mortem sibi cōsciuerunt,vel accusatorem corruperunt Rubrica.

IN capitalibus. ¶ Demū.dari nihil nocet.

Summarium.

1 Furis bona non confiscantur.

GRassatores. ¶ Relinquere defensionem.potest intelligi plane de latronibus qui sine homicidio depredantur,qui si nō in itineribus nec sepius cōmiserūt,dānantur nobiles in insulam,ignobiles in metallū:vt.s̃.de pe.capitaliū.§.grassatores.hij cū nō immineat eis pena sanguinis ꝑ eorū pactionē accusatoꝝ habent̃ victi,⁊ sic bona eoꝝ cōfiscant̃:
1 vt.s̃.tit.j.l.j.in prin.In fure † nō potest loqui cū eius bona nō cōfiscentur: vt.j̃.l.pxi.nisi dicas de abigeo qui debuit nobilis deportari,vt de abig.l.j.§.quāquā.sed ibi dicit de relegatione,sed nō nocet:vt.j̃.ti.j.relegati.cum in perpetuū relegentur.Alij dicūt confessionē in criminali valere in ciuili,vt sic loquatur in pena dupli vel tripli in qua nō relinquūt defensionē heredi ac si contra eum lis esset ɔtestata in ciuili:ar.C.ne ex delic.defun.l.j.Sed tūc est arg.cōtra.C.de vi pu.l.si quis ad se.⁊.s̃.tit.ij.si preses. Alij dicūt furē magne rei cōfiscandū,sed modice rei nō: ⁊ sic loquit̃.l.ij.§.idē rescripsit.Sed potest ibi subau.maxime:vel hic loquit̃ in fure qui cū gladio furatur, ⁊ nobilis est qđ debet in insulā deportari,vt.s̃.de sic.l.j.§.quive.⁊ l.iij.§.pe.⁊ est hoc casu publica accusatio. ¶ In gl.ac si. ante versi.⁊ dic.vel dic hanc intelligi ſm illam,videlicet vt ꝑbato delicto, post mortē cuius probationē heredes obtentu mortis ⁊ snie declinare nō possunt bona heredibus auferātur:nō aūt ex hoc solo qđ ꝑbatur accusatorē fuisse corruptum. ¶ Si is,rescriberetur.per principem.

QUi rei postulati. Id est accusati deprehēsi ꝑ irenarchas,vel forte etiā alias. ¶ Papinianus.obnoxiā ꝑdicte pene. ¶ Reo. i.accusato vel deprehēso. ¶ Si quis,occidisse.i.occisum esse. ¶ Qui,decesserint.de illo si quis postulatus reus.

¶ De interdictis,⁊ relegatis,⁊ deportatis. Rubri.

CApitulum. Id est caput. ¶ Quibꝰ. subaudi,illis.

Eum qui. ¶ Et libertos. quo ad ius qd in extraneos heredes transit. ¶ In fin. glos. j. vel dic gratis non potest, pretio potest.

Inter penas. ¶ Presides, opinione. vt explicet causas suadentes deportari et acta mitti, vt. C. de relatio. l. j.

Relegatorum. ¶ Quã in ea prouincia. no. mirabile ar. cõtra potestates et alios rectores ciuitatũ Italie precipientes plerũqz sibi subditis vt vadant ad confinia extra suam ciuitatẽ et districtum sub certa pena etc. ¶ Interdicere, domiciliũ. propter delictum in loco incolatus cõmissum. ¶ Admiserint. sed alibi. ¶ Dubitatum. non interdicunt expresse.

Sed honore. ¶ Impendia. quantũcunqz grauia.

De cadaueribus punitorum. Rubrica.

Corpora. ¶ De vita sua. argu. ꝙ debeat credi libris de vita sanctorum. ¶ Non permittitur. i. denegatur.

Si quis. ¶ Manet. ar. contra eos qui in confinibus moriuntur.

De appellationibus, et relationibus. Rubrica.

Summarium.

1 Falsitas quid significat.

Appellandi. ¶ Utiqz. id est semp. ¶ Adelius. sub. i. equius vel peritius ꝙ iudex principalis, quam. s. inique et imperite posse iudicare concessimus. ¶ Laturus est. sub. si ipse pari vel maiori iniquitate laberetur. q. d. nõ plus causa appellationis ꝙ causa principalis in suo iudice pariter et iniquo et imperito habet iniquitatẽ vel imperitiã refrenare. Et loquitur iste text. tali modo loquendi, vt ibi: non locus hominẽ, sed homo locum sanctificare hominis operibus cõsueuit. ¶ Quesitum, superfit. Et videtur ꝙ sic. ¶ Existat. i. obtinebit.
1 ¶ Uel falsa. dicitur falsitas † cũ tacita est veritas, vt. C. de epis. et cle. presbyteri. et. C. si cõtra ius vel vtili. pub. prescriptione. et sic minus plana est relatio, et sic debet exponi, vt differant a sequenti. ¶ Precogitatum. in appellãtis preiudicium cogitatum. ¶ Quasi veritatis. expressiuum aliter se habẽtibus ꝙ sit veritas. ¶ A consultatione. i. ab interlocutione qua pronunciat se principem consultaturum. ¶ In fi. glos. Joan. et Azo. et dic. i. propter emissam nunciationẽ minus plene vel falso. ¶ Deniqz. In glos. ad hos. ante versicu. alij. sed licet contentiosam habet: tamen prefectus administratione est maior. C. de offi. iudi. et pre. l. j. et facit extra de app. c. dilecti. ¶ In fi. eiusdem glos. hoc est cõtra mentẽ litere. ¶ Libelli aduersus quẽ. i. cuius snia. ¶ A qua. i. de cuius re snia sit lata.

Summarium.

1 An in sentntia appellationis causa inserenda sit.

Scio. ¶ Aduersarium. cũ in huius rei lite haberet tantũ vnum. ¶ Sed et illud, aduersarios. in eiusdẽ rei lite. ¶ In fi. glos. quid certe. imo vt. C. de priuileg. scho. l. fin. ¶ Et cum vna causa. id est lis. certe conuerso, quid ergo. ¶ In glo. hic no. ante versi. sed in interlocutorijs.
1 potest dici † ꝙ in appellatione non debet causam inserere, sed in agenda causa appel. debet coram iudice appel. vt. C. de appel. l. fi. et. C. quib. vt indig. l. minoribus. ¶ In ea. glos. ante versi. item: no. nec auditur. super alia, extra eo. super dilecto. et dic vt in. c. cũ causam. in gl. sz nũquid.

Ab executore. ¶ Sed ab eo. potest dici de executore exequente idem maioris iurisdictionis, corã quo dicebatur ꝙ debebat exequi, vt in. xxx. libris imperia. ex diuerso dicebatur: quod solummodo in. xx. paruulorum, et in sententia de qualitate monete non habetur mẽtio ipse autem sententiatũ esse interpretatur, vt in. xx. lib. imperalium.

A sententia. ¶ Idem rescripsit, appellationis. interposite ab herede. ¶ Idem dicẽdum est. vt appellationẽ prosequatur: nam per transactionem rata est sententia, vt. s. de pactis. talis. §. qui prouocauit. et ideo expedit legatarijs causam prosequi: secus in sequenti vbi leganda est. glos. hic posita.

Si qui. ¶ Opus est. iunge hic literam: sed cum aduersus plures. Et est ratio, quia plures sunt sententie, et ideo necessarie sunt plures appellationes, vt. s. ad turpil. l. j. §. si plura. et. s. de ope. no. nun. de pupillo. §. si in popularibus. et. j. eo. cum in vna.

Si quis cum. Quasi dicat, ad quẽ facte appellationi defert. ¶ Sed cum, rationes. cõfecte ab eis, vt. s. de admi. tut. l. lucius. §. tutele. et sic omnium erat pena impugnationis et defensionis. ¶ Quod est rescriptũ. In glos. hic distingue. ibi, questio etc. contra duos cõmuniter mota. Item ibi: si cõtra vnum etc. de pluribus a quibus simul eadem res petebatur. Item ibi: aut est incorporalis etc. et cõmunis litigatoribus quorũ vnus appellauit. ¶ In fine eiusdem glos. vt. s. de except. rei iudi. l. si cum vno. licet ibi contra notetur.

Cum ex causa. ¶ Recipere. autoritate iudicis appellationis: vt. s. de admi. tu. exci. §. j. ¶ Oportet. quia non propria voluntate sed coactus facit ɔtra appellationẽ, ei, ppterea nõ renũciat.

Summarium.

1 Ubi nulla est electio non tenet confirmatio.

1 **Si constat.** ¶ Supuacua fuit. ar. † ꝙ nulla sit confirmatio vbi nõ valet electio, et de hoc not. per Inn. extra de elect. c. cũ dilectus filius. et pro hoc de cau. pos. cum super. ad hoc. s. de leg. j. legata inutiliter. et quid sit de gestis per eum not. dicto. c. cum dilectus.

Summarium.

1 Snia collusoria ɔ̃ hrẽdes lata an noceat legatarijs.

1 **Si prolusorio.** ¶ Appellare. dicitur ergo † ꝙ hec snia collusoria noceat legatarijs nisi appellent: et sic est cõtra. s. de leg. j. si seruus plurium. §. j. Potest dici ꝙ scientibꝰ obest, ignorantibꝰ non: arg. s. de rei iudi. sepe. §. scientibus. Si tamẽ collusio interceßit nõ videt̃ etiã scienti nocere: vt. C. de pig. l. preses. Uel dic quia quale preiudiciũ generatur nõ permittitur appellare: vt. s. l. a snia. et fine app. ius eorũ est saluũ, vt. D. l. si seruus pluriũ. §. j. Alij intelligũt illã s̃m hãc vt nõ plus dicet sententia illusoria si appellauerit, al's secus: vt. s. e. l. a sententia. §. si heres. In creditore autem si queritur an obsit sententia lata obtinet. s. eo. ab executore. §. idqz ita constitutum. et. l. predicta. preses prouincie.

Si expreßim. ¶ Specialiter. id est expßim. ¶ In glos. anni. ante versicu. Item videtur. Item iudex pronunciauit super equitate siue iustitia: non

tia: non autem super qualitate vel de nullitate, cum de hoc non fuisset obiectum. arg. ß. de except. rei iud. sed ex testamento. ⁊ l. duobus. ⁊ de ordi. cogn. l. ij. ⁊ de ord. iud. l. j. nam de nullitate cognoscit iudex appellationis, vt. ß. famil. herci. quedam. ⁊ de iurepatro. carmelita. ⁊ ſm hoc loquitur glo. C. quan. prouoc. non est neces. datam. que huic videtur contraria. ¶ In fi. glo. an denuo. ⁊ hoc cū sententia est nulla ratione sui tantum: secus si ideo ꝙ cōtestata non fuisset, vt extra de elect. dudum.

Imperatores. ¶ Facte sunt. cum ad proximum superiorem fieri debuerit vt a clarissimo ad spectabilem, vel a simplici magistratu ad presidem: in auf. de appel. §. illud. ⁊ de defen. ciuita. §. ⁊ iudicare. ¶ In glo. vt ipse. ibi. c. nos in eminenti. hodie est ⁊ de offic. ⁊ potest. iud. deleg. super questionum. §. porte. ¶ Fidem rescripserunt. disceptatio fit per ius domini. ¶ In glo. not. ante versi. ⁊ facit. sed certe ibi fit ⁊ sine suspicione depopulatio ⁊c. ⁊ ideo dic referre appellaretur a sententia, ⁊ obtinet hec litera: ab executione, ⁊ facit ad sequestrationem.

Ad principem. ¶ In fine vltime columne glo. secus si tenuisset cognitio: vt. C. de re iudicata. l. acta.

Ex consensu. §. Filiumfamil. ¶ In fi. vlti. gloss. ał's. quia aduenitij casus ⁊c. ß. qui ⁊ a quib. Julianus.

Negotiorum. ¶ Iniusta pnūciata. vt tollas cōtraria dic, pronunciata destinatione: vt ⁊ alibi. ß. de iureiur. admonēdi. Et ꝙ dicit debeantur officio iudicis ꝙ seruit principali act. vt sic de eis possit iudex appel. condemnare in vsuris, ⁊ ad hunc intellectum tendit finis glo. ibi: item oppo. Secūdo dic iniusta pronunciata ⁊ cōdemnatione vsurarum medij temporis facta, ⁊ quod dicit dandā actionē. i. in factum ex re iudi. Tertio dic ſm quosdam ꝙ hocipso ꝙ pronunciat iniustā videtur de vsuris condemnare; cōstat enim posse. ß. de vsur. tutor. in prin. Sed opp. ß. de re iudica. in summa. §. quia fortis. sed illud in principali causa hoc in causa appel. vt argu. C. eo. eos. ¶ Tutor. In glo. quasi. ante versi. vel dic. ⁊ ſm hoc dic dicere. i. posse. ¶ In ead. glo. ante versi. item facit. ⁊ ſm hoc dic exequi debent ⁊ minor cepit etiam qd dicit explicare a se cepta exequi.

Ad imperatorem. ¶ Remissam. a preside. ¶ Partibus cōsentientibus. potest enim intelligi vt remissa fuerit causa per app. ab interlocutoria, ⁊ partes consentiunt vt pcedat iudex in principali omissa app. potest: vt. C. e. si quis libellos. ⁊ arg. ß. de oper. no. nun. l. j. §. inde queritur. sed si cōsentiunt vt procedat iudex app. omissa app. articulo forte non possunt, ar. C. de mino. intra vtile. ⁊ de iudi. vbi ceptū. sed ſm cano. obti. extra de appel. cordi. Item potest intelligi in relatione quā iudex interdum facit, vt C. de rela. l. j. sed ob. C. eo. ex illo. sed intelligitur ſm hanc, scilicet nisi partes ambe consentiant, sed ſm glo. de fide ratur ꝙ princeps remittat, nec sufficeret consensus partium, arg. C. de iurisdi. om. iudi. l. priuatorum.

Creditor cū fideiuss. §. Substituti. ¶ Experti. subau. sunt. ¶ Executio. id est comprobatio.

¶ A quibus appellari non licet. Rubrica.

Tractandum. ¶ Qui prouocatur. vltimo loci: quia post eum nullus.

¶ Quis, ⁊ a quo appelletur. Rubrica.

Quod dicitur. §. Ab eo. ¶ Mādauit. i. subdelegauit. ¶ Iurisdictionē. in causa vna. ¶ Ab eo. i. cōtra sententiam eius. ¶ Mandauit. per subdelegantē. ¶ Iurisdictionem. in causa vna. ¶ In glo. delegato. ibi: extra de app. c. nos hodie. extra de offic. ⁊ pote. iudi. deleg. c. super questionum. §. porro.

¶ Quando appellandū sit ⁊ intra que tēpora. Rubri.

Si quem. ¶ Sentētia prolata. interlocutoria qua interloquitur scribendum Imperatori vt deportetur, ⁊ istum iubet interim in carcere custodiri ſm. l. ß. de interdic. ⁊ releg. inter penas. §. j. Si habeas scribēdo, subaudi, de: ⁊ prout dixi, annotauerit. i. actis insertis declarauerit, sed prout exponitur sententia lata, id est declarata sñia diffinitiua deportationis preses iubet recipi in carcerem propter scribendum. i. quia habet scribere Imperatori: vt deportatur. i. insule assignetur. ¶ Ceterum. si tūc nō prouocat: ⁊ hoc prout dicit in prin. sententia presidis si precessit. ¶ Uel secūdo. i. eo. ꝙ sensit, ⁊ qui suasit preses. ¶ Rursus. si denegatur copia appel. post rescriptum. ¶ Quia. hoc tempore. ¶ Permittere. i. attribuere. ¶ In. j. glo. ibi: annotādum. i. deportandū: ⁊ quod premisit deportandum. i. qui debuit deportari. ¶ In fi. eiusdē glo. vel dic deportandum sñia presidis promulganda annotauerit preses Imperatori vt si placet assignet insulam: ⁊ qd dicit. i. deportetur. sc; in talem insulam. q. d. insulam assignauit. Uel dic annotauerit. i. annotando accusantem suaserit principi deportādum ſm. l. ß. de penis. diui. §. fi. ⁊ qd. j. dicit prolata sentētia. i. motu animi describentis presidis, ⁊ duobus his modis diffinitiua a preside fuit lata, sed interlocutoria describendo principi deportādum: vel in alio casu loquitur cū preses pronunciauit deportandum, ⁊ Imperator hoc annotauit, nā ⁊ hoc potest, vt. ß. de interdic. ⁊ rele. inter penas. §. j. ⁊ de iniu. rup. ⁊ irri. test. si qs filio exheredato. §. eius qui. ⁊ ſm hoc dic ex iam prolata sentētia presidis. ¶ In fi. gl. imo videtur. ante ver. item videt. dic ibi nullo modo grauat cum interloquitur remittenda, negotia pro consilio Imperatori: hic autē grauat scribendo vt deportetur ⁊ suadēdo, vel hic ab ipsa relatione mandati appellat. Alij ꝙ hic lata erat sententia, ibi non qd reprobatur infra: simili modo lata erat sñia, s; nō debet punire preses exequendo, nisi Imperator cōfirmauerit.

Solent. ¶ Sed ⁊ si preses, cū ab ordine. ordo ergo, debet sibi eligere syndicū, vt ⁊ ß. qd cuiusqꝫ vniuer. no. l. nulli. ⁊ l. item. ⁊ de decur. l. nominationum. ⁊ non preses vel potestas vt hic: cōsentire tamen debet ſm quosdam, ar. C. de ser. re. pre. ma. l. j. ⁊ ij. sicut ⁊ in dominū vir electus cōfirmatur a superiore, ar. ß. de app. si constat. ⁊ in auf. de defen. ciui. §. interim.

Biduum. ¶ In glo. sed certe. ⁊ de edili. edict. l. bouem. §. pe. ¶ In ead. glo. ante versi. no. hic. vel hic ex conditione precedente effectū sñie non autē ipsam sñiam, vt ⁊ alibi. ß. de donat. inter vir. ⁊ vxo. l. cum hic status. §. siue autem. ⁊ sic nō est mirum si statim ad appellandū tempora cōputentur.

Quod in sententijs. ¶ Altera. dicit ad plus in propria. ¶ Uel tertia. ad plus in aliena.

Summarium.

1 An absente iudice appellari possit, ⁊ appellatio interposita prosit.

1 **Dies.** ¶ Uoluit. vt non curauit. ¶ Prouocatur. no. † in presentia iudicis appellādum nisi in casu. ß. titu. de appel. l. cum quidam. Argu. ꝙ semper absente iudice appellari possit, extra de appel. suggestū:

sed in alio casu dicit. ¶ Eius facultas. quod exponitur ĵ.§.adeundi. ¶ Copiam. forte aliis occupatus, vt.s.di/citur, quis ordo in bono.possess. serue.l.iij.§.in bonorum possessione. vel iubendo partes recedere. ¶ Habuerit. postea. ¶ Subduxit.recedendo. ¶ Subtraxisse.tempus tamen non currit. ¶ Ad domum. vbi ius reddere non solebat: al's contra.s.de inter. voluit. ¶ Imputaret. si nō illud accederet ⁊ appellaret, vt patet ex litera. ¶ In glos.iure.ante versic.ergo.sed non videtur currere cum ipsius adeundi copia non sit, vt.ĵ.patet: nam ⁊ si esset infirmus perinde stare videtur, vt arg.s.de consti.pecu. itē illa. ¶ In fi.glos.l.in loco.vel forte.l.vbi ius reddi so/let: vt.C.de sen.⁊ interlo.om.iudi.l.cum sententiam.non distincto sedeat vel non, feriatus sit vel non dies in qui/bus alterutrius fuit copia. ¶ Si quis, nō adierit.quere/lam de iniqua sententia deferendo, per quod videt ipso facto appellare, vt extra de app.c.dilecti. ¶ In propria. partium: quia ab alio repetiturus nō est. Uel dic suo no/mine, id est suo cōmodo vel incōmodo lite acta. Uel ter/tio suo nomine, lite acta. Idem si nō suo nomine dum/modo sit eius periculum vt sequit ibi: in rem antē suam. si tamē vt in rem suam procurator factus interueniat, secus si vt simplex procurator, vt.§.tutores.in fi. Et ideo distingue aut quis litigat suo nomine suoq; cōmodo ⁊ periculo, ⁊ tūc planum est quia biduum obseruat. Aut alieno nomine, alienoq; commodo ⁊ periculo vt simpli/citer procurator, ⁊ tunc triduum, vt ibi: quare procura/tor.⁊.§.tutores. Aut nomine alieno, sed periculo ⁊ com/modo proprio, ⁊ tunc interuenit vt in rem suam procu/rator factus est obseruat biduum.s.de appel.qui suspe/ctum.⁊ in.§.in suam autem.aut simpliciter procurator, ⁊ tunc obseruat triduum: vt.ĵ.§.tutores.in fin.ibi, cum obtemptu ⁊c.

Tutores. ¶ Defensores.vt syndici. ¶ No/mine.§.defensor. Interdum alie/no nomine defendit, vt.C.de procurato.l.exigendi.⁊ de procura.seruum quoq;.§.publice.⁊.s.de solu.solutionē. Interdum suo nomine, vt.s.de interdic.in iure faciēdo. l.qui ex parte.⁊.l.qui seruum.⁊ in primo triduum, in se/cundo biduum obseruat. ¶ Cum obtentu.nec mirum si consideretur quo nomine quis sit in lite cū obtentu ⁊c. ¶ Causam agens.⁊ facit de euictione.l.cum vēditor.§.si secundus.⁊ dic agens.id est defendens.sic.s.de procur. l.licet.§.⁊ ob iniquum.ibi, vel ex pristina causa ⁊c.sed vi/detur cōtra.s.eo.§.in propria.scʒ in summa, an ⁊c.sʒ hic vt simplex procurator interuenit, ibi autē vt in rem suā. ¶ Si aduersus. In gl.sed in quo.ante versi.nec licet.ar. contra.C.de his qui ad eccle.confu.l.presenti.⁊.s.de ap/pella.si prolusorio.§.ĵ.

Si procuratorio. ¶ Nota procura/torem appellare ⁊ appellationem prosequi, ⁊ sic est intelligendum ex voluntate. ¶ Sed si alius.defendere si sua intersit, vt dicit. ¶ Quoniā.p q̄r.

Illud. ¶ A literis. id est obtētu litera/rum. ¶ Ea non tamen.quasi di/cat, non propositum. ¶ In glos.s.eo.loqui/tur vel ibi, in alio casu loquitur ante versicu. vel.s.in.l.contraria non fuit facta copia relationis, hic sic: vel si ibi facta fuit non perpendet de falsitate, hic etiam ante perpenderat, arg.s.de confir.tut.l.in confir/mando. ¶ Se sustinuisse.aut non fuit facta edicto rela/tionis, ⁊ tunc non potest appellare, quasi vera esse con/senserit, vt hic: aut non q̄ suo iuramento sciri poterit, ⁊ tunc poterit, vt.s.de confir.tu.l.in confirmando.⁊.C.de episco.audi.⁊.l.si legibus.⁊ ſm hoc potest intelligi.s.eo. l.ĵ.in princi. ¶ Non ab alia.que interloquitur se principē consulturum, vt.s.de appel.l.ĵ.§.ĵ. ¶ In glos.s.eo.ante versi.⁊ eodem.vel ibi in alio casu loquitur.

¶ De appellationibus recipiendis, vel non. Rubri.

Non solent audiri. ¶ Ap/pellantes. qui liti non interfuerunt.

Ante sententiam. ¶ In glo.scʒ per tormenta.ante versi.quia Jo.⁊ tūc expo/ne si questionē.l.cōtra questionē ⁊ est in ciui/li.s.de mino.l.intra vtile.⁊ in criminali.s.de accusa.l.ti/tia. ¶ In eadem glos.ante versicu. item opp.vel ibi lis preuaricatoris est alia a principali.

Eius. ¶ Narratur. quia non probabili a cuius contrario si est probabilis cō/tra videtur.

Si cuius. ¶ Doceat. coram iudice ad quē debuit appellare. ¶ Oportuerit.ad principē. ¶ Factū fuerit.i. innouatū. ¶ Intra, appellatoria.ad presen/tandum appellationem vel melius ad deferendū quere/lam super appellatione nō recepta, vt.l.si appellatum.

Si res. ¶ In fi.penul.glo.vel a pena que imponitur ex edicto: vt.ĵ.de verb. sig.si qua pena.vt fit.s.de eo per quē fa. erit.l.ĵ.

¶ Nihil nouari appellatione interposita. Rubrica.

Appellatione. ¶ Nec vincula. que interim petentur, vt.d.l.inter pe/nas.§.ĵ.ordine in quo militabit. ¶ In fi.glos.vt in autē.⁊ arg.infra.an p aliū. l.ĵ.circa prin. ¶ In fi.glos.appellationi. ad hoc qđ est in glos.super verbo, deportatus.vbi dicit glossator, sed videtur ⁊c. ¶ Si quis ex pluribus.hoc qui/dam intelligunt ex delictis ex eodem facto descenden/tibus: vt si accusatur quis de stupro ⁊ incestu commissis in consanguineam, videlicet sororis filiam, vt.s.de adul ter.si adulterium cum incestu.ĵ.respon.⁊.l.miles.§.ĵ.⁊.C. de accusa.qui de crimine.⁊ ſm quosdam accusatus fuit a duobus, quia ab vtroq; ſm eos nō posset accusari per l.qui de crimine. Alii contra.⁊ ibi supple etiam, ⁊ sic de vtroq; debet puniri.s.de priuat.delic.nunquam plura. Sed certe tunc siue a sententia stupri appellasset que mi nor est ratione conexitatis: habet differri etiam incesti, licet maior.argu.de mino.etiam.§.ex causa. Item tunc vna pena acerbior tanq̄ al's esset ex maiori crimine im/ponitur.s.de q̄stio.si quis viduam.⁊.C.de rap.virg.l.ĵ.§. que multo magis.⁊ vt.s.de adulte.maritus.§.fi. Habet ergo intelligi in criminibꝰ separatis, vt quia accusatur ab aliquo iniuriarum: vt.s.de iniur.l.fi.⁊ de homicid.⁊ est idem.s.de iudi.per minorem.⁊ ar.ad hoc.s.de adult. l.adulter diem.scđo responso. Sed nunquid debeat agi causa leuioris pene? Respon.sic: ar.s.de priuat.delict.l. nunq̄ plura. Sed quomodo relegabitur qui iam depor tatus est. Respō.sicut excōmunicatur qui iam excōmu/nicatus est qđ proficit: quia cōmissa pena deportationis salua erit pena in relegato, argu.s.ad turpil.l.ĵ.§.si plu/ra. ¶ Pena. id est excōmunicatio sententie ad penam. ¶ Imponēda sit.agetur causa nihilominus app.super leuiori crimine, nisi esset ex maiori pena consumptus: vt no.s.de pub.iud.l.is qui reus. ¶ In gl.si eum qui accu/sauit.in fi.⁊ facit.ĵ.de iur.fis.deferre.iij.respon.

¶ Que sñie sine appellatione rescindantur. Rub.

Illud. ¶ Item si calculi, corrigi/tur.sententia quatenus de facto ꝓcessit per superiorem: sic.ĵ.de iu/re fisci.l.ne procuratores. ¶ Fuisse dixe/rit.arg.qđ in sñia app.causa sit inseren/da.⁊ argu.s.de questionib.maritus.⁊ arg.q̄ in causa principali.ĵ.proxi.§.⁊.ĵ.de iur.fis.l.ĵ.§.se/natus. ¶ Item cum contra.de iure expresso. ¶ In glos. vt et.ante versi.item facit.vel dic vt ibi no. ¶ In gl.hoc ponitur.ibi, erat per cōtumaciā.quia recesserat sine legi tima app. ¶ Pro hac causa appellare.cū me indebite cō dēnatū nō dicā sʒ ordinē nō seruatū, qui est vt de mutuis petitionibꝰ simul iudicetur, ⁊ ex sola hac cā appellare vo lo. ¶ Interponat.rōne ordinis nō seruati, vt.C.de ap.l.ĵ. Paulus respon.

PAulus respōdit. ¶ Eos. per se litigantem. ¶ Neqꝫ sententiam. interlocutoriam de missione in possessionem, idem si viuebat tēpore impetrati rescripti: sed ante citationē mortuus est, vt extra de rescrip. significauit. ¶ In glo. defenditur. id est defendi cepit, ante ver. sed cōtra. vbi de hoc: secus si contra procuratorem sit, vt. C. de procur. nulla.

¶ An per alium cause appella. reddi possint. Rub.

QUeri solet. ¶ Quia accusatus de appellatione: id est accusatione. ¶ Sed capitalis. stricte accipe pro ea que irrogat verā mortem, vel sanguinis penam: vt. C. de transact. l. transigere. postea addit de alijs capitalibus que continent damnationem in metallum vel deportationem ibi: sed ⁊ si ea. ¶ Plane, sit appellatum. ⁊ procuratorem faciat. ¶ Que causa. principalis.

¶ Si tutor, vel curator, vel magistratus creatus appellauerit. Rubrica.

Summarium.

1 An causa appellationis sit probanda.

1 HI qui. ¶ Si quid damni. aut appellat † quis ab iniunctione officij, vel a mera sua excusatione ꝑm l. s̄. quan. appel. sit. l. j. §. si quis tutor. ⁊. §. alia causa. ⁊ tūc appellator probare debet causam sue appellationis verā ⁊ legitimam: vt hic ⁊. j. l. proxi. ⁊. C. de appel. l. hi qui ad ciuilia. ⁊. j. de vaca. mune. l. j. in prin. Aut a sententia contra se lata in alia questione, ⁊ tunc aut appellator prosequitur ⁊ introducit appellationem, ⁊ tunc probare debet iustitiam sententie: vt. j. si penden. appel. mors inter. l. vnica. §. nulius vero. ⁊. §. fi. ⁊. s̄. de appel. scio. §. fi. nam ⁊ alibi reus originaliter ex accidēti sit actor: vt. s̄. de exce. l. j. ⁊. s̄. de exce. l. in excep. ostēdet autem defectū iustitie in sentētia ex actis cause referendis a iudice appellationis ꝑm. l. C. de appel. eos. ⁊. l. a procōsulibus. ex quibus actis non conuincebatur, ⁊ probando suas defensiones ꝑm. l. per hanc. C. de temp. appel. Aut non prosequitur nec introducit, sed appellatus cuius aliquādo interest. C. quā. prouo. non est neces. l. omnes. ⁊ de appel. l. fin. ⁊ tunc non aliter obtinebit ꝙ si iustam sententiam esse probaret, in aut. de his qui ingred. ad appel. §. illud quoqꝫ. argu. ad hanc distinctionem. s̄. de iudi. in tribus. ⁊ insti. de interdictis. §. duplicia.

TUtor. ¶ Detentus. relecta accusatione quam proposuit.

¶ Eum qui appellauerit in prouincia defendi. Rub.

TAm qui. ¶ In fin. glo. Rome. pcurator dandus bonis: vt. s̄. quib. ex cau. in posses. eatur. l. fulcinius. §. adeo. ⁊ de her. insti. si quis instituatur. §. fi. nō per creditorē, cum non latitet: secus enim tunc. s̄. de cura. fur. cuius bonis. ⁊ dic vt. s̄. de priui. cre. l. eum qui.

HOc enim. ¶ In glos. bona. ante ver. nisi ante absentiā. versetur vtilitas in distractione: quia tūc dato curatore etiam distraheretur.

¶ Si pendente appellatione mors interuenerit. Rub.

APpellatore. ¶ Tutor, in negotio pupilli. id est in lite quam pupillus habuit. ¶ Ad causas appellationis. in lite habita pro pupillo.

¶ De iure fisci. Rubrica.

VArie cause sunt. ¶ Nunciatio. bonorum fisco apertorum vel delatorum. ¶ Ad fiscum. id est ad fisci vtilitatem. ¶ Vel, defertur. non vendicetur, isti se deferant non lucrant. s̄. de his qui. vt indi. l. post legatum. §. fina. ¶ Siue codicilli. quibus principi quid est relictum. ¶ In fi. glos. quo casu. vel ideo ponit de subtractione, vt per hoc pateat ꝙ hic latebat. arg. j. eo. edicto. §. id autem. ¶ An bona que. id est quia veniunt a creditoribus irreuocabiliter.

DIuus. ¶ Nunciationē. id est facultatem nunciandi. ¶ Cause autem, ⁊ post. xx. ann. differri: non enim perijt instantia, vt. C. de iudic. properandum. §. j. ¶ In glos. s. xx. an. versi. sed an. sed videtur loqui in productione per pecuniam: vt. s̄. de diuer. ⁊ tem po. prescrip. l. inter quatuor.

EX quibusdam. ¶ Non leditur. quamuis non probet. ¶ Reipublice. alicuius ciuitatis: vt. C. de lati. l. ex varia. ¶ Sue. vel agit iure sibi concesso: vt. s̄. quando appel. sit. l. j. §. in propria. ¶ Quin ei. litiganti cum fisco. ¶ Subtracta. vt puta testamētum in quo grauatus est non capaci aliquid dare. ¶ In glos. pro hereditate. ante versi. idem. sed certe ⁊ decurionis hereditas ordini applicatur non reipublice, vt ibi dicitur.

Item diui. ¶ De iure capiendi. vt quia habet instrumētum prioris matrimonij cū alia contracti per qd̄ hic natus ex alia spurius potest ostendi. ¶ Non si de capitali causa. vt si accusatur quis de crimine ex quo bona sunt confiscanda, ⁊ hodie instrumentum ex quo potest conueniri, vt instrumētum matrimonij per qd̄ deprehenditur adulterium esse non stuprum vel illicite conuictus contra rempub. quod dicunt testes se apud eum vidisse, nō habebitur propterea victus ac si subtraxisset vt habetur in superioribus: vt C. de pba. l. si de possessione. ¶ Diuus, delator. edere qui fisco defert ⁊ non probat: sed si sponte desistit dic vt. j. e. res que. §. fina. ¶ Mandatorem. id est eum qui sibi mandauit nunciare. ¶ Complura. in fine glos. his. ⁊ hoc tenetur. C. de iur. ⁊ fac. igno. l. fina.

NOn intelligitur. ¶ Legi. quasi dicat, iuri. ¶ Palam. vt intelligitur quis, cui, ⁊ quid rogatus sit restituere. ¶ A vobis petij. forte domestica cautione ꝑm R. vel hoc testamento ⁊ aperte, ꝑm alium casum ⁊ aperte, sed hic causatiue ponit. j. statim. ¶ Verbis. scilicet solis, nam considerandum est aut precessit aperta a testamento declarata rogatio, et tunc licet sequantur huius verba nō propterea fiet fraus. Aut non precessit ⁊ propter hec verba nō erit fraus excusata, ⁊ tunc expone nō esse fraudem. l. factam, scilicet excusatam. ⁊ facit. s̄. de leg. j. lucius. §. fi. ¶ Quando autem, videatur. vt sic heres puniatur. ¶ Debeat. ad eum liberandum. ¶ Consilium. ad eum puniendum. ¶ Vel contra. non capit tēpore mortis: capax autem erat tempore testamenti. ¶ Exitum. capacitatis superuenientis: non autem econtra spectatur nisi in futurum casum se obligauerit. ¶ In gl. si vtroqꝫ. ⁊ facit ad exitum: vt res carens exitu sine effectu non puniatur.

MUlta. ¶ Defecerint. facultatibus. ¶ Approbentur. per fisci rationalem. arg. s̄. de admi. tut. quoties. in prin. ¶ Contractu fiscali. ad fiscum extenso: vt si accepit quis pecuniam a fisco, ⁊ illam alij mutuam dedit, ⁊ sic sunt speciales tres casus.

SI procurator. ¶ Tū fiscus. contra videtur. C. de quadri. prescrip. l. ij. potest loqui ꝑm illam vt domino simplum prestetur: vel voluntate fisci emptori res euincatur, vel corrigitur per illam.

Summarium.

1 Priuatus sine stipulatione vsuras non habet.

Fiscus. ¶ Priuilegium suum. vt. ff. de vsuris. cum quidam. §. si debitores. ꝛ not. † ꝙ priuatus non habet vsuras 1 nisi ex stipulatione. ¶ Debitorum. ipso debitore debitum confitente.

Senatus censuit. ¶ Uniuersa legata, vt vniuersalia: vt est legatum vniuersitatis, vt. ff. de lega. ij. cum filius. §. lucio. ꝛ. l. cũ pater. §. mense. ꝛ de leg. j. si quis partem. ꝛ ad trebell. mulier. §. fina. ¶ Legati. vniuersitatis. ¶ In fin. glos. que errant. ꝛ dic detulisse, id est tradidisse fisco vt alium quasi debitorem exigeret qui non erat.

In summa. ¶ Omniũ. ꝛ q̃ dicuntur. ff. l. senatus. §. fi. ꝛ. §. si tribus. ꝛ. j. eo. aufertur. §. a preside. ꝛ in multis alijs locis.

Deferre. ¶ Item milites, sed communem. vt quia sibi ꝛ fisco hereditas est delata, ꝛ denunciat talẽ huius hereditatis debitorẽ. ¶ Item eos, suorũ. q. d. non debẽt contra pupillos delatores esse. ¶ Idẽ decreuerunt. in. j. glos. ante versi. ꝛ nota. ꝛ ſm hoc dat procuratorem respondentem. ¶ In fi. eiusdem glos. vel vt litera innuit dic procuratorẽ quẽdam vel ad negotia, non autem in lite erat: ꝛ dic interrogari vt testem, vt in aut. de fide instru. §. si vero annumerator. ꝛ. C. de questio. interrogari. Et sic no. ꝙ aliquando potest testificari qui non accusare potest: par tamẽ pena est calumniatoris, accusantis ꝛ testificantis. ff. quib. vt indi. post legatum. §. hortari. ꝛ de bon. liber. qui cum. §. sed si non accusauit.

Papinianus. ¶ In fi. glos. scilicet pristinam. quasi quod recuperauerit fiscus primo immiseram, secundo cedat in sortem. ar. ff. de sol. titia. ꝛ ad hoc dicũt directam cõpetere.

Res que. ¶ Sunt. ex delatione fisco facta vt sequitur. ¶ Sed si quid. per. l. istam dicimus ꝙ q̃n aliquis delinquit ꝛ fiscus vult accipere bona sua, ꝙ primo debet soluere anterioribus creditoribꝰ: ꝛ si quid superfit habeat fiscus. ¶ Lites donatas. a se fisco cõfiteaẽ, vt alibi. ff. de donat. ex hac. ¶ Et adiecit illũ. donatorem litis. ¶ In fi. j. gl. ꝛ. l. nolumus. sicut in fi. vult gl. cũ in delatione dixerit se alieno deferre mãdato, al's secus: vt. j. l. seq.

Eum mortem. ¶ In fin. vlt. glos. hoc est verum. scʒ cum ibi ad venientes abintestato ad hereditatem mulieris pertineat: sed ibi occidit ꝛ ideo non habetur purificata conditio, hic autem aliud. arg. ff. de condi. fur. si seruus. j. respon.

Si is qui. ¶ Obligauerat. iam in preteritum. ¶ Contraxerit. postea. ¶ In fin. glos. si priuatus. sed in. l. idẽq; fuit simul obligata, ſm. l. de pig. si fundus. §. si duo. in. l. qui balneũ. obligata fuit vni ꝛ residuũ alteri. ſm. l. de pigno. ꝛ que nondum. §. fina. in questione autem predicta priorem habeo potiorem per. l. C. de secun. nup. hac edictali. §. omnibus. ꝛ de iure do. in rebus. in princi. ꝛ qui potio. in pigno. hab. licet. ꝛ ibi de hoc per Jac. nisi in casu presentis. l. vbi est speciale in fisco.

Ejus qui delato. ¶ Pro cõuicto. i. ex solo conuinci posset vt per inferiora patet. ¶ Ceterum. pro sed. ¶ Enim. pro certe. ¶ Uel actio. id est non exinde vel actio ꝛc. ¶ Uel condemnatio. de eo qḋ possidebat delatus. ¶ Conitare. de corruptela de crimine corruptionis. ¶ De retractanda causa. id est de nouo tractanda, in qua reus per corruptionem obtinuit. ¶ Atq; recitari. id est de nouo tractari cõtra heredem. ¶ Nec enim. retractatio cause nõ pene: al's pena est impositio. ¶ In fine vlti. glos. ꝛ dic aut peto declarari corruptorem haberi victum, ꝛ non transit hec pena in heredem: aut principalem questionem moueo contra heredem, sed se defendit obtentu sententie, contra quam replico de corruptione quam vult euitare ratione mortis corruptionis ꝛ non potest. ¶ Eum qui, dixit. anteꝗ̃ adiret hereditatem, nihilominus non defendit: ꝛ sic vt indigno hereditas ablata est.

Diuus. ¶ In glo. vt puto. ante vers. alij. ꝛ bona talium fisci sunt post mortẽ sicut etiã deportati. C. de bo. dam. l. deportati.

Imperatores. ¶ Crimen. inter cium illicite naui impositarium.

Apud Julianũ. ¶ Quam Caius possidet: ꝛ coram preside petitur. ¶ Uendicante. coram procuratore cesaris.

Prediis. ¶ Placuit. C. de fid. instru. ꝛ iur. haste fisca. l. si. contra. ꝛ de censi. ꝛ pe. l. fin. ꝛ de omni agro deser. locorum. in fin. ꝛ. C. ne fiscus rem quam vendi. euinc. potest distingui aut vendidit fiscus vt propriam, ꝛ obtinet. C. ne fiscus rem quam vend. euinc. aut vt alienam, ꝛ tunc aut ob tributa non soluta, ꝛ obtinent contraria: aut propter aliud debitum, ꝛ obtinet hec. l. ꝛ arg. ff. de contrahen. empt. l. alienatio. ꝛ famil. herciscun. l. ꝛ post. §. j. patet.

Quod placuit. ¶ Ut ius cõmune. id est communem defensionem.

Fiscus. ¶ Obtinuit. id est succubuit, vt. j. patet. ¶ Decideret. fuit ergo decisa, sed post secundam intentionem. ¶ Postea. i. post primam secundam. ¶ In prima glos. ibi: de falso. ex eo quod dicit te surripuisse testamentum quo princeps heres scriptus fuit: vt. ff. l. j. §. ij. ꝛ. ff. de falsis. qui testamentum. ꝛ. l. paulus. ¶ In fi. eiusdem glos. vel melius a die secunde: videbatur autem excusari propter victoriam prime.

Bona fisco. ¶ Adiudicari. intelligi.

Adrianus. ¶ Et si, fraus. per corruptionem.

Delator. ¶ Denunciat. vt si quis accepit de facto vxorem alij nuptam, ꝛ ex ea filium habuit, ꝛ dimissa illa proprio arbitrio contraxit cum secunda de qua alium habuit filium, scripsit ambos heredes, denũciat natus ex secũda illum primum illegitime natũ, cum non ex vxore sit susceptus, ꝛ hoc facit gratia protegendi sui iuris: nam si prima fuisset vxor secunda non fuisset, ꝛ sic secundus remaneret illegitime natus, ꝛ hoc prout dicit generis, sed alibi dicit gratia.

In fraudem. ¶ Ex his, pertinentia. vt sua vel communia vel sibi debita. ¶ Neq; instrumẽta. non pertinentia ad petentem, licet ex his possit iuuari. ¶ Oportet. vt si quis ferat me possidere rem fiscalem: tertius habet instrumenta qualiter a fisco discessit, ꝛ cuiusdam alterius rem esse pronunciatũ fuit, hoc mihi non edet etiam sponte sine pena. ¶ Edit. lite existente inter duos priuatos.

Aufertur. ¶ Si multi. in glos. surripiendo. vel hic loquitur in officialibus in iam quesitis fiscũ fraudantibus subtrahendo, quorũ admissum velatur per officium: vt de administ. tuto. l. tres tutores. ꝛ. ff. ad leg. iuliam pecul. l. ij. §. labeo. secus in querendis nisi in duplum: vt. C. eo. facultas. secus si alius faceret furtum fisco cum alijs, quia tunc imponeretur pena minor ꝗ̃ in priuato: vt. C. de furt. l. penultima. ꝛ sic in quadruplum singuli tenentur: vt. ff. de transactio. l. sacrilegij. §. fina. ꝛ rerum amota. l. ad fiscum. ꝛ. C. de natu. liber. l. ij. in fin. ꝛ patet ex hac litera.

Moschis.

Moschis. ¶ Putauit, prius. no. pronunciari super incidenti: sic. ff. de accusa. Titia. de liber. cau. liberis. ad fin. & ff. de carbo. edic. l. iij. §. missum.

Statius Florus. ¶ Heredis. cui quedam prelegauerat. ¶ Dederat. & pecuniam. ¶ Pronunciauit. procurator cesaris exequens. ¶ Necnon. id est quamuis. ¶ Cautione. interposita secreto, que tacitum reddit fideicommiss. & potest dicere ex. l. propter. & nullum est contrarium in glos. non capiens. ante versi. item facit. vel dic non probat scilicet coheres, scilicet Pompeius grauatus. ¶ In glos. Pompeius. ante versi. sed cōtra. & procurator hanc potestatem habet contra heredes. arg. C. eo. si minori.

Valerius. ¶ Imperatoris. id est, fisci. ¶ Predia. vineata, vt sequitur pro parte de quibus statim querit: & laboratoria pro parte de quibus dicit in fine, & quedam locata & quedā non. ¶ Medio tempore. in fundo positis. ¶ Perceptis. tūc vel postea. ¶ Querebatur. conuocatis sapientibus ad decisionem questionis. ¶ Pertinere. placebat vt sequitur. ¶ Pronūciauit. procurator cesaris, coram quo questio erat. ¶ In fi. gl. id est sub addictione. vel dic hanc addictionem fieri autoritate. l. j. ad muni. lucius. §. fi. & C. de fi. instr. & iur. ha. fisca. l. si tempora. ¶ In fi. glos. id est certe. & dicere quid placebat, quasi omnibus sapientibus ibi collectis.

¶ De captiuis & postliminio reuersis. Rubrica.

Pater instituto. §. Si mortuo. ¶ Corneliaz. que confirmat testamenta eorum qui in captiuitate decedunt. ¶ S. pro q2. ¶ Pretorem. & sic iure pretorio admittatur per fm tabul. & sic est necessaria hoc casu.

Quod. Pro sed. ¶ In gloss. & sic non. ibi: hac lege. excluditur. Item iam firmaretur testamentum mortui in captiuitate per Corneliam. ¶ Itē ibi: fuisse &c. id est fingitur per Corneliā que non fingit super premortuo, quantū ad secūdas tabulas. ¶ Item ibi: quo ad secundas tabulas. quasi dicat, siue cōsideremus hanc rationem: quoniam patre &c. siue hanc: quoniam non reuerso patre filius sui iuris &c. quia hec ratio obtinet in filio post mortem patris superstite: vel dic quia viuo patre sui iuris efficitur, expirat substitutio pupillaris. ff. de vulg. & pup. subst. l. coheredi. §. cum filie. in prin. & ff. l. proxi. in prin. Et dic reuerso patre filium manentem in ciuitate sui iuris effectum, propter seruitutem in quam pater incidit propter captiuitatem: vt. ff. eod. postliminij. §. in pace. & qui in alterius potestate est &c. vt. C. de adulte. nec in ea. que seruitus purgata non est, cum sensus non fit ad liberationem. Itaq3 a patria potestate fictio Cornelie que est fictio mortis necessaria non est, sed ad iusdeferendum hereditatis: vt. ff. de testa. l. lege cornelia. & ff. l. proxi. que declaratio hic non habet locum in persona eius qui decessit viuo captiuo: cum ergo iam mortuo deferri non potest hereditas, beneficium Cornelie & eius fictio non respicit iam mortuum, & sic quo ad filium premorientem in ciuitate Cornelia nihil fingit, sed si viueret tunc secus, quia tunc ad relationem hereditatis fingeretur mortuus hora captiuitatis, & per consequens per mortem diceretur filius sui iuris effectus. ff. l. proxi. In princip. versicu. ergo per fictionem legis Cornelie simul vtrunq3 potest deferri & filio existētia sui iuris & hereditas ei, vel alij scripto tunc procur. fict. filium accipimus liberari a potestate, & sic per mortem: & ideo pupillaris substitutio nō rumpitur: vt. ff. l. proxi. in princ. vbi autem simul vtrunq3 deferri non potest, vt filio existentia sui iuris qui iam decessit q̄ fictio vigorem suum obtineret, quem certū est obtinere demum post naturalem patris mortem, tunc licet viuentibus qui admitti possunt deferatur pars hereditatis per. l. cornel. filio cum iam mortuo per eam non datur existentia sui iuris: & sic per seruitutem patris non purgatam fuit sui iuris anteq̄ per. l. cornel. hereditas deferatur alteri, & sic cum liberatio a potestate precedat tempus deferende hereditatis patris vitiatur substitutio pupillaris, vt hic.

In bello. ¶ Facte, vsucapiebat. is qui captus est. ¶ Ei. captiuo latius ius postliminij interrumpitur, nec reintegratur, nec recuperatur postliminio: vt. ff. ex quib. cau. ma. l. deniq3. ¶ Marcellus scribit. dicēs q2 ipse possedit, siue subiecta ei persona, semper heredi procedat vsucapio: vt colligitur. ff. de vsur. si is qui. ¶ In glo. al's. ibi. §. vacuum. primum credo verum per l. si is. de vsucap. ¶ Item ibi: aut ibi decessit. & tunc aut tractatur de quesitis per seruum. ¶ In fi. eiusdem gl. in glos. quesitis per filium. & retro possessa & vsucapta habentur, vt. d. l. iusto. §. fi. ¶ Si quis. in gl. quandocunq3. ibi. §. fin. quia non est manumissus notabiliter eius, cum oblato pretio pristinum statum recipiat. & argu. ff. de excep. rei iudic. l. ex sextante. §. fina. ¶ Et ideo certe, verum. respondet arg. quod fecerat in fin. j. glos. imo arguit super proposita questione ad id qd in potestatē prioris domini reuertatur. ¶ In glos. respon. certe. ante versi. alij. & qd dicit est, id est esse iniquum si nec ab isto nec a domino cui seruire non potest non possit fieri liber. ¶ Ius manumittendi. aut seruus captus ab hostibus manumittitur, & tunc constat domino non preiudicari, vt. §. certe. aut a redimente, & tunc aut ignorabat alienum & liberū facit, vt. §. verū. vsq3 ad. §. certe. ita vt priori domino excusationem prestet: vt. ff. de acqui. here. l. si seruū. in prin. aut sciuit alienum, & tunc non fit liber, vt. §. certe & veteri. in fine. Or si quis redemit a sciente, post vsucapionem manumittit non ante: vt. §. certe & veteri. ¶ Si pignori. in fin. glo. cum hoc. arg. contra. ff. de statulib. l. si quis ita libertatem. §. j. ¶ Si fideicōmissaria, redit. vt pretiū redēptionem. ¶ Mutabitur. & sic pretio redemptori soluto non poterit manumitti. arg. ff. de leg. j. l. fi. §. quatuor.

Summarium.

1 ☞ Subtilitas a iure approbatur.

1 Si patre. ¶ Subtilius dicat. † not. subtilitas a iure approbatur. ¶ Finito. per. l. ff. quibus modis pignus vel hypothe. l. sicut.

In omnibus. ¶ Fallit. ff. eo. quod si filius.

Postliminium. ¶ Inducie. in fi. glo. vel dic vt litera dicit q2 tunc reuertentes non habent postliminium, sed in pace sic: & in bello vt. ff. eod. in bello. in princip. vel fm glos. dic tunc euntibus ad hostes & redeuntibus, eo q2 serui nō efficiuntur. ¶ Transfuge, semper maneat. & non speret libertatem, etsi statuliber sit vt statim sequitur. ¶ Si statuliber. In fin. glos. qui rogatus. imo cuius futurus erat. ¶ Filius, amisit. irrecuperabiliter in fin. glos. que est vt transfuga captus seruus fiat admodum hostis capti: vt. ff. de acquir. rer. domi. transfugam.

Si captiuus. ¶ In gl. imo. ante. versic. item non obest. vel quod capitur fit occupantium in primo occupationis exordio, vt & ff. de acqui. rer. domi. l. naturalem. §. fi. sed postea iussu regis vel imperatoris confiscatur vt postea inter milites diuidatur, vt hic & ff. ad leg. iul. pecu. l. penul. & ff. de iure fis. l. diuus. & ff. de acquir. rer. domi. l. magistris. vt & alibi quod proprium est communicatur: vt. ff. pro socio. l. si quis societatem. & not. in decre. xxiij. q. v. c. dicat. & j. dist. ius militare. ¶ Redemptio, redeundi. in ius ciuitatis plenum, non autem mutat ius postliminij, id est non tollit quod ha-

beret, sed libere esset reuersus: soluto ergo pretio redemptori plenum ius postliminij habet, ante nō, nisi quo ad quedam que hic notantur.

BOna eorum. Intestatorum. ¶ Hereditatibus. testamentarijs: prin. ergo legas de successione abintestato, hec autem pars de successione deferenda, ex testamento dicit deferenda. ¶ Legata quoqꝫ. q. d. nō solū quesita per seruos, sed ⁊ legata.

Si quis. ¶ Filio. in ciuitate. ¶ Decesserit. pater.

SI quis. Relicta in ciuitate. ¶ In ciuitate. extante anno.

HOstes. ¶ Bellum publice. cum nō essent illi de Romano populo.

NIhil interest. ¶ Illo. id est ad ciuitatem nostram.

SI id quod. ¶ Primordialiter et non per eorum captionem fit hostium.

¶ De re militari. Rubrica.

Summarium.

1 Iudex an debet offerre copiam defensionis parti accusate.

DEsertorem. ¶ Si ad diē. pro numero temporis: id est spatio tēporis post diē

1 elapso. ¶ Facta prius copia. No. ꝙ† iudex debet offerre copiā defensionis parti accusate: vt. C. de iure fis. facultas. ar. ꝙ non, nisi petat. s̄. de questio. l. vnius. §. quingentarum. ¶ Is qui ⁊ emerita. veteranorum. ¶ In bello, fossam. reuertendo ad castra. ¶ Qui seditionem. si intra, id est propter. ¶ In fine glos. al's. cum dicit annotari: dic, id est remoueri militia per presidem si desit qui legioni preest, cum dicat annotare, id est cōgregare militiam, id est presides solent ad hoc maleficium puniendum.

Summarium.

1 Indignus aut incapax electus si scienter electioni consenserit, an puniri debeat.

2 Capitaliter accusatus si militie se vouerit: hoc ipso venit puniēdus a magistro militum, nec ad primum iudicem est remittendus.

QUi cum vno. ¶ Ad bestias. regēdas vel custodiendas, si aliter dicatur profugienti: aut augebitur pena ⁊c. sic. s̄. de falsis. quicunqꝫ sedis. vbi bestijs subijcitur, quia tunc vltimo damnantur supplicio. C. de plag. l. fi. ¶ Profugerit. penā. ¶ Pu-

1 niendus est. no. arg.† vt puniatur qui indignus patitur se eligi, consentiendo electioni de se facte. Item not. dissimulationem de se suo defectu, plus altero qui non dissimulauit puniri. ¶ Ad tempus, ⁊ honores. not. honorem militie. ¶ Reus capitalis. duobus modis potest le-

2 gi. Primo sic:† accusatus de crimine capitali si vota det militie, hoc ipso est capite puniendus a iudice militari, quasi maius delictum sit militiam maculasse: ⁊ ideo nō est remittendus ad primum iudicem, quamuis excepta fuerit causa, vel annotatus requirendus, cum remissus posset effugere penam capitis, quam in omnem euentū debet pati a iudice militari, quia dum reus erat criminis voluntarie se tunc militie dedit. Qꝫ si ex crimine leuiore fuerat accusatus, ignominiose mittēdus a militia, ⁊ ad suum iudicem remittendus, nec ita potest volens postea militare: ⁊ s̄m hoc non est. §. ignominia missus. ¶ Secundo sic: reus est capitalis, id est qui dicitur commisisse capitale crimen, siue in veritate cōmisit dans nomē militie capite punitur per iudicem militarem, de hoc crimine accusatus ⁊ conuictus, nec remittēdus est ad iudicem vbi reus postulatus est, id est postulari potuit. Si vero causa dicta sit coram primo iudice contra hunc accusatum, vel sit annotatus anteq̄ nomen daret militie ignomiminia remittit ad suum iudicem: ⁊ s̄m hoc est §. ibi, si dicta causa. ⁊ s̄m hunc non est contra. l. si quis postea. ⁊ erit ibi. §. si dicta causa. ⁊ ponitur sic proprie, ⁊ non pro quamuis. Tertio modo legitur vt sit sensus: accusatus de crimine capitali factus miles etiam voluntarius reperto crimine capite punietur, sed a iudice militari, nec remittēdus erit ad iudicem coram quo fuerat postulatus: sed si primo militasset ⁊ postea deliquisset, audiendus est a iudice militari, quamuis causa iam dicta sit coram alio iudice, vel requirendus annotatus, ⁊ s̄m hoc contra. est. l. si quis postea. C. de iud. Quod autem sequitur: ignominia missus ⁊c. expone s̄m quod in primo casu exposui. ¶ Non omnis, nec tamen. nec his qui ante militiam negotium, id est litem habuerunt est facile indulgendum, quasi dicat: esse fatuum si indulgeretur extra ordinem iudicantium, id est nisi ex ordine iudicationis, cum pereat innocentē. ¶ Qui post, puniendos. post desertionem. ¶ Voluntario. id est voluntarie deseruienti: ⁊ est arg. ꝙ in locum clerici deserentis ecclesiam, alius poni debeat: de quo dic vt not. extra de cleric. non resid. ¶ Qui filium, iubetur. patri edictum. ¶ Penam desertionis. no. paria se offerre ⁊ offerri. arg. contra. j. l. proxi. ibi. sed si fuerint. sed hoc in emansore.

NOn omnes. Scilicet de pena emansoris, non de pena desertoris.

OMne delictum. ¶ Contumacia omnis. tēpore tolli: vt. s̄. l. iij. §. in bello. aut mutat militiam. s̄. eo. qui cum vno. §. qui post.

Summarium.

1 Miles capitaliter accusatus, an post completam militiam puniri debeat.

1 **MIlites.** ¶ Sed si. argu.† ꝙ milites de crimine militari post completam militiam accusari non possunt. arg. contra. C. vt omnes tam ciui. q̄ mili. iud. l. j. ⁊ concord. cum hac. j. eod. milites. §. is autem.

MIlites agrum.

§. Is etiam. ¶ In fi. gl. questio ergo. ⁊ ex his not. ꝙ si clericus contra se mota coram episcopo fiat laicus, ibi erit nihilominus terminanda: ad hoc. s̄. de iudic. l. si quis postea. versi. vbi. ¶ Irreuerens. ea punietur forte ⁊ ab eodem centurione. ⁊ not. ꝙ non licet subito se defendere contra dominum. ¶ Eius. ⁊ si ante ex qua forte restitui poterat s̄m. l. non omnes. §. desertor.

QUi cōmeatus. ¶ Arma, sed ⁊ si. no. partis appellatione non quotam significari sed quanlibet rem suppositam toti. ⁊ facit ad id quod not. C. de bo. posses. l. si qui. ¶ In glos. plus. ibi: sic. s̄. ꝙ sit idem iuris in parte quod in toto, ⁊ ꝙ magis puniatur qui magis admisit.

¶ De castrensi peculio. Rubrica.

SI filiusfamilias. ¶ In. j. glos. ante versi. hodie. ⁊ in alijs. C. de bonis que liber. l. quod scitis. ⁊. l. quecunqꝫ. ⁊. C. commu. de success. l. fina. ¶ In fine. ij. glo. sed certe. imo valet, vt ibi ⁊. s̄. de leg. j. filius. in princ.

Ailes precipua. ¶ In fin.no. magis mihi inherere quod per meam quero industriam, quam que aliunde obueniunt: sic. s. de fideicommis. liber.l.si filius.§.erit.& s.de capt.l.si quis bello.

SI militi. ¶ Non militanti, al's secus.

Proponebatur. ¶ Deniq3. libertatem directam in qua duplex tempus inspicitur. s. de manumis.testa.l.seruus.

Castrense. ¶ Acquisiuit.etiam qd subaudi, id est mobile, acquisiuit etiam immobile patri peculium: secus in profectitio. C.de donat.l.siue.& s.de eman.libe.l.si.& s.de dona.l.donatio.§.pater.

Filiusfamilias. ¶ Proxima.in qua dicitur per repudiationem heredum peculium patris effici & non ante. ¶ Seruus patris.cu ex persona domini fit, & seruis testamenti factio, domini persona an sit capax inspicitur: vt.s.de lega.j.si mihi.§.regula.& cum repudiantibus hereditatem hic seruus patri hodie querat, hodie inspicitur an sit capax quia tempus hodiernum non inspiceretur conditio.si legatum quesitum esset peculio vt hereditati quasi per heredem, cum in eo defuncti & non heredis spectetur conditio: vt de leg.ij.si Titio.§.j.

Pater militi. ¶ Reuerso.de militia, & sic no militanti fisti.

Si seruus. ¶ Peculij.castrensis. ¶ Pertinet.ex causa castresi heredem vxori ex testamento extitisse, & sine iussu patris.

Pater qui castrense.

§. Pater a filio. ¶ Milite. tempore mortis, ita quia duobus temporibus miles erat: & quod sequitur militauit, id est militare desierat tepore mortis, sed tempore testamenti militabat. ¶ Omisit filio.intra annum mortuo. ¶ Cum.pro quia.

Summarium.

1 Is cui bonis interdictum est, no potest ad diuisionem prouocare.

Ex castrensi. ¶ Non potest.vt prius patris, vt ex hoc indistincte sit liber & heres: vt esset patris proprius seruus in eodem statu permanes in tempus mortis testatoris. ¶ In fi.glos.vt.s.& no.† eum cui
1 bonis est interdictum no prouocare ad diuisione. Jaco. ¶ Et diuide principium huius legis in quinq3 partes. In prima parte implicite ponit thema & questione. In secunda altius exorditur tradendo vnam regulam generale. Tertio ex predicta generali regula eligit terminationem propofite questionis. Quarto determinationem confirmat, adducendo simile de eo cui bonis est interdictum. Quinto & vltimo similitudinem probat per rationem. Prima pars implicite clauditur in versic. sic itaq3. nam cum ibi ex precedentibus sumatur determinatio questionis, sequitur questionem precessisse sm terminos determinationis, & ideo dic quia thema & questio fuit talis: nunquid pater si prouocauit socium filij iure castrensis peculij ad diuisionem, vel ab eo prouocatus est, nunquid per talem prouocationem istam quicquid actum sit &c. Secunda pars durat a principio legis vsq3 ad versicu. itaq3. ibi incipit tertia, & durat vsq3 ad versi.veluti.ibi quarta vsq3 ad versi.seruos.ibi quinta & vltima vsq3 ad.§.si quando. Nisi sic diuidas principium istud nunquam habebis verum modum legendi eam: & multi eam legunt & transeunt, nec quicquam intelligunt. Old.

Hereditate.

§. Pater. ¶ Filij. testamentu scribendo in eo aliquem sibi heredem. ¶ Quid autem, filius.de quo premisit. ¶ Alioquin.si diceres dominium continuatum. ¶ Ab instituto.deliberate: vt dicetur. ¶ Potuisset.filius autem potuisset. ¶ Pertineat.subaudi, & certe: no quasi retro patris sit. ¶ Ad heredem filij. cum in eo mortui filij & non heredis spectatur capacitas, secus in patre: vt.s.de acquir.rer.domi.in eo.& s.de leg.ij.si mihi.§.j.& s.eo.filiusfamil.§.fi. ¶ Tamen de libertate.vt competat in vtroq3, & vbi decessit intestatus filius, & vbi testatus: sed in pact. data fuit libertas: & sic comprehendit casum qui est in principio, & qui est ibi.§.quid autem. & non illum & non tamen nec causam legati. ¶ In fi.glos.id est si dicas.vel quia imaginem heredis habet, qui deliberat &c. & coniunge post illud absurdum est.

¶ Ad municipales & de incolis. Rubrica.

¶ De iure publico circa fiscalia consistete.s.dictum est, nunc de iure publico quod singulas respicit ciuitates: & ideo ad municipales tractatum transitum faciamus.

Assumptio.

§. Filius ciuitate. ¶ In glos.scilicet patris.ante versi.sed pro deo. sed ibi hoc non dicit, sed quia ibi ei poterit dari tutor. ¶ Item ibi ante versicu. in eam quam.imo & aui.j.eod.l.libertus.§.in adoptiua. & C.de decurio.l.si ille. & argu. s.de senatorib. l.emancipatum. & j.§.fina.huius legis. ¶ Item ibi ante versic.& eadem. vel bona, vt.j.de mune.& hono.& qui imaginem.§.liberti. ¶ In fi.glo.sed videtur subiectus vtriq3 quo ad personalia, & vt ibi conueniatur: vt.j.eo.incola.& C.de municip.& orig.l.fin.& s.de interdic.& releg.l. relegatorum. §.dubitatum. & j.eo.libertus. §.prescriptio. & quem credo si ibi inueniatur.arg.s.de iudic. heres absens. & arg. j.eod.l.si quis institutus.§.fina.

Imperator. ¶ Magistratuum. creatorum ad idem officium simul gerendum. ¶ Indiuiduum. quia quemlibet magistratuum astringit in solidum, quasi cuilibet officium solidum sit iniunctum. ¶ Possit.hodie colligere per se gerenti ex alterius magistratus persona separatim gerentis. ¶ Magistratum, debeat. & sic conueniatur. ¶ A collega possit. & sic post collegam demum conueniatur.

Quid ergo. ¶ Et ab altero.suisq3 fideiussoribus & nominatoribus. ¶ Collegam.illius pauperis.

Municipes. ¶ Sciunt. & sic petende bonoru possessionis caret tepus a die sciētie istoru: vt.s. de li.vni.circa fin.& arg.s.de bo.posses.tutor. §.fina.sic & in appellatione potest dici.

Vicius. ¶ Paulus re.no. aliud esse cotractum, & aliud officiu.

Idem re. constante.

¶ Municipalia.personalia in quibus habetur consideratio facultatum.

Filij libertorum. ¶ Senatores, origini. id est ab oneribus originis: & not.priuilegium transire ad pronepotes.

Constitutionibus.

¶ Ex detrimento.quasi dicat: non ex eo quia in vsus conuertit, sed quia culpam commisit ex qua rempub.lesit. ¶ Est reliquorum.cotractorum: eo quia male per culpam pecuniam erogauit.

MAgistratus. ¶ In fine glosse, ad hoc. vel dic cum pro quamuis magistratus municipales vnum magistratum administrent, sicut ⁊ plures tutores vnam tutelam sustinent, singuli vicem vnius hominis, vt quilibet per se possit administrare, ⁊ hoc ius plerunq; ⁊c. ⁊ arg. ad hoc. ff. eo. l. imperator. ⁊ ff. de offic. consu. l. fina. ⁊ ff. de auto. tut. l. fin. ⁊. ff. si vnus ex pluribus tu. per totum, nisi simul cepisset cognoscere, in auf. vt iudic. non expec. sa. ius. §. j. ⁊ hic etiam consuetudo de qua hic fit mentio approbatur: sed s̃m alium intellectum dic ꝙ ambo vnius hominis vicem sustinent, et ideo vnus sine alio non potest, ⁊ hoc datur, id est iniungitur eis. l. municipali vt vnus sine altero non faciat, ⁊ cessante. l. minoribus hoc competit, id est hec necessitas imponitur, sed procedens melior videtur.

TItio. ¶ Non posse. sed contra videtur ff. de nego. gestis. l. si pupilli. §. si quis pecuniam. Sol. hic simpliciter non potuit dare Titio, sed pro remuneratione laboris: sed cum non laborauerit cessat causa dandi. ar. ff. de adi. lega. l. alumne. §. seia. ibi autem simpliciter data fuit pecunia ei ad quem deferebatur, ita ꝙ cum per eum nõ steterit petere possit, vt. ff. de leg. ij. cum filius. §. non iure. ⁊. C. de leg. ab administratione. sed ibi fauore volũtatis vltime, nam secus inter viuos habito negotio simili, vt C. de condic. ob cau. da. si militem. Sed alter presentans cur petere posset cum ei non destruebatur? Respondeo, quia laborauit in presentatione: ⁊ cũ in remuneratione laboris destinaretur, merito potius laboranti ꝙ̃ cuius nomen insertum est videtur transmissa. arg. ff. de verb. oblig. l. eum qui ita. §. te ⁊ Titium. ⁊ ff. de pact. tale pactum. §. fi. ⁊ ff. de annu. leg. l. annua. §. titia. Sed quo iure peccet. Actione in factũ cuius teneor ⁊c. vt. C. de sac. sanc. eccle. sancimus. ⁊ ff. de prescrip. quoties. ¶ In fine glos. repete. vel dic nũcium commisisse stellionatum: qui autem sufficit ⁊ alterius nomen rasit falsum commisit, vt in concordan. hic positis.

Titius. ¶ Pignus. scilicet agrum quondam, vt. j. patet. ¶ Non est. respon. primo loco. ¶ Cum videlicet. potest poni pro ꝙ̃uis. ¶ Idoneum. id est tanꝙ̃ idoneum. ¶ In glos. de euic. ante versic. al's est. vel dic promissor certe quãtitatis approbauerit: propter demonstrationem, id est assertionem certi modi huius agri, ⁊ postea assume ex venditione, dummodo ⁊c. ¶ Item ante versi. al's pro re. ⁊ s̃m hoc que ex vend. pl. sat. de modo est propter remissionem factã a M. de. id est vnde ementibus, de modo, id est propter modum agri demonstratione. ¶ In fi. eiusdem glos. al's emisset nunciationem de modo agri demonstrando, qui denunciauit maiorem modum agri. ¶ In fine glo. id est Titius. ⁊. l. qui nominibus. in princ. ⁊. l. tutor siue curator. de tut. ⁊ ratio. distra. l. si probatum.

DE iure. ¶ Uendicat. Nam quelibet ciuitas dicit locũ incolatus esse intra suos terminos siue fines: ⁊ ideo omnes incolas suos esse cognoscunt ambo presides, cum in diuersis presidatibus sint ciuitates, vt arg. extra de rescrip. c. pastoralis. ꝙ si ciuitas dicat aliquem esse incolam sui loci, hic autem dicat se commorari, sed non iure incolatus, agetur tamen vt sequitur. ¶ Cũ tamẽ, nupta est. vt si vocetur ad munera in loco incolatus nõ possit reuocare ad locum originis iudicium si defensione aliqua vti velit. ¶ In fi. glos. adiecta. potestis vos dicere planius ⁊ clarius ꝙ̃ dicat hec glos. videlicet cum quis incola vocatur ad aliquod munus vel onus in ciuitate in qua est incola qui se defendit, hec cognitio pertinet ad presidem prouincie: ita tamen vt si alius sit iudex in ea ciuitate in qua est incola, ⁊ alter in ea in quo est oriundus iudex illius ciuitatis in qua vocatur ad ipsum munus vel onus debet de hoc cognoscere, ⁊ hoc verum est si ipsa ciuitas esset in possessione incolatus, vel quasi, vel quia forte moratur in confinibus vtriusq; ciuitatis, ⁊ sic ratione dubitationis poterat cognoscere, vt arg. ff. de excu. tuto. l. iurisperitos. §. cum oriundus. G. de suza.

¶ In glos. erat. ibi: agens. quasi venatoria. ¶ Item ante versic. sed quid. vel dic vt modo not. ¶ Mulieres. muneribus personalibus: vt. C. de mulie. in quo loc. l. j.

IMperatores. ¶ No. cõtra eos qui iurãt ꝙ non habent officia pro communi, quia potestates possunt eos cogere etiam facere gratiam si volunt, vt hic Gui. de suza. ¶ In fine glos. si quis. est ergo gratia si non vrgeatur, vel si vrgeatur non est iniuria: ⁊ sic iuramentum non est legitima excusatio. ¶ Item rescripserunt. mulierem fungi: secus est in concubina, vt. ff. eod. de iure. §. penul.

¶ De decurionibus ⁊ eorum filijs. Rubrica.

GEneraliter. ¶ In fi. glo. al's. vel dic cõsulere debet sibi bonis, id est propter bona humanitatis sententie: ⁊ qd̃ dicit ne, id est vt nemo. ¶ Eos qui, eis imposuerunt. honores accipe qui ⁊c.

SPurij. ¶ Pater. ibi: etsi. dictio si, ponitur conditionaliter: operatur ergo protestatio inserta appellationi, ꝙ pro hoc non consentiebat vocationi filij, vt argu. ff. de aqua quoti. ⁊ estiua. l. penulti. ⁊ de agr. li. l. j. §. eleganter. in fi. ⁊ quib. mo. pig. vel hypo. sol. l. si debitori.

NOn tantum. ¶ Nõ al's. amouetur grandis natu, supple ꝙ seniores vel contra: nam al's seniores, si amouentur, ꝙ̃ si grandes sunt natu, scilicet quinq; anno. ne seniorum, vt. j. proxi. ⁊ ff. eod. l. si is. §. fin. ne seniorũ, id est quorum liberi excusant, subaudi, propter. ¶ Nonnunquam. not. consuetudinem in electione spectari.

IMperatores. ¶ Decurionũ. interim, scilicet reuersos. ¶ Eligi. ad honorem nouũ. ¶ Certam. id est valde certam spem, vel in, id est propter certam spem, ꝙ in ea se bene habebit. ¶ Fecerit. id est suaderet. ¶ Indulgere possit. id est indulgeret. ¶ Debuerit. sed quid si ineligibilis eligat? Respondeo, potest reijci quandocunq;: vt. C. lib. xij. de numerarijs. l. actuarios. ⁊ de cohorta. l. nullum. ⁊ qui mi. nõ pos. l. super seruis. ⁊ lib. x. si ser. aut liber. ad decur. aspira. l. ij. ⁊. C. de eo qui pro tuto. nego. ges. l. ij. ⁊ ff. eod. habemus. sed obstat. l. ista. Sed hec lex repellit impugnatorem qui presens electioni non contradixit, per quod probatur consentiẽs, secus si alius ignorans impugnet. extra qui matri. accu. pos. c. fina. ⁊ concor. liiij. dist. nulla. ⁊. viij. q. j. c. licet. ⁊. q. ij. dilectissimi.

¶ De albo scribendo. Rubrica.

DEcuriones. ¶ Precellat, scribantur. alios. ¶ Prior. scribatur.

¶ De muneribus ⁊ honoribus. Rubrica.

MUnerum. ¶ Ex his. id est ab his. q. d. cetera ab his in stipulatione huius. ¶ Prouidetur. personale munus est, vel accipe curator quod est. j. ⁊ dic, sed ⁊ tu da bonis cuius ⁊c. personali fungitur munere: vt. j. sequitur. ¶ In fine glo. id est cuiusdam. sed quia omnibus imponitur, magis patrimoniale censetur.

ET qui. ¶ Corporalia, quo. put minus, id est non: ⁊ potest legi cum precedenti ⁊ cum sequenti, ⁊ tunc est. §. quominus.

Summarium.

1 ☞ Non est vtile nec honestum pauperibus committi regimina

regimina ciuitatis.
2 Onus personale impositum ciuibus alicuius ciuitatis grauare non debet eos qui ciues non sunt, tametsi in ciuitate patrimonium habeant.

Rescripto ¶Cõtingit. creatio magistratus. ¶Et minus
1 vtile. Not. † non est vtile nec honestum pauperibus committi regimina ciuitatis: vt in authen. de defensio. ciuita. §. j.

Si quis. ¶Destiterit. vt. j. eo. l. reus delatus. ¶Talia sunt. cũ dicit nos, dic munera vel retributiones: cũ dicit in retributiones. i. retributionem. ¶Iniunguntur. per consequentiã cum principaliter rebus siue possessionibus iniungantur. ¶Possessoribus. que enumerantur. j. eo. l. fi. §. patrimoniorum.
2 ¶Municipibus. subaudi, inducantur: et sic not. † q collecta que imponitur in aliqua ciuitate non potest nec debet poni de iure alicui persone de alia ciuitate, quamuis ibidem habeat res certas siue possessiones: nam licet sit hoc onus patrimoniale tamen imponitur personis ratione et occasione rerum et possessionum suarum, secus tamen esset si onus illud imponeretur solũmodo rebus, vt quia dictum et ordinatum esset q quelibet domus posita in tali loco debeat soluere tantũ, puta. v. vel. x. nam tunc alius de alia ciuitate habens ibi possessiones aliquas teneretur soluere collectam pro illis suis possessionibus quas ibidem possideret. Guid. de suza.

Et gradatim. ¶In glo. pretoris. ante ver. et facit. vel dic edicto, id est decreto electiõis. ¶In fi. eiusdem glos. imo hic de gradibus honorum. ibi: de honorandis personis.

Munerum. ¶Patrimoniorum. possessionibus, p consequentiam: patrimonijs principaliter. ¶Equi. horum est prestatio necessaria pro cursu publico siue imperiali exercitu. ¶Eiusmodi. eneorũ, impositas: quod ibi habent. ¶Rescriptũ. pro eo qd ibi habẽt in pecunia vel nominibus, lz pprie quo ad noia non dicant poss. ¶Preterea, possessionis. secũdario cũ imponat personis propter res: siue aũt excusare prefate cõcessiones. ¶Possunt. hoc pbat in sequẽtibus: q: hic nõ sufficiebat vacatio cõcessa, specialis indulgẽtia facta fuit.

¶De vacatione et excusatione munerum Rubrica.

His qui naues. ¶Prestatur. et etiam honoris: vt. j. ea. l. §. j.

Summarium.

1 Auarus philosophus non est.

In honoribus. ¶In quibus explicadis oneratur patrimonium fm vnum intellectum. ¶Sacerdotium. licet sit patrimoniale.
1 ¶Philosophis sectam. et non † est philosophus, quia auarus est, et hanc auaritiam detegit: vt. C. de mune. patrimo. l. professio.

Pretor eos. ¶Duo, et militie. certe et specificate alij: id est honoris etiam.

¶De iure immunitatis. Rubrica.

Semper in. ¶Demonstratur. sena nanq3 pericula, vite q3 renunciatio quẽ ad gradum prouehunt dignitatis: vt. C. lib. x. de princ. agent. in reb. l. principes. ¶Negotiatores, adiuuant. suis mercationibus, seruiũt suis manib⁹. ¶Adiuuãt. nauicularij. ¶Ingl. hic no. ante versi. et facit. et fm hoc aut itẽ nauicularij, citra prosequit tantũ nauicularijs, et non de negotiatoribus de quibus promiserat prosequi, dico ibi q diu etc.

¶De legationibus. Rubrica.

Cum queritur. ¶Ibi. i. quo tempore, scilicet legationis, vel quando fm glo. q. d. non sufficit tempore legationis credi nisi et cõuenerit in legationem solui, et sic hec duo debent concurrere: vel dic proprie, id est quo loco, scilicet Rome existens vt tunc conueniatur, vt. s. de iudic. l. ij. §. omnes. an alibi, et tunc non, vt ibi: et fm hoc qd dicit in fi. intellige q si actũ est solui cum legatus erit possit conueniri ac si tunc contraxisset, secus si non facta mentione legationis promisisset se soluere tali die qui cedit post legationem vel Rome vbi conuenit postea legatum. ¶In glos. q. d. ibi: est opus. scilicet q in legatione contraxerit, et q actum sit vt in legatione soluatur. ¶Item ibi, licet. tunc eo tempore qd cedit cum in legatione soluatur. ¶Item ibi: licet. tũc eo tempore quod cedit cum in legatione est. q. d. licet cedat siue veniat dies cum est in legatione. ¶Itẽ ibi. §. Iulianus. ij. respon.

Sciendum. ¶Non est. ppter turpitudinem. ¶Si accusatio, accusator. accusatus odit accusantem et eius amicos: et accusator odio habetur ab amicis accusati.

Summarium.

1 In spiritualibus an laicus procurator esse possit.

Filius decurio. ¶Arg. q talis debet esse ordinis vicarius, cuius est et ille qui eius vicarius est: vt. et. s. eo. filio. et. j. eo. vicarius. et. s. eo. sciendum. §. ordine. et. C. de offi. mil. iud. l. nemo. et est arg.
1 q † in spiritualibus laicus procurator esse non possit. et arg. extra de exceptio. pastoralis. et de iudi. decernimus. ¶In glo. sic ergo. ante ver. et facit. qd est verũ si ad loca remota legatione est functus: ad proxima secus, vt ibi.

Si absenti. ¶Et per alium qui non sit decurio.

Is qui. ¶Nõ potest. per se, per alium sic: vt. s. l. ij.

Eundem. ¶Ante legationem, defendi debet. nec actoris presentis absente indefenso rationibus auditis inique reus subijciatur sentẽtie, quam non potest pati qui litẽ nondum contestatus fuerat: vt in auf. de exhib. rer. §. si vero. et. C. de tempo. appel. §. pe. in. l. fi. ¶Legatione. si negotium moueatur. ¶Non nisi, est necessaria tali consideratione defensio.

¶De administratione rerum ad ciuitatem pertinentium. Rubrica.

Summarium.

1 Casus in quo extra ordinem contra absentem non citatum fertur sententia.

1 Non vtiq3. ¶Contra absentem. No. † specialem casum quo extra ordinẽ, et in absentem non citatum fertur sentẽtia. ¶In glo. id est cito. vel vt credo non dabitur dilatio hoc casu vt litera innuit. ¶Ad frumenti, si autem non aduersatiue, sed pro certe poni

tur, ⁊ est contrarium precedēti. ¶ Si indemnitas, idē ne. adhibetur modus: ne ⁊c. ¶ Restitui iubeat. ar. pro potestatibus qui quod exigunt, interdum iniuste ⁊ in canipa ponūt vt de canipa restituatur, ⁊ non de proprio potestatis. ¶ Ius reipu. pacto. propterea ꝙ pro eo a collega prestatum est. ¶ Per collegam. ⁊ soluentem pro collega: ⁊ ꝙ dicit heredi eius pro quo soluit collega agens. Uel secundo dic per collegam pauperem, ⁊ qd eius locupletis, ⁊ qd deprehensum in damnum reipub. ¶ Conductore, i. eo qui conduxit opus perficiēdum. ¶ Perfecto, id est non perfecto. ¶ Usurarum. sortis: siue interesse ad qd agit: cuius interesse vsura prestatur. ¶ Eum substituerit, id est substitutum relinquit, quasi dicat: non exemit se a periculo propter locationem a se factam. ¶ Qui fideiusserunt. vt in sortem tantum teneatur.

Prior tñ. ¶ Gessit. illud ex quo damnum reipubli. accessit. ¶ In gl. s. eius. ante ver. item quid. sed videtur ꝙ si sit periculum, si hoc nomē probauit: vt. d. l. titia. §. j. ⁊ .j. proxi. respon. ¶ In eum. aut exponūt cautionē super precedente obligatione, ⁊ tunc aut excedendo officiū suū, ⁊ tunc obtinet prin. §. in eum. cum concor. aut non excedendo, ⁊ tunc non tenetur hic diuersa causa, vt. d. l. post mortem. ⁊ .l. fi. ⁊ .š. quan. ex fac. tu. ⁊ hic diuersa causa ⁊c. Aut nouam obligationem ineundo, ⁊ tunc aut proprio nomine ⁊ tenetur, vt. d. l. post mortem. §. non idem. aut vt officialis, ⁊ tunc aut fuit contractus mutui aut venditionis alicuius rei. Primo si versum est in vtilitatē ciuitatis tenetur ciuitas, al's ipse: vt. š. si cer. peta. l. ciuitas. de pign. si is. ⁊ .C. quan. ex fac. tu. si in rem. l. ij. Secundo ciuitas tenetur, vt hic: ⁊ argu. š. de euictio. l. illud. ⁊ .š. eo. l. ij. §. graui. ⁊ .j. l. fina. §. imperator.

Imperatores. ¶ Itez rescripserūt agros. nō curāt ciuitates agere pro ciuitate. ¶ Imperatores Ant. ⁊ Seue. destinatā. que soluēda est per singulos quibus est imposita. ¶ Itē rescrip. a curatore. no. ꝙ preses eligit curatorem reipub. ciuitatis.

¶ De decretis ab ordine faciendis. Rubrica.

Ambitiosa. ¶ In fi. glo. ergo. vel dic ꝙ ipso iure non valeant, vt. j. patet: ⁊ .C. de dec. decurio. sup. l. ordinis. Et quod dicit hic rescindi quatenus de facto processerūt: vt ⁊ .C. si propter pub. pensi. l. ij. vel dic rescindi. i. rescissa haberi. l. autem. iij. de vino triti. ⁊ .l. ij. de conuenien. fis. debi. ⁊ .š. titu. j. l. calculi. non loquuntur in hoc casu, sed cum remisit ad quē spectabat exactio que ad ordinem non spectat.

Quod semel. ¶ In glo. exēplū. qd verum est. vbi non leditur respub. ex secūdo, al's secus: ⁊ sic dicitur vtile hoc ipso ꝙ non est damnosum, sed. l. š. de consti. princi. l. fina. videtur sentire cum hac litera vt debeat esse vtilitas euidens.

¶ De operibus publicis. Rubrica.

Curator. ¶ Prepostere. no. contra vitiuz preposterationis: vt ⁊ .C. de hered. actio. vt debitum. vt ⁊ .š. de excusa. tut. l. diximus.

Ui liberalitate. ¶ Curatores. in fin. glos. que sibi, subaudi, negotium habent. Et no. hic innui ꝙ procuratori reipub. actio non queratur.

Summarium.

1 ☞ Ecclesia noua fieri non debet in preiudicium antique.

Opus nouum. Publicum. ¶ Uel pro ⁊. ¶ Prebeat. supple vt si. ¶ In gloss. refert. ante versicu. item si. Item argu. ꝙ vel castra licet habere quibus antiquitas designatur: vt. C. de fundis limi. lib. xj. l. ij. Item † ecclesia noua non debet
1 fieri in preiudicium antique. extra de noui operis nuncia. c. lex. ⁊ .xvj. questio. j. ecclesia. ⁊ .c. quicunq3. arg. contra. š. de iur. patr. quero. ⁊ .l. fi. sed intelligitur ſm de ope. liber. libertas negotiatoris. sed si emuletur hoc edificiū alterius priuati edificio, quid erit: forte idem si ad solam emulationem fiat, al's contra, vt arg. š. de aqua plu. arc. l. j. §. deniq3. ¶ In fi. glos. puta. item muros ciuitatis sine licentia principis vel presidis facere vel reficere nō licet: vt. š. de re. diui. sacra loca. §. muros autem. ¶ In fi. glos. forsan. vel dic vt iacet ꝙ non licet reipub. ciuitatis opera facere sine licentia principis: vt. j. eo. de operibus. ⁊ ſm hoc intellige. l. C. de ope. pub. l. omnes. ⁊ facit in eo. ti. l. inter. Uel dic tertio magistratui licere de suo opus facere, sed de publica pecunia non cessante consensu ciuiū, nisi autoritas fuerit adhibita principis: vnde qd dicit publico sumptu opus sine autoritate principis fieri non licere, scilicet a magistratu.

Si legatum. ¶ Pendant. post illos semisses. ¶ In fine glos. cum deposuerint. ⁊ sic potest loqui ꝙ non fuit facta oblatio ⁊ depositio.

¶ De nundinis. Rubrica.

Si quis. ¶ Utilis, al's ciuilis: prout dicit ciuilis conuersationis, cōtinuatur cum litera necessarios, ⁊ regitur ab ea. Et qd sequit' ⁊ prelato, sequitur indiget ⁊c. prout dicit vtilis: dic prelationis autoritas qd est in fi. conuersatur ⁊ de conuersatione vtili hominibus, vt qd sequitur. ¶ Uel aliquis. vel aliquid: prout dicit aliquis eorum, dic agricola supponat indefinite pro rusticaria gente: vt. j. de verbo. signifi. in vsu. prout dicit aliquid qd ad eius dilationem spectet.

¶ De pollicitationibus. Rubrica.

Toties locum. ¶ In fin. not. non semper obediendum reipub.

Summarium.

est factum ⁊ applicatio cause petendi ad conclusionem.
Respondeo hic ⁊.ff.eod.l.nihil. quod dicitur ꝙ actio est
ius, dico id est expressio verborum.ff.de adop.l.si pater.
quoniã sic exponitur vno modo ius: ⁊ sic exponitur lex
vno modo.ff.de pac.l.si vnus.§.pactus ne peteret. In sti
pulationibus ius versatur, id est expressio verborum: ⁊
alibi dicitur, actio formatur, ergo ⁊ forma seu factum,
vt.ff.de nego.gest.l.Pomponius.ij.in fi. de hoc vide ple-
9 nius.in.l.edita actio.⁊ etiam de seq.questione. ¶ † Que-
ro nũquid causa ⁊ actio sint idem? Dicit Placen. ꝙ sic,
nam sicut apud dialecticos dicitur argumentum quod
consistit ex positione, id est maiore, ⁊ assumptione, id est
minore, ⁊ conclusione: sic apud Legistas actio est argu-
mentum, ⁊ per eam concluditur sicut ex causa: vt debes
mihi

mihi.x.ex venditione equi, vnde solue. Item dicit Pla.
causa est ad cuius esse sequitur aliud, scilicet condemna-
tio, ergo causa ⁊ actio sunt idem: vnde lex dicit causas
vel lites: ⁊ sm veriorem intellectum exponitur perinde
ac si dicat causas, id est lites, nomen actionis cōprehen-
dit: ergo causa ⁊ actio sunt idem. ff. de ver. signi. l. litis no
men. Doctores, vt S. dicūt ⁊ tenent contrarium, ⁊ pro-
bant sic: ⁊ arguunt contra Placen. ⁊ dicunt causam ⁊
obligationē idem, ⁊ dicūt, obligatio est mater actionis.
ff. de procu. l. licet. §. ea obligatio. sed obligatio est causa,
ergo causa non est actio, sicut mater non est filia: nā ars
sequit̃ naturā: vt insti. de adopt. §. minorē. Itē doctores
accipiunt causam ⁊ contractum pro eodem, ⁊ dicunt ꝙ
ex contractu oritur obligatio, ex obligatione actio: ⁊ sic
sm hoc causa est factum, ⁊ obligatio est ius, ergo actio
⁊ causa non idem sunt. argu. ff. de cur. fur. l. consilio. §. j.
10 Item arguunt ⁊ accipiunt causam pro contractu: † di-
cunt enim ꝙ causa potest esse, ⁊ tamen non est actio, vt
pone: vendidi equum pro decē libris, ⁊ sic vendere est fa-
ctum, ⁊ quod factum est, non potest non factum fieri. ff.
de cap. ⁊ postli. reuer. l. in bello. §. facte autem cause. ⁊ sic
semper durat causa, scilicet quia vēdidi, ⁊ tamen potest
esse ꝙ sublata est actio, q: mihi soluisti, vel tibi accepto
tuli, vt. s. quib. mod. tol. oblig. §. j. ⁊. §. item per acceptila-
tionem. Cum ergo causa duret semper, nec deficeret, ⁊ a
ctio possit tolli, ergo non sunt idem: ⁊ sm istud arg. dicūt
causam ⁊ contractum idem. Arguit Azo, certa nomi-
na actionum sunt a iure inducta, vt actio ex iure vendi-
to, ⁊ ex empto, ⁊ similia nomina que non sunt actiones,
sed sunt nomina actionum, vt hec vox homo, significat
hominem ⁊ non est homo: cum ergo non reperiatur no
men esse cause inter cetera nomina actionum, ergo non
est actio. ff. de supel. leg. l. Labeo. ff. de aur. ⁊ argen. leg. l.
pediculis. §. j. in fi. ⁊. j. §. omnium. Item arguunt, quia si
actio ⁊ causa sunt idem, frustra dicit lex ꝙ actio de dolo
tunc paratur contra parentem vel patronum, ⁊ nō da-
tur actio, imo in factum que non infamat: vt. ff. de dolo.
l. non debet. ⁊ tamen vtraqꝫ datur ex eadem causa pro-
pter dolum patris vel patroni. Si ergo est causa, ⁊ idem
sit causa ⁊ actio, quare mutatur nomen actionis: vnde
tenet istis ratiōibus, ⁊ ista potissima ꝙ causa ⁊ actio nō
sint idem. ¶ Dominus meus in totum non tenet Pla-
11 cent. nec in totum recedit ab eius sententia: dicit † ergo
ꝙ quandoqꝫ causa accipitur pro contractu, vnde lex di
cit: Si ex eadem causa potest quis plures actiones intē-
tare ex eodem contractu, vt. ff. de tributo. actio. l. quod
in heredē. §. eligere. Item quandoqꝫ causa sumitur pro
obligatione, vt in primo argumento, cum doctores di-
cunt ꝙ causa seu obligatio est mater actionis: vt. ff. de ꝓ
cura. l. licet. §. ea obligatio. Item quandoqꝫ causa acci-
pitur pro quadam consideratione, ⁊ sic accipitur hic: vt
si quis scindit mihi arbores meas, cōpetit mihi actio ar
borū furtim cesarum. Item actio legis aquilie. Item ꝙ
iuuant clam me deferēte, ille reus iuret se non succidisse
mihi agenti cōtra eum non solū si ex causa agam ex qua
egi primo, sed etiā si alia acquiritur: ⁊ accipitur ibi pro
consideratione, quia omnes competūt ex eodem facto.
ff. de iureiur. l. duobus. §. exceptio. ⁊. §. colonus. ⁊ sic acci
pitur ibi causa pro applicatione cause petēdi ad conclu-
sionem. Dicit ergo dominus meus, si accipias causam
pro contractu: non bene dicit Placen. si ita accepit, vel
accepit causam pro obligatione sic loquitur. Loquūtur
large doctores, ⁊ non sicut actio in causa: imo vnū gra-
uatur ab alio. Sed Placent. accepit causam non prout
est contractus vel obligatio, sed prout est applicatio cau
se petendi ad conclusionē, bene dicit ꝙ sit idem cum con
clusione: sic ⁊ actio debet esse, ⁊ est actio applicatio cau-
se petendi ad conclusionem: vnde si debes mihi actione
ex vendito, item certi conditione generali. si ergo peto
quia vendidi, concludetur per medium quia vendidi: ⁊
erit actio ex vendito. Et si volo postea agere certi condi-
ctione, cōcluderetur per istud medium, quia certum de-
bes, certum peto, ⁊ sm qd diuersificatur applicatio, erit
diuersa actio: vnde vt dicit Tulius, ꝙ causa est res in di
cendo posita, cum actione certarum personarum. Un-
12 de † causa habet multas partes. habet enim libellum, lit.
contesta. ⁊ sententia ⁊ actio est pars cause, vnde est cau-
sa, sicut pars est in toto. arg. ff. de ver. signi. l. litis nomē.
⁊ hoc dicit lex, singulas obligationes singule cause se-
quuntur, id est singule actiones. ff. de excep. rei. iu. l. ⁊ an
eadem. §. actiones. Per hoc apparet solutio, quia qd di
cunt ꝙ aliud est causa ⁊ actio, aliter accipiūt causam q̃
Plac. ipsi accipiunt pro contractu ⁊ obligatione, ⁊ tunc
non est idem qd obligatio, ꝙ Pla. accipit causam prout
continet actionem, quia actio erit pars cause, sicut libel-
lus: ⁊ sicut est causa actio, sic totum continet partem.
¶ Nunc officium. ⁊ de hoc dic vt hic per Dyn. ⁊ qd sit
officium iudicis. vide per Azo. in sum. huius tit. in prin.
13 Nunquid † officium iudicis ⁊ actio sunt idem? ⁊ hoc tra
ctat gl. q̃uis breuiter. Quidam dicunt ꝙ non: quoniam
officiū iudicis est habere breue consilium qd est factum,
⁊ actio est ius, vt hic: ergo officium ⁊ actio non sunt idē.
ff. de offic. consu. l. vnica. Item minor lesus habet officiū
iudicis, per quod implorat restitutionem in integrum: ⁊
tamen lex dicit ꝙ nulla actio ei competit. Cum ergo cō-
petat officium ⁊ nulla sit actio, ergo non erunt idem. ff.
de minori. l. si minor. §. vlti. Item lex dicit ꝙ reus non ha
bet exceptionem, sed officiū iudicis in modum exceptio-
nis. ff. de peti. here. l. plane. §. vlti. sicut ergo datur reo of-
ficium ⁊ non exceptio, sic actori: ⁊ est sententia doctoris
M. qui dicit ꝙ officium iudicis ⁊ actio sint idem, nam
cautio damni infecti petitur officio iudicis. ff. de dam.
infec. l. inquilinos. ergo actio ⁊ officium iudicis sunt idē.
Item actio de dolo non cōpetit, vbi alia cōpetit actio: ⁊
lex dicit ꝙ officium iudicis excludit actionem. de dolo. l.
j. ⁊. ij. ⁊. ff. de resti. mino. l. diuus. ergo sunt idem, quia ap-
pellatione actionis continetur officium iudicis. Item si
deicōmissaria hereditas petitur restitui officio iudicis:
⁊ tamen lex dicit actionem dari, ergo officiū ⁊ actio sunt
idem. ff. ad trebel. l. ille a quo. ¶ Dominus meus dicit
14 ꝙ est † quoddam officium quod consistit in persona iu-
dicis, ⁊ non in persona partis, per qd iudex exequitur
suā iurisdictionem: vnde cōgruit officio presidis purga-
re prouinciam malis hominibus. de of. presi. l. congruit.
⁊ illud est officium de quo ibi male dicit Marcus ꝙ esset
actio: sic loquitur. ff. de offic. consul. l. vnica. de illo loqui-
tur Azo. Item est illud qd deseruit actioni, vt. j. de offic.
iudic. in prin. ⁊ non est actio. ff. de peti. here. l. plane. tamē
videtur arguere ꝙ sit actio: nam lex dicit ꝙ in actione
iniuriarum sit estimatio pene officio iudicis. s. de iniur.
§. pena autem. ⁊. §. in summa. sed illud officium deseruit
actioni, ⁊ nō est actio, vt. ff. de pet. he. l. plane. Est ⁊ aliud
officium quod consistit in persona partis, nec datur cō-
tra aliquem vt contra obligatū, quia officio iudicis non
habet meram obligationem. ff. de annu. leg. l. quintus. ⁊
de act. emp. l. qui per collusionē. §. vlti. sed istud implora-
tur iudici, vt est officium per quod lesus propter facilita
tem petit restitui, vel aduocatus vel nutrix petit certum
salarium per iudicem non imputari cessari: vt. ff. de var.
⁊ extraor. cogni. l. j. §. in honorarijs. ⁊ de isto dicit Mar.
15 ꝙ actio ⁊ officium sint idem. Nunquid † ergo officium
et actio sunt idē? Et loquitur de officio qd residet in per-
sona actoris. Dicit Rofre. ꝙ non, imo differunt sicut mi
sericordia ⁊ iudicium: nam actione petit condēnari ad-
uersarium per modum iudicij, sed in restitutione implo-
ratur restitutio per misericordiam iudicis, ⁊ iudex da-
bit similiter. Certe non est verum, imo cogitur: ⁊ si dene-
getur, appellatur, ⁊ sic non est misericordia. Item quia
officium haberet instar actionis, ergo nō est actio: quia
nihil est sibi simile. ff. de actio. ⁊ ob. l. actionis verbo. vt. C.
si sep. in inte. resti. fu. post. l. j. ⁊. ij. ergo nō est misericordia.
¶ Quidam volunt excusare Rofre. ⁊ dicunt ꝙ licet ap
pelletur vbi negatur, tamen est misericordia si conceda-
tur: nam quedam sunt, q̃ si cōcedantur est misericordia,
si denegentur est iniuria. Unde pone: Princeps conces-
sit alicui in persona sua vt posset ducere aquam de castel
lo publico ad fundum suum, ad irrigandum fundū, ta-
lis concessio non transit ad heredes. Nam pone, ille mo
ritur, heres vult impetrare, vt ei liceat ducere: dicit lex
de facili concedendum est, ⁊ si concedatur sit ei gratia, si

denegetur, erit iniuria, vt.ff.de aqua quoti.z esti.l.j.§.pe. sed ibi iniuria sumit pro incurialitate quadã, vnde pro
16 tali iniuria non appellaretur. Quid ergo? Dic q† actio et officium non sunt idem, stricte loquendo de actione, quia verbo actionis continetur solum actio in personã vel in rem, si large sumantur.ff.eo.l.actio in personam.z l. duo sunt genera. Si largissime sumendo z improprie, actionis verbo continetur officium iudicis: z sic intellexit Mar.ff.eod.l.actionis verbo. Sed stricte sumendo aliud est actio aliud officium, sed parum differunt. Unde dic q actio est arg. legiste z est applicatio cause petendi ad conclusionem, z cõcludit parti: licet enim verba sua dirigit ad iudicem, condemnationem tamen concludit parti in petitione. Unde si dicit, Dico contra te Titiũ q ego vendidi tibi equum pro.x.libr.Parisien. vnde peto vt.x.libr.Parisien.mihi soluas: z postea dirigat verba ad iudicem vt eum condemnet, sic, Unde imploro officium vestrum domine iudex, vt ipsum mihi condemnetis in.x.libr.Parisien. z sic concludit in actione particu. quia dicit q vendidi, z peto vt soluas: sed in officio iudicis aliud est, quoniã in officio iudicis non concludit aduersario. Et est ratio, cũ cõclusio sit mater obligationis quam habeo contra aliquem concludo ei vt soluat: sed officium iudicis non habet matrem obligationem. ff.de actio.empt.l.qui per collusionem.§.vlti.ff.de annu.leg.l. quintus.z ideo non potest concludere aduersario, vnde in officio iudicis conclude contra iudicem non contra
17 partem, sic dicẽdo: ¶ Dico coram vobis zc.q †ego minor cõtrari, z a facilitate etatis ego fui deceptus, vnde z ego sum lesus, z vt minor imploro officiũ vestrũ, vt me restituatis aduersus contrarium istum, vt nihil mihi noceat, z sic non concludit contra aduersarium suum, sed contra iudicem, vnde in hoc est differẽtia: sed largissime loquẽdo, officium z actio sunt idem, z sic intelligo, nam quotuplex sit officium iudicis plene habes in Specu. de offic.iudic.z plene dicam. j.§.preterea. ¶ Querit gloss. nunquid actiones olim z hodie sunt idem? Dicit glos. q non, nam olim erat factum, nam erat conceptio verborum que impetrabatur a magistratibus: vt.ff.de orig. iur.l.ij.§.deinde ex his.z.§.omnium.z propter hoc dicebatur formula verborũ. ff. de furt.l.si seruus nauem.sed hodie dicit glos.non est factum, quoniam sublata est huius impetratio z solennitas verborum, vnde hodie est ius, vt hic z.ff.eo.l.nihil est.C.de for.z impe.act.subla.l.j.z.ij.
18 ¶ Dico † q actio est idem olim z hodie, quia superest applicatio cause petende ad cõclusionem olim z hodie erat factum: sed in hoc differt, quia olim impetrabatur quod hodie corrigitur. ¶ Item solennitas olim in proponendis, vt qui caderet a syllaba caderet a causa, hodie tollitur vt dicit glos. sed tamen adhuc hodie si ineptam actionem quis proponat, succumbit vt olim. ff. si mens.fal.mo.di.l.i.C.de for.ac.sub.l.j.ff.de furt.l.si seruus nauem.vide. ¶ Nunquid interdicta z actio differebant olim? nam sicut olim actio erat verborum conceptio. ff. de orig.iur.l.deinde ex his.sic z interdicta: vt.j.de interdictis.in prin. ¶ Quidam dicunt, vt Azo q interdicta proponebantur inter duos volentes agere tantũ, z non formabantur in personam omnium generaliter, vt patet.j.de interdic.§.sunt tantum. z per multos tit.interdictorum: vnde semper dicebat pretor, vnde vi illum deiecisti, z sic inter duos. ff. de vi z vi ar.l.j. Item vt edes de quibus contendis.C.vti possi.l.j.z sic de alijs: vt.ff.quod vi aut clam.l.j. sed actiones formabantur in personam omnium: vnde dicit pretor, q quid gestum erit de negotijs absentis causa aduertam.ff.de nego.gest.l.iij.z arg.
19 ff.cõmo.l.j. Sed certe † ista differentia est verbalis, quoniã licet inter duos interdicta z actiões omnes possunt tueri, sicut per actiones quis condemnari potest, ita per interdicta omnia proponãtur tantum inter duos: imo est quoddam interdictum qd proponitur inter omnes, vt interdictũ vtrobi.l.vna. Glo.dicit q olim differebant ab actione, quia interdicta proponebãtur a pretoribus, sed actiones a magistratibus alijs, vt patet: quia interdicta sunt omnia pretoria, vt patet de interdictis zc.per totum. Sed nec ista valet, quia tempore interdictorum erant pretorie actiones, ergo non differebant ab alijs. Glossa dicit q olim interdicta non erant actiones, sed hodie idem est: quoniam actio est pretoria. j. de interdictis.§.vlti. Dic ergo olim z hodie interdicta erant actiones, sed veniebant ex edictis pretorum: vnde pretores edicebant aliquid, z illa edicta scribebantur in albo pretoris.ff.de iurisdi.om.iudi.l.si idẽ.§. q si mutui. z ex istis oriebantur actiones pretorie, z vocabatur interdicta.
20 Unde † omne interdictum est actio, sed non est contra: quia plures sunt actiones q̃ non sunt interdicta, z respiciunt possessiones sepissime: vt.j.de interdic.§.j.ff. ne vis fiat ei qui in possef.miss. est. z vocatur actio. Sed tamen queritur de iure rei per interdictum, licet sint ordinata ad possessionem vt interdicta de mortuo infe.sc3 vt liceat inferre z sepulchrũ edificare: vt.ff.de mor.infe.l.j.in prin. Item quandoq3 causa de iure proprietatis z possessionis simul: vt.ff.de aqua quoti. z esti.l.j.ad fi.z.ff.de interdic.l.interdictum.§.quedam.vnde competant ad possessiones z ad proprietatem: quãdoq3 item z actiones alie competunt pro possessione, vt.ff.de cond.inde.l.indebiti. §.sed nimium. Item triticaria.ff.de tritic.l.j. z.l.ij. Item condictione ex. l. C.de acqui.possef.l.vlti.de loc.z condu. l.si quis.ff.de rei ven.l.vlti. ¶ Actio est ius. Ponitur ad differentiam officij iudicis sm gloss. quoniam non est actio: vt.ff.de mino.l.quod si minor.§.vlti. Dico imo est actio sumpto large nomine actionis: z diffinit large per personali z reali, z officio iudicis: q dicit generaliter actio nihil aliud est zc.arg.ff.de pub.l.de pretio. ff.eod.l. actionis verbo.vnde dic sm Mar. q ponitur ad differẽtiam rerum corporalium: quoniam est ius quid incorporale.s.de re.corp.z incorp.per totum. Sequitur. ¶ Per
21 sequendi. hoc dicitur propter hoc † quia rei habent exceptiones quibus se defendunt, z sunt arma reorum sicut actiones sunt arma actorum.ff.de excep.l.ij.in princ. z.§.illud. ¶ In iudicio. Ponitur ad differẽtiam permissionis que fit extra iudicium: nam extra iudicium permittitur exigere a debitore, z non est actio: vt si debitor fugiat z rem debitam secum portet, possum ei auferre z detinere debitorem sine iudice, vt.ff.de his que in fraud. cre.l.ait pretor.§.si debitorem.quãuis quidam dicant q detinuit autoritate iudicis. Item notissimũ furem diurnum, vel militem desertorem militie quis potest capere z est permissum, z tamen non est actio: vt.C.vt nemi.lic. sine iud.l.j.z.ij. ¶ Debetur. Ponitur, vt quidam dicunt, propter rei vendicationem qua quis non est obligatus, vt.j.eod.l.j.sm Azo. z sm hanc actio sumitur stricte pro actione personali: vt.ff.eo.l.actio in personam. Uel dicitur ad differentiam officij iudicis, z sic sm hoc large hic actio pro personali z reali, vt.ff.eo.l.actionum duo sunt genera. z sic dicitur q continetur tantum actio in personam, quia in ista constitit obligatio, sed non in rei vendicatione. Opponit gl. z dicit q imo: quoniam ille qui possidet rem alienam, tenetur rei vendica. l.sin autem. si tenetur, ergo est obligatus.arg.ff.si cer.peta. l. vlti. sed illa nihil facit, quoniam dicit debetur. In glos. dicit per illã legem quod pertinet ad rẽi vendic. z.l.illa tamen loquitur in persona. Sed ego probo q actionis verbo, continetur tanq̃ in personam. ff.eod.l.actionis verbo. Item hic opponitur verbum persequendi, qd pertinet ad realem z ad personalem obligationem. de verbo.signi.l.petitionis. Dico ergo verbum debetur, vt dicit glos. ponitur ad differentiam actionum in qua non petitur debitum, sed vindicta. Sed contra, quia petitur qd non de-
22 betur: † nam promissum nudo pacto non debetur, z si non dederit promittit penam per stipulationem, ago ad id qd promittitur nudo pacto. C. de pactis. l. si pacto quo penam. Secundo ibi non ago ad id quod deducitur in stipulatione: sed verum est si reus vult liberari a pena pure promissa per stipulationem dabit id qd promissum est nudo pacto. vnde ergo illud consequar metu pene: z ideo dicit ibi lex consequens, non dicit petes id quod in nudo pacto deducitur. Item contra in popularibus actionibus non datur debitum, ante litem contest. in populari actione agimus, ergo agimus ad non debitum: z sic est

⁊ sic est contra.ff.de popul.act.l.penult.⁊ vlt. Dicit G. ⁊ si nõ sit debitum, est tamen debitor: vnde propter spem admittitur, arg.ff.famil.hercisc.l. propter spem, quia debebitur post lit.contest. Vel dicit glos. petimus debitum quia est debitum omni populo, ergo cuilibet, ⁊ sic quilibet petet debitum: dico cuilibet dicitur debitum, sed ante lit.contest.inefficaciter. Item contra actionem iniur. ⁊ l.ait pretor.§.j.nõ ita competit ad debitum sed ad vindictam: vt.ff.de collat.bono.l.ij.§.emancipatus. ⁊ tamẽ est actio, ⁊ agimus. Respon.glos.quod dicitur: nõ est in bonis meis. verum est vt transmittamus ad heredes ante lit.contest.vt.ff.ad leg.falcid. ⁊ penalis. ⁊.ff. si quis cautio.l.si eum.§.qui iniuriarum. sed quantũ ad alia vt possimus agere est in bonis nostris. Item qđ dicitur, ꝙ competet ad vindictam. verum est principaliter competit ad vindictam, sed secundo potest venire interesse quod est debitum: vt.C.de iniur.l.dominũ.ad fi. Item contra heredem petitio competit contra possidentem tantum vel eum qui dolo desijt possidere ⁊ actio de peculio: ⁊ tamẽ in his agitur anteq̃ res sit penes possessorem, ⁊ sic est cõtra.ff.de pet.hered.l.iiij.⁊.l.si quo.ff.de pecul.l.quesitum. in prin.ff.de libe.leg.l.si quis rerum.§.his. Dicit gl. actio est ius prosequendi quod debetur, subaudi, dicit glo. vel debebitur: ⁊ sic non sunt contraria. Sed ego dico, illud tantum petitur quod possidetur: sed propter actionem generalem si incipit reus possidere post litem, cõdemnabitur propter generalitatem actionis qua hic petit᷑, sed tamen illud tantum petitum fuit quod possidebatur, ⁊ sic non sunt contra. Item opponit glos. hic dicitur ꝙ sibi debetur. contra, imo petitur alij debitum non sibi: vt prelatus ecclesie, tutor, procurator. Dicit gl. illi sunt quasi domini, vnde dicit ꝙ sibi debetur vel quasi. arg. ff. pro
23 empto.l.qui fundus.§.si tutor. Sed † dic ꝙ actio est ius adherens persone, ita ꝙ ab eo non separatur.ff.pro soc. l.ij.de pecul.l.quid ergo casus. ⁊ ideo actio que est in vna persona non potest trãsire ad aliam personam: vnde dico ꝙ sibi debetur, id est creditor siue ipse vim agat siue alius pro eo. Hic premitte generalia libellorũ: vt in Spec. de li.concep. ⁊ plene dicam.j.§.tripli.

Summarium.

1 Actio in personam competit aduersus obligatum ex contractu vel quasi vel ex maleficio.
2 Actio realis dicitur qua pro rebus agitur.
3 Actio que plus realitatis continet, realis est: que plus personalitatis, est personalis.
4 Actiones coram arbitris intendi possunt, ante quos vt ante iudices proceditur.
Res, nomen generale est, corporalia ⁊ incorporalia cõtinens.
5 Rei vendicatio ad res tantũ corporales competit, non autem ad incorporales.
6 Contractus nomine venit quasi contractus, et delicti appellatione quasi delictum.
7 Obligationem quamlibet ex materia quadam regulari oportet oriri.
8 Actio furti ad penam, ⁊ condictio furtiua ad rem nascuntur ex furto.
9 Actio quod metus causa, cui ⁊ cõtra quem competat.
10 Actiones datiue nascuntur ex varijs causarũ figuris.
11 Actio de peculio ⁊ etiam rei vendicatio contra possidẽtem ⁊ dolo desinentem possidere competunt.
12 Tributa fundos afficiunt, ⁊ non personas.
13 Superficiarius qua ratione rei vẽdicationẽ nõ habeat.
14 Rei vendicatio competere dicitur vtili domino.
15 Possidẽs ciuiliter tantum, rei vendicatione non tenet᷑.
16 Domino directo quando directa competat rei vendicatio, ⁊ quando vtilis.
17 Actio directa domino directo aduersus dolo desinentem possidere competit.
18 Verba ſm communem loquendi vsum intelligi debent.
19 Actio pignoratitia pretio soluto nascitur.
20 Cõdemnatio an fieri debeat etiam in id quod post litis contestationem quesitum est.
21 Solutio diuturna census vel pensionis quando sufficiẽter probet obligationem.
22 Libellus qualiter in rei vendicatione sit formandus: et nume.sequen.
24 Actio eo ab officio iudicis differt, quod in hoc, iudici, in illa parti concluditur.
25 Rei vendicatio, an ⁊ quando intentari possit ad restitutionem.
26 Fruct⁹ fundi ⁊ fundus ipse an peti possunt eadẽ actiõe.
Fructus in fundo pẽdentes rei vendicatione petuntur.
27 Fructus industriales qua actione peti possint.
28 Libellus non exprimẽs certam quantitatem, nullus est.
29 Conueniri vbi quis debeat rei vendicatione.
30 Libellus qua forma in rei vendicatione debeat cõcipi.
Cauillationes in rei vendicatione quales fieri possunt.
31 Sententia libello conformis esse debet.
32 Seruus heres institutus a domino, qui noxali conuentus fuerat, an possit nomine domini damnari.
33 Testes ideo attestationibus publicatis non producuntur, ne contingat subornatio: ⁊ nu.seq.
35 Possessio naturalis nihil confert ad vsucapionem.
36 Iactare suum nemo presumitur.

Omniũ autẽ actionum.

¶ Sic continuatur: Superius visum est de diffinitione actionis: sequitur videre quomodo Imperator actiones diuidat, vnde viso de diffinitione, videndum est de diuisione. H. ¶ Primo diuidit actiones. ¶ Secundo exemplificat. ¶ Et primo de actione in personam. ¶ Secundo de actione in rem. Dicit glos. ¶ Omnium autem actionum. summa diuisio est, siue agatur inter aliquos apud iudices, siue apud arbitros de quacũq; re queratur, ꝙ aut sunt in personam aut in rem. ¶ Primo exemplificat de actione in personã dicens: aut quis
1 agit † cum eo qui est sibi obligatus ex cõtractu vel quasi, vel ex maleficio: ⁊ tunc dantur actiones in personam quas intendit aduersarium suum dare oportere, ⁊ alijs quibusdam modis. ¶ Secundo exemplificat de actione in rem, ⁊ dicit: aut cum eo agit qui nullo iure est obligatus, sed ibi mouet controuersiam de re aliqua, veluti si peto rem quam possidet corporalem mouens mihi cõtrouersiã dicendo te dñm non esse ius, duntamen facias mihi cõtrouersiam de re, ⁊ tunc mihi cõpetit rei vendic. hoc dicit vsq; ad.§. eque ⁊c. Sic visa diffinitione omniũ actionum Imperator diuidit actiones, sic procedam: Primo exponam glossas, ⁊ hic tractatur principaliter de rei vendicatione. Queram secundo que sunt pertinẽtie ad actionem in rem, de quibus hic tractatur principaliter. Tertio queram de libello in rei vendicatione. Quarto mouebo quasdã questiones vel cauillationes que fiunt contra libellum in rei vendicatione datũ. Dicit litera: ¶ Omnium autem actionum summa diuisio est. Dicit glo. summa, id est prima, quantũ ad istum tractatum, ⁊ ista est verior. Dicit glos. summa, id est breuis: breuior enim esse non potest ꝙ bimembris, sicut est ista, sed non dicit breuior, quia quedam reperiuntur ita breues, vt.j.eo.§.alie. ⁊.§.omnium. ⁊ alie quedam. Contra hoc glo. opponit sic: Dicitur hic ꝙ summa diuisio actionum est ꝙ alie sunt in personam alie in rem, ⁊ sic bimembris: quia quedam sunt miste in rem ⁊ in personam, ⁊ sic est contra.j.eod.§.quedam. Sed dicit glos. actiones mi-
2 ste competunt ⁊ ad res ⁊ ad prestationes: † si ergo agatur pro rebus solum iudicatur realis, ⁊ erit sub membro diuisionis realis. Si agatur ad prestationes iudicatur personalis, ⁊ sic contra vnum duosve sub quo membro, ⁊ sic non excedit diuisionem istam: aut competunt miste ⁊ pro rebus ⁊ personalibus ad hoc non excedit diuisionem istam, quoniam realis est ⁊ personalis, sic dicit glo. Certe quantum ad id quod glos. dicit, vbi agitur pro rebus, sit realis, vel pro prestationibus solum, sit personalis, ⁊ non egreditur diuisionem, ⁊ cõcedo: sed quantum ad hoc ꝙ simul pro re ⁊ prestatione continuatur sub diuisione, non est verum: quoniam hic realis distinguitur

a personali, ⁊ apposita est tanꝙ species actionis apposi-
ta, nam hic disiungunt a personali: ⁊ natura disiunctio
nis est vt que disiungit simul esse nõ permittit. vnde hic
distinguitur realis sola a personali ⁊ separata, non au-
tem a personali secum iuncta, ⁊ ideo ostẽdit ꝙ aliud est
membrum diuisionis, ꝙ alie sunt miste, ⁊ propter hoc di
co ꝙ prima diuisio est tutior, scilicet summa, id est supre-
ma. Uel si velimus dicere cum glossa ꝙ miste actiones
coniuncte sint sub nostra diuisione, dico in specie verum
3 est ꝙ plus sit in ea, vnde † quod plus est in eadem per-
sonalitate iudicatur personalis, si plus de realitate rea-
lis, vt sic iudicetur pro eo quod magis conualescit in ea:
sic dicitur de peti. here. que dicitur personalis, ⁊ ideo du
rat. xxx. an. sicut alie mere personales. C. de peti. hered. l.
hereditatis. arg. C. de consti. pecu. l. ij. sic soluitur contra-
rium. C. de edic. diui Adri. tol. l. vlti. ⁊ argu. ff. de sta. ho.
l. queritur hermaphroditum. Dicit litera: ¶ Omnium
actionum, quibus apud iudices vel arbitros. Uidetur
ergo innuere ꝙ sint quedam alie que non mouentur co-
ram iudice seu arbitros. Sed dicit glos. non sunt: qđ hic
dicitur omittit diuisionem nostram in personam, nam
omnes actiones que mouẽtur coram iudice, vel delega-
to, vel arbitro sic. Uel dicit glos. cunctos populos, quos
nostre clementie regit imperium. in prin. ⁊ sic vidẽtur in
nuere ꝙ quidam sint populi quos nõ gubernat Impe-
rator. C. de sum. trini. ⁊ fide catho. l. j. quod est falsum: vt
C. de iur. ⁊ fac. igno. l. constitutiones principũ. ⁊ de legi. l.
leges sacratissime. vnde non propter hoc relinquitur di-
uisio imperfecta, quando omnes intendũtur coram iu-
dicibus seu arbitris: dicit, apud iudices: dicit, ordinari-
os vel delegatos, vel arbitros, dicit cõpromissarios. Et
4 sic not. ꝙ † coram arbitris actiones intenduntur, ⁊ pro-
cedũt coram eis sicut coram iudicibus, vt quia arbitria
ad instar iudiciorum sunt redacta: vt. ff. de arbitr. l. pen.
⁊. C. de arbitr. l. pe. Sequitur in litera: ¶ Ex quacũqꝫ re.
Dic generaliter rem, nam nomen rei generale est, vt cõ-
tineat res corporales ⁊ incorporales. ff. si cer. peta. l. j. ad
fin. nam pro incorporali datur actio in rem, vt pro ser-
uitijs: vt. j. eod. §. proxi. ⁊. §. ij. ⁊. C. si serui. vend. l. j. in prin.
Unde competit negatoria seu confessoria que sunt rea-
les: ⁊ sic non solum pro corporali datur actio in rem, sed
etiam pro incorporali, vt est seruitus. ⁊. s. de reb. corpo. ⁊
incorpo. per totum. Sequitur in litera: ¶ Ueluti si rem
5 corporalem. Ideo dicit † quia rei vendicatio non com-
petit pro incorporali, sed pro corporali tantum: vt. ff. de
rei vendic. l. vendicatio non vt gregis. sed tamen pro in-
corporali competunt actiones reali, scilicet confessoria
⁊ negatoria: vt pro seruitutibus. j. eod. §. eque. licet non
sint rei vendicatione. Sequitur in litera: ¶ De persona-
li. Et dicit ꝙ in personali actione aliquis agit cõtra eum
qui obligatus est ex contractu vel ex delicto vel alijs mo
dis: ⁊ competunt ad dandum vbi dandum est in obliga
tione, vel faciendum vbi factum est in obligatione, quo-
niam vterqꝫ potest venire, vt. s. de verbo. oblig. l. vbi au-
tem non apparet. §. qui id quod. ⁊. §. vlti. Quare dicit:
¶ Uel alijs modis. Quidam dicunt ꝙ propter quasi: vt
sic comprehendat omnes casus per quos quis regulari
ter obligatur, quasi dicat: obligatur quis personaliter
ex contractu vel delicto, vel alijs modis, id est ex quasi
contractu vel quasi delicto: ⁊ sic diuisio omnes regula-
res modos obligandi comprehendit. arg. ff. eod. l. j. quo-
niam non durant. s. de his glos. ista reprobat ideo, quia
iam satis dixerat de quasi contractu, vel quasi delicto.
Nam dicit glo. ⁊ quoties in iure reperitur obligatio, nec
ex contractu vel maleficio, relinquitur in iure, ꝙ sit ex
quasi contractu vel ex quasi maleficio. Unde dicit gloss.
pro hoc. s. in nostro. §. dixerat de contractu vel malefi-
cio: satis per consequens dicit de quasi contractu, vel
quasi delicto. s. de oblig. ex quasi contractu. per totum.
in prin. Sed non est bona reprehensio glos. vnde verum
6 est † ꝙ in iure appellatione contractus per consequens
intelligitur quasi, appellatione delicti intelligitur quasi
delictum, sicut arguit glos. qđ est verum, quando in iure
non reperitur expressum de quasi contractu, vel quasi
delicto: sed vbi inuenitur expressum quod prius intellige

batur. arg. ff. de verb. oblig. l. doli clausula. sic est hic, quo
niam hic exprimitur de quasi contractu, vel quasi deli-
cto cuꝫ dicit, vel alijs modis. Uel ideo dicit, alijs modis,
quia superius dictum est, cum petitur certum ex obliga-
tione vel delicto, scilicet pure, sed hic petitur aliquid sub
alternatione: vt. x. aut Pamphilum. ista non placet glo.
quoniã non. s. dicit vtrũ agatur precise ad aliquid dan-
dum seu faciendum sicut ipsi dicunt. Uel dic, ergo dicit
glos. alijs modis, id est ex condictione furtiua que nascit
ex diuersis figuris causarum. ff. eo. l. j. ⁊ idem dicit glos. ⁊
interdic. olim, quia omnia sunt personalia. ff. de interdi.
l. j. §. penul. sed non sunt inducta iure ordinario. C. de in-
terdic. l. j. vnde non continentur sub diuisione ista, sed ex
cõtractu vel ex maleficio, vel quasi: tamen qr quandoqꝫ
interdicta dãtur propter delictum, vt interdictum vn-
de vi potest videri, vt. ff. vnde vi. l. j. §. plane. Itẽ quãdoqꝫ
datur interdictum sine delicto, vt interdictum quod vi
aut clam. ff. quod vi aut clam. l. competit. §. vlt. ⁊ dicun-
7 tur ex varijs figuris nasci ideo: † quia omnis obligatio
habet materiam regularem ex qua oriatur, vt ex cõtra-
ctu vel quasi, delicto vel quasi. Ille autem que nascũtur
ex diuersis figuris, non habent materiã regularem vn-
de nascant: ita condictio furtiua non nascitur ex mate-
ria regulari, puta delicto, quoniam datur contra here-
des, lite contra fures non contestata. ff. de condi. fur. l. in
re furtiua. ⁊. l. si pro fure. §. cõdictio. quia non est in alijs
actionibus ex delicto. insti. de perpe. ⁊ tempo. actio. §. nõ
omnes. ⁊. §. penalis. C. ne ex delic. defun. hered. conue. l. j.
⁊ sic non ex delicto. Item nec ex quasi delicto: quoniam
datur noxaliter contra seruum. ff. de cõd. fur. l. si seruus.
Item no. ex contractu vel quasi: quoniam non daretur
noxaliter, sed de peculio, vt. ff. de his qui deiec. vel effu. l. j.
§. filiusfamilias. ⁊. §. cum seruũ. vnde cum nec ex contra-
ctu vel quasi, ex delicto vel quasi non habent materiam
regularem, sicut alie: ⁊ dic ideo dicitur nasci ex diuersis
figuris causarum. Sed certe ex quo non nascitur ex deli
cto vel quasi, ex contractu vel quasi, ideo non habet vn-
de nascitur, quoniam glos. non assignat varias figuras
vnde debeat nasci: vnde ego dico ꝙ nascitur ex delicto,
8 quoniam † ex furto due nascuntur actiones, actio furti
ad penam, ⁊ furtiua ad rem. ff. de cond. fur. l. si pro fure.
§. furti. sed in hoc dicitur ex varijs figuris, quoniam va-
rie figurata est, cum sit ex delicto, ⁊ detur contra heredẽ
lꝫ ad eos non peruenerit. ff. de cõd. fur. l. si pro fure. §. cõ-
ditio. Itẽ quia dicit glo. de interdic. ꝙ nascunt ex varijs
figuris, propter hoc quod dantur extra ordinem. Item
de interdictis. §. j. C. de interdic. l. j. Dico, est verum, quo
niam interdicta non habẽt regularem materiam vnde
nascantur, sicut alie actiones, nam nascuntur ex contra
dictione possessionis, vel impeditione que cõtingit qñqꝫ
dolo vel delicto, quandoqꝫ sine delicto: vnde qđ dicit gl.
ꝙ interdictum quod vi aut clam, datum est cõtra eum
qui turbat possessionem faciendo opus vi aut clam. l. j. ⁊
tamen competit contra eum qui non fecit vel fieri fecit
quod idem est. ff. de vi ⁊ vi ar. l. j. §. deiecisse. sed tãtum fa-
ctũ ab aliquo possidet, ⁊ sic in illo casu est ex varijs figu-
ris sm glo. ff. qđ vi aut clam. l. competit. §. j. ¶ Dico, non
9 est verum, nam sicut video † ꝙ vbi quis me per metum
compellit ad dandum, ⁊ do vel vendo, datur ex isto me-
tu actio mihi quod metus causa contra metum inferen
tem personalis: ⁊ tamen si res datur per metum ablata
peruenit ad alium, ⁊ mihi cõtra eum datur actio quod
metus causa, que quantum ad eum est in rem, ⁊ tamen
nascitur semper ex metu illato. Sic dico hic, licet interdi
ctum qđ vi aut clam cõpetit, contra possidentem datur,
sed nascitur ex turbatione possessionis per opus factum
in actione qđ metus causa vel metu, al's sub. l. putat. §. cũ
autem hec actio in rem sit scripta. ⁊. l. si exceptione. §. in
hac actione. vnde licet regulariter competat cõtra me-
tum inferentem, tamen competit contra possidentem
rem per metum ablatã, quia est in rem scripta, vt. §. hec
autem actio. sic ⁊ interdicta: vt. ff. de iur. do. l. j. in fin. er-
go dicuntur nasci ex varijs figuris causarum, vt. ff. eo. l.
j. in princip. Ex varijs figuris causarum, dico qđ sunt ille
actiones que reperiũtur dari a lege: vnde cum non ha-
beat sufficientem

beat sufficientem materiam ex qua possit nasci fm regulam z solitam materiam actionum, z dicitur in lege dari actio propter aliquam considerationem dicitur nasci ex varijs figuris causarum: nec dicitur natiua, quoniã non habet preexistentem naturam fm cursum regularem aliarum vnde posset nasci, z ideo non dicitur natiua sed datiua, z quia huiusmodi actiones inducuntur ex diuersis causis z non regularibus, ideo dicitur diuersis figuris: vt. C. de sacrosanc. eccles. l. sancimus. z. C. de transac. l. commota. z ibi concedit glos. quod sit datiua.
10 Unde † datiue dicuntur nasci ex varijs figuris, quando non dantur super vna consideratione seu causa ex diuersis. Dico ergo alijs modis vt ex quasi contractu, vel quasi delicto, vel fm glos. id est ex varijs figuris in actione datiuis: hoc quidam impugnant per. l. j. in princ. ff. de actio. z obligatio. vbi dicit, nascũtur. Sed dic q sumitur idem verbum duobus modis, scilicet generatiue, prout refertur ad primas z non ad istas: dic scilicet creatiue, vt solum diceret in. l. j. C. de actionib. z obligationi. sic z aliud verbum semel positum zc. vt. ff. de offic. proconsul. l. ij. de peti. hered. l. nec vllam. §. omnibus. ¶ Opponit hic, dicitur q agitur rei vendicatione contra eum qui est nullo iure obligatus. Contradicit glos. hic z dicit q tenetur qui nullo iure est obligatus. l. de rei vendica. l. officium. Solu. dicit glos. tenetur, duobus modis accipitur. Uno modo q quis tenetur iure obligationis, et tunc est obligatus. Item accipitur pro non iure obligationis, sed tenetur officio iudicis, z tunc non est obligatus. Dicit ergo hic glos. agitur rei vendicatione contra eum qui nullo iure tenetur, vt hic, sed tenetur officio iudicis, vt ibi, et possum eum conuenire rei vendicatione, z tenetur officio iudicis rem restituere, sed ipse non est obligatus: vt. C. de alienatio. iudic. mutan. causa facta. l. vnica. Et quod ibi dicitur q possessio parit aduersario in rem: dic, id est parat. Sed hoc fm istud est dubium, vtrum sit obligatus: scio bene q in rei vendicatione possessor non obligatur tali obligatione que sequitur personam z eam afficiat siue rem possideat siue non, sed tamen videtur obligatus, vt ipse teneatur quandiu possidet, vel dolo desijt possidere. Et probo: † sicut rei vendicatio competet contra possidentẽ. C. de aliena. iud. mutan. cau. facta. l. vnica. ita similiter actio de peculio competit contra possidentem, vel eum qui dolo desijt possidere, quod idem puto. ff. de reg. iuris. l. patrem. Item sicut ille qui possidet non condemnatur in rei vendicatione nec dolo desijt possidere, ita in actione de peculio: vt probatur. ff. de rei vendica. l. sin autem. §. officium. C. de alienatio. iudic. mutan. causa facta. l. vnica. q si quis possidet peculium, z det fideiussorem pro peculio, q fideiussor est obligatus. ff. ad Macedonia. l. creditorem. Si ergo fideiussor esset obligatus, ergo ille qui dedit ei erat obligatus: nam fideiussor accedit non sine obligatione, vt ipse sit obligatus. ff. de fideiussorib. l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ergo rei vendicatio, quia idem ius, et cogitaui multoties. Item ad hoc q valeat constitutio requiritur quod sit debitum. ff. de constitu. pecunia. l. j. §. j. z. §. debitum. sed ille qui possidet peculium non potest constituere debitum pro peculio, ergo erat debitum: si erat debitum, erat obligatio, vt. ff. de constitu. pecu. l. j. ad finem. argu. s. eod. in princip. ibi, debetur. Item iste astringitur ad aliud faciendum, scilicet astrictus. ff. de rei vendicatio. l. qui restituere. iussus est obligatus per diffinitionem obligationis, cum sit ius vinciens per quod quis astringitur ad aliquid dandum vel faciendum. s. de obligatio. in princip. vnde credo q sit obligatus ita q persona non sit affecta, vt obligatio consequatur, cum ratione possessionis que petitur, sed personalis non respicit certam rem, sed personam. argu. C. de reb. eccle. l. incendium. z. ff. ad Trebellia. l. j. §. heres ex fundo. Sed sequitur, personam propter rem nõ habet obli-
12 gatam, sed habet obligatum: sicut † ille qui tenetur pro tributis, tamen persona conuenitur que possidet fundum pro fundo, vnde tributa afficiunt fundum nõ personam sicut intelligo. ff. de nego. gestis. l. qui aliena. §. vltimo. z. ff. de publica. z vectigal. z commiss. l. imperato-

res. et hic supponit nu. in libel. nam dicit, peto vt restituas mihi rem meam, quasi sit ad hoc obligatus, al's non veniret in petitione, patebit infra in formatione libelli. ¶ Quero quid requiritur in rei vendicatione ex parte agentis. Dicit gloss. dominium, nam quod dicit glos. se dominum, vt hic z. ff. eodem. l. in rem actio. z intelligo dicit glos. qualitas actionis sequitur qualitatem dominij: vnde qualiter quis est dominus taliter sibi cõpetit rei vendicatio, vnde si est dominus directo z directa sibi competit rei vendicatio, si sit vtiliter dominus, z vtilis sibi competit. Unde dicit gloss. directum dominium requiritur, vel quasi dominium, id est dominium vtile. Habent ergo directam illi qui sunt domini. ff. de rei vendicatione. l. sed in rem actio vtilis. inter quasi dictum. Dicit glossa, vt sunt superficiarij, emphyteotarij, bone fidei emptores, z similes: vt. j. eodem. §. alie. ff. si ager vectigal'. vel emphyteoti. petatur. l. j. §. vltimo. l. j. z. ij. de superficieb. primi responsi. z. §. quod ait. Isti enim non habent directam rei vendicationem, z probatur:
13 nam lex dicit, † q superficiario non competit rei vendicatio, quia domino dari non potest. Intellige de vtili dominio, quia ille est vtiliter dominus, vnde lex illa intelligit de directo. ff. si ager vectigal'. vel emphyteo. peta. l. j. z sic verbum dominij, generaliter prolatum, intelligitur de directo dominio per legem istam. Istis ergo qui vtiliter sunt domini competit vtiliter rei vẽdicatio, z debent facere mentionem de hoc in proponẽdo, quia si se vocarent dominos simpliciter, intelligeretur de directo dominio, per dictam. l. j. ff. si ager vectigal'. vel emphyteo. petatur. z idem dico in eis in quibus non potest esse vere dominium, nam debet fieri mentio ratione iuris cuius agitur: vnde si quis vendicat filium, quia dominium non potest habere in libero homine. ff. de acquiren. possessio. l. eadem. versicu. habe. deberet facere mentionem iuris ratione cuius agit, ne si dicat se dominum intelligatur de directo dominio: vnde adijciat casum de iure quesitum, z idem est in eo qui vendicat rem sacram vel religiosam: vt. ff. de rei vendica. l. j. §. vltimo. sic
14 ergo † vtili domino competit vtilis vendicatio, vt superficiei emphyt. colono a domino modicum tempus, imo plus dicit glos. q illi qui habent publicum, vt bone fidei emphyteo. datur vtilis vendicatio. Istud est contra sententiam doctorum z glos. vbiqz, alibi non est verum q publician. actio non sit causa vtile dominium, sicut indirecta rei vendicat. dominium est causa. z probatur q ille qui habet publicianam, ideo non habet vtile dominium: nam directum dominium excludit publicianam. ff. de public. l. penul. z fin. vbi in causa debet, sed vtile dominium regulariter excludit directum, vt. ff. si ager vectiga. vel emphyteo. peta. l. j. ij. z. iij. ergo ille qui habet vtile dominium, quia iam non excluderetur a vero domino, z ei preferretur, quod lex negat. ff. de publi. l. penul. §. vltimo. z. l. seq. Sed quid requiritur ex parte rei. Dicit glo. possessio, vt hic, vel quasi possessio, vt quia dolo desijt possidere: vt. ff. de interroga. actio. l. qui seruum. §. in iure. z de noxalib. l. electio. §. j. requiritur ergo possessio, vt hic z. C. de alienatio. indic. mutan. causa facta. l. vnica. z intelligo large possessionem pro facultate rei restituende. Nam non requiritur q habeant ius possidendi, sed habeant facultatem rei restituende, vnde sufficit sola detentatio: vt. ff. de rei vendicatione. l. offi-
15 cium. Sed nunquid † ciuiliter tantum possidens tenetur rei vendicatione? Uidetur q non, quia non habet facultatem rei restituende. argu. ff. de rei vendic. l. sin autem. Dico contra, nec debuit dubitari. Casus est. ff. de vsufruc. z quemadmo. quis vtatur. l. cuiuscunqz fundi. §. j. z etiam glos. notat ibi. Et q dicitur q non habet facultatem rei restituende. Dico imo, quia ipse est in fundo, nec propter hoc ipse dicitur possidere naturaliter, quoniam inuenit ab alio iam occupatam, z sic non acquisiuit, vt not. C. de acquiren. possessio. l. licet. a nulla lege autem condemnatur vt restituat quod habet, z ciuilem habet: z si non restituat actio mutatur in possessionẽ bonorum, sic ergo tenetur ille qui possidet vel debet directo, ille autem qui dolo desijt possidere vtiliter.

Item domino directo competit directa, domino utili utilis vendicatio, vel hic sumunt et faciunt istas combi-
16 nationes. Quandoque † rei vendicatio competit directo domino cotra eum qui possidet vel detinet. Quandoque utilis utiliter, ut cum agri dominus cotra eum qui dolo desijt possidere. Quandoque directa utiliter, ut domino directo contra dolo desinentem possidere. Econtra utilis directo contra eum qui possidet vel detinet, ut probatur hic. ff. si ager vectigal. peta. l. j. §. ulti. l. ij. et iij. ff. de rei vendica. l. in rem actio. de superficieb. et §. quod ait. ff. de noxal. l. electio. §. j. melius. ff. de alie. iudic. mutan. cau. facta. l. iij. §. ultimo. unde directa et utilis respiciunt dominum utiliter, directo respiciunt possessorem: sed illa sunt verba magistralia et non legis, imo magis lex videtur dicere contra. quia lex dicit, contra eum qui dolo desijt possidere datur utilis, et non dicit utiliter, ut. ff. de aliena tio. iudic. mutan. cau. facta. l. iij. §. ulti. Sed tamen rationabilis est ista sententia ut domino directo competat directa contra dolo desinentem possidere, quia ex persona actoris ius metitur. ff. si pars heredita. petatur. l. j. §. j. unde esset equum quod propter dolum rei, qui dolo desijt
17 possidere, mutaretur actio actoris. Unde dico † quod domino directo contra illum qui dolo desijt possidere competit directa, id est utilis: sic loquitur. ff. de aliena. iudic. mutan. cau. fac. l. j. et iij. §. ulti. Et potest scire utrum competat directa vel utilis directo, vel utiliter: quoniam si intentetur utilis pro directa, vel utilis directo, vel utiliter, vel contra, item utiliter pro directo, vel econtra succumbit tanquam ineptam actionem proponens. ff. si mensor fal. mod. dixe. l. j. unde si quis habet rei vendicationem, et pro ea intentat directam, succumbit. ff. de rei vendica. l. qui petitorio. Unde si quis dicat se dominum simpliciter, intelligitur de directo dominio, et ideo si habebat utilem succumbit: arg. ff. si ager vecti. l. j. §. ulti. et de rei vendica. l. is qui petitorio. et arg. ff. si mens. falsi. mod. dixe. l. j. unde saltem quo ad immobilia videtur si ipsi vocent se dominos, quod debeant succumbere, quia dicendo se dominos simpliciter, dicunt se dominos directo. C. si ager vectig. peta. l. j. §. ulti. et ipsi non sunt domini directo, predia sua sunt tributoria. C. de public. funct. l. ulti. et sic debent succumbere, quia intentant actionem. ff. de rei vendicat. l. qui petitorio. ff. si mens. fals. mod. dixer. l. j. Dico, imo libellus talis potest excusari, nam ipsi consueti sunt se vocare dominos: et ideo consuetudo loquendi eos ex-
18 cusat, † nam ex communi usu loquendi verba exaudienda sunt. ff. de fund. instruct. et instrumen. leg. l. cum de lanionis. §. asinam molendinariam. ff. de supellect. lega. l. Labeo. imo H. defendit hunc libellum etiam de iureiurando. l. sed et si possessori. §. j. ff. de iureiurã. et dixi. j. §. item si quis postulante. in fi. ¶ Querit dominus meus, ante libellum aliquis non est dominus, petit rem, post datum libellum efficitur dominus, vel post litem contestatam: modo quero, nunquid virtute huius libelli debeat condemnari in re petita? Videtur quod non: quia id quod post litis contestationem accidit, non venit in iudicium ut debeat fieri condemnatio. ff. de iudicijs. l. non potest. ergo dominium post litem contestatam quesitum non veniet in condemnationem. Hugo dicit contrarium, quia sufficit querere post libellum dominium vel lit. cõtest. et hoc tenet glos. quandoque, et probat sic. Ex parte agentis dominium est causa agendi in rei vendicatione. l. in venditione. Item ex parte rei requiritur possessio vel facultas rei restituende: ut. C. de aliena. iud. mutan. cau. fact. l. unica. sed tamen sufficit ut reus condemnetur si possideat tempore sententie, licet non possideret tempore lit. contesta. ff. de rei vendicat. l. si autem. §. item si lites. de pecul. l. quesitum. sufficit ergo in reo possessio quesita post litem contestatam ut condemnetur, ergo sic erit ex parte actoris. Preterea in actore qui agit pignoratitia actione sufficit, sed solvit post litem contestatam pendente iudicio, vel pecuniam obtulit: ut. ff. de pignora. actio. l. si rem. §.
19 ulti. Pignoratitia † actio nascitur demum soluto pretio: ut. ff. de pignora. actio. l. si rem. §. omnis. et l. si solum. et pro hoc dicunt facere decisionem Innocen. iiij. que dicit quod sufficit quod dominium acquirat post litem contesta-tam, signa litis proponũt, rei vendicationem non adiecta causa, sed ubi proponit et queritur dominium post litis contest. ut condemnetur reus, magis est de equitate quam de rigore: sicut loquitur. c. extra de senten. et re iud. ab bate. §. ulti. Credo tamen de iure civili contrarium: quia qui non habet actionem, non experit. ff. de nego. gest. l. si pupillum. §. videamus. et de administ. tuto. l. quoties. §. item si per temporalia. unde et iste non habet actionem, unde non potest agere, et sic processus nullus. arg. ff. usufruc. quemad. ca. l. ulti. Item quia lis debet habere legitimum initium. C. qui dare tuto. pos. l. universis. unde ex quo actor non habet ius agendi tempore litis contesta. non potest litẽ initiare, et ideo non valet quod agitur. Item magis inspicietur ius actoris quam rei, nam ex persona actoris ius metitur, ut. ff. si pars heredi. peta. l. j. §. j. sed ius est ex parte rei quod sufficit ad condemnationem rei, si possideret tempore sententie, licet ante non possedisset, quoniam minor est ex parte rei quam actoris: et ideo licet ex parte rei sit defectus tempore litis contesta. quia non possidet, poterit suppleri si incipit postea possidere, sed et ius agendi colligam ex persona actoris si sit defectus tanquam
20 magnus non potest suppleri. ¶ Item sic † est in personalibus ad id quod accidit post litem contest. non venit in condemnationẽ: ut. ff. de iudi. l. non potest. ergo idem in reali, quia idem ius. ff. ad leg. aquil. l. illud. et illa lex nõ potest habere contrarias. ff. de peti. hered. l. iiij. et. ff. de pecul. l. quesitum. et glos. dicit quod illa loquitur in singularibus, sed secus in universalibus. Sed ego idem per eandem rationem, quia maior defectus ex persona actoris, ex cuius persona ius metitur. ff. si pars here. pe. l. j. §. j. et ideo cũ sit magis causa defectus, non potest preterea per ius de novo quesitum potest litem suppleri: sed secus ex parte rei, quia non est ita magnus defectus, et in eo loquuntur leges contrarie. Respondeo ad argu. quod hic dicitur ff. de pigno. actio. l. si rem. §. ulti. quod potest agere et condemnatur reus, licet post litem queratur ius agẽdi. Dicit glos. aut actor habet ius agendi, et illud venit in iudicio, quasi ex contractu purificato per existentiam conditionis: si autem post litem acquiritur ius agendi, ex causa que sequitur libellum, non venit in iudicium, ut. ff. de iudic. l. non potest. et ibi glos. in fine. magne glos. maxime hodie cum libello dato necesse habeat persistere et intentata actione. C. quomo. et quan. iudex. authen. qui semel. ¶ Item querit dominus meus, et non est improprium hic, quoniam hic tractetur tantum de realibus, unde est extra naturam. Querit ergo quis vult agere actione personali, unde quid requiritur et presentem obligatus, unde etc. nunquid requiritur quod ego petam ea in quibus es mihi obligatus, vel nunquid sufficit quod allegetur tale quid per quod presumatur obligatus, ut in eodem exemplo: Mutuavi tibi decem nec dicã in quibus es mihi obligatus, et si felix fuisti possumus adhuc esse. C. de proba. l. sive possidetis. unde nunquid sufficiat allegare obligationem preteritam vel presentẽ? Dominus meus imponit doc. quod ipsi dicant quod sufficiat allegare presumptam obligationem, id est preteritam que adhuc presumitur esse, sed nunquid vidi istam sententiam doc to. et multum cogita, ubi probat hoc sic. Cũ quis dicit aliquid, et omne illud quod sequitur ex eo, cum ergo ex preterita obligatione sequatur nunc obligatio presumpta, ergo istam videtur allegare. arg. C. de proba. l. sive possidetis. ubi ex eo quod quis probat rem fuisse patris, cuius est heres, et per consequens suã. Credo contrarium, scilicet quod debeat presens obligatio allegari, quoniam non sequitur, fuisti obligatus, ergo tu es: non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse. C. de probatio. l. ad probationem. et l. neque naturalis. Item sicut in re vendicatio, sic et in persona obligatio, sed rei vẽdicatio nõ sufficeret: ut pater meus cuius sum heres fuit dominus rei quã tu tu possides, unde peto ut eam mihi restituas, licet si se allegaret dominũ obtineret si probaret patrem fuisse dominum, ergo similiter non sufficit in personali allegare presumptam quamvis si presens fuisset proposita probaretur pro preterita. C. de proba. l. sive possidetis. unde doctores non dubitãt in reali. Sed miror quare dubitant: nam in

nam in perſonali dicitur ꝙ ſi quis alleget aliquam obli-
gationem, poteſt eam probare ſi ſolutio diuturna pre-
21 ceſſerit, vt in vſuris dicitur. ¶ Sed † nunquid allegare
diuturnam ſolutionem in libello? Gloſſa dicit ꝙ non,
⁊ doctores: vnde gloſſa licet vbi obligatio allegaretur
obligatio poſſet probari per diuturnam ſolutionem pre
cedentem, non tamen ſufficit ad precedẽtem proponere
ſolutionem in libello, vt no. gl. ff. de vſur. l. cum de in rem
verſo. in fine magne gloſ. Unde licet ex ſolutione diutur
na preſumitur obligatio, non tamen ſufficit allegare id
ex quo preſumitur, imo preſumitur quod allegetur pre-
ſumptio, ⁊ credo ꝙ fuit ſententia doctorum. Sed con-
tra hoc oppo. de. l. que multum facit contra, nam lex di-
cit: ſi quis alienat omnia bona ſua, preſumit̃ ꝙ in frau-
dem creditorum, nunquid ſi creditores agant reuoca-
toria, requiritur ꝙ allegent fraudem alienationis? Lex
dicit ꝙ non, imo ſufficit allegare id ex quo preſumitur:
⁊ ſic eſt contra. ff. de his que in fraudem creditorum. l. o-
nes. §. Lucius. Si vellem poſſem me expedire vno verbo
⁊ dicere ꝙ lex contraria loquitur vbi libellus datus fuit
principi. i. libellus ſupplicationis, vnde princeps pro-
pter talem alienationem preſumpſit ibi fraudem, ⁊ con-
ceſſit creditori agere, ſed nos loquimur in libello con-
uentionali, vbi preſumptio non eſt interpretata, vnde
ſecus. Uel dic, ſuppoſito ꝙ ibi loquamur de libello con-
uentionali ꝙ eſt quedam preſumptio iuris, et de iure
que non patitur contrarium per probationem, vt in le-
ge contraria: ⁊ talem ſufficit allegare, quia neceſſe eſt de
iure ita eſſe ſicut preſumit, cum non admittatur contra
legem dicitur iuris propter potentiam ſuam quam ius
ei dedit. Item eſt preſumptio iuris tantum, qua ius pre-
ſumit vnum in vno caſu, ſed loquitur hic, poteſt ita eſſe
vel non eſſe: ⁊ de iſtis preſumptionibus nota. ff. quod me
22 tus cauſa. l. vltima. ¶ Quero † de libello in rei vendica-
tione quomodo formetur, an ſic formetur: dico coram
ram vobis domine iudex ꝙ Titius poſſidet talem rem,
⁊ ſignabo eam melius q̃ potero. argu. ff. de rei vendica.
l. in rem. ⁊ preterea ſum dominus, vel quia pertinet ad
me dominium, vnde peto ꝙ ipſe rem meam mihi reſti-
tuat cum fructibus inde perceptis ⁊ percipiẽdis, ⁊ cum
omni cauſa: ⁊ quia Titius dedit damnum in rem meã
vſq; ad valorem centum libr. peto ab ipſo centum, et
imploro officium veſtrum, vt ad hoc ipſum condemne-
tis, ⁊ certe quantum ad rem reſcriptum poteſt excuſa-
ri, ſed quantum ad fructus non valet. Dominus Ioan.
de blenoſco nititur reprobare libellum Raufre. quan-
tum ad rem, quia quantum ad fructus non valet. Et
primo arguit ꝙ libellus non procedat, nam pro rei ven-
dicatione petuntur corporalia et non incorporalia, vt
hic ⁊. ff. de rei vendica. l. venditio non vt gregis. ſed hic
petitur reſtitutio rei, et reſtitutio eſt res incorporalis,
nam reſtitutio eſt factum, ⁊ facta ſunt incorporalia: vn-
de lex dicit, ꝙ non ſunt in rerum natura, id eſt non poſ-
ſunt tangi. ff. de oper. in rerum natura non ſunt. vnde
male petit. Ad idem, rei vendicatio competit domi-
nis. ff. de rei vendicat. l. in rem actio. ſed aliquis non eſt
dominus reſtitutionis: ergo non poteſt petere reſtitutio
nem pro rei vendicatione, ergo male formatur, vt hic.
Item aliquis poteſt ſtipulari reſtitutionem rei ſue, ⁊ ta-
men poſſet ſtipulari rem ſuam, ⁊ ſic non eſt dominus re-
ſtitutionis: ergo ſi ageret rei vendicatione ad reſtitu-
tionem diceret ſe dominũ, vt hic, ſi ageret ex ſtipulatio-
ne non diceret ſe dominum ⁊ res ſuas non poſſe deberi,
⁊ ſic ad idem diuerſas actiones intentaret, quia diceret
ſe dominum, ⁊ non dominium, vnde eſt ſibi cõtrarius,
⁊ ſic repelleretur, vt. C. de furtis. l. j. ⁊ ſic nõ valet libellus
iſtis ⁊ multis alijs rationibus. Dominus Ioan. impro-
bat Raufr. vnde ipſe format aliter ⁊ dicit ibi ꝙ libellus
23 Ioan. eſt tutus. dicit ergo: ¶ Dico † coram vobis do-
mine iudex ꝙ Titius poſſidet talem rẽ, que eſt mea, vn-
de peto preſentiam veſtram dominum me huius rei de-
clarare me, ⁊ declarato domino peto mihi reſtitui, ⁊ ad
hoc imploro officium veſtrum: et iſte libellus tutus eſt,
de quo in Specul. de actio. ⁊ petit. §. ſequitur nõ ⁊ ſcias.
⁊ de libel. concep. §. f. na. vbi hoc ante non ratione, ⁊ dic
vt ibi licet. Contrarium facit. ff. de procuratori. l. Pom-
ponius. §. ſed ⁊ his. ⁊ quod ibi notatur coniuncta. l. qui
reſtituere. eod. titul. in fine. per conſequens videtur pro-
bari, ꝙ vtroq; modo ſimul in initio ſit formandus li-
bellus plenus libellis ⁊ poſitionibus in directa ⁊ vtili in
titul. de cauſa poſſeſ. ⁊ proprieta. §. ſequitur. Deinde hoc
expedito quero qualiter procedatur contra contuma-
cem in rei vendicatione. Et dic vt. ff. quibus ex cauſis in
poſſeſ. eatur. l. Fulcinius. §. Celſus. ⁊. §. item videamus. ⁊
C. quomodo ⁊ quando iud. l. conſentaneum. ⁊ in Spec.
de contu. §. ſequitur. vbi ſi non agitur ciuiliter. ⁊ de pe. ⁊
ſce. decre. §. reſtat. ⁊. §. iam de effectu. Item qualiter for-
metur in ea ſententia, vide in titu. de ſenten. ⁊ his que. §.
aut a iure. vt ſi non reali: dicit ergo Io. peto me domi-
num declarari ⁊c. per ſententiam, nam ita debet peti di
cit Ioan. quia ſententia conformatur ad libellum, vt. ff.
commu. diuidun. l. vt fundus. debet condemnari in pe-
titione. C. de fideicommiſ. liber. l. vlti. ⁊ dicit ꝙ ſententia
declarat dominum. ff. de rei vendicatio. l. ex diuerſo.
id eſt erat petitum vt declaretur, quoniam ſententia re-
fertur ad acta. C. de ſenten. que ſine cer. quanti. l. iij. ff. de
re iudic. l. in ſumma. Item Ioan. concludit iudici dicen
do per ſententiam me dominum ⁊c. non autem parti di
cẽs, peto te condemnari. ⁊ probat per. §. iſtum, nam hic
dicitur ꝙ non eſt aliquo iure obligatus ille cõtra quem
agitur, ergo non eſt ei concludens, cum nullo iure ſit
obligatus: ⁊ ideo Ioan. dirigit verba ſua ad iudicem, ⁊
concludit iudici, non autem parti, ſed libellus ad Rauf.
poteſt excuſari in re, ſed in fructibus non, ob id quia in
24 rei vendicatione † eſt actio, ⁊ differentia eſt inter actio-
nes ⁊ officium: nam in actione concluditur parti, vt vi-
diſtis. s. eod. in princip. ſed in officio iudicis non, cum ſit
obligatio. argu. ff. de actio. emp. l. qui per colluſionem. §.
vlti. imo concluditur iudici, argu. ff. de damno infec. l. iij.
§. vlti. vbi imploratur iudicis officium, ⁊ ſm̃ hoc intelli-
getis Ioannem ꝙ in rei vendicatione non concluditur
parti, quia non eſt obligatus, ſed iudici ad inſtar offici͛
iudicis: ſed verum eſt ꝙ ſi eſt obligatus iam ſequeretur
ꝙ ille qui tenetur reali non poſſit conſtitui in mora. Sed
videtur ꝙ pupillus poteſt conſtitui, vt qui efficaciter eſt
obligatus. ff. de verborum obligationibus. l. pupillus. et
ſic impediretur effectus more in rei vendicatione, ſcili-
cet quia veniunt fructus, ⁊ tenetur de interitu quod eſt
falſum: nam in rei vendicatione aliquis bene conſtitui-
tur in mora, ergo erat obligatus. argu. ff. de regu. iuris.
l. vbi petitio nulla. ſi certum peta. l. lecta. ff. de verborum
obligationi. l. pupillus. Et ꝙ poſſit conſtitui in mora pro
batur. ff. de rei vendicat. l. item ſi verbaliter. in fine. vnde
dicit, ꝙ bene poteſt concludere parti, ſicut dicit Raufr.
⁊ dicere, peto vt reſtituas, peto te condemnari. Et ꝙ di-
citur hic, non eſt obligatus reus: dico verum eſt vt reſpi
ciat obligatio perſonam ſuam ſicut in perſona, ſed eſt
obligatus vt obligatio reſpiciat perſonam ſuam pro-
pter rem, ⁊ ſic tenetur. Item ad aliud ſententia decla-
rat dominum ⁊ ſententia conformatur petitioni: ergo
petere ſe declarari dominum quia competit condemna
tio rei vt reſtituat rem, vt domino. Si ergo iudex adiu-
dicat actori rem vt domino ṗ cõſequens incidenter di-
cet eum dominum: nam cum ipſe actor petat ſibi reſti-
tui vt domino et ſibi reſtitui iudicat iudex, videtur re-
ferre ſententiam ad petitionem vt iure dominij iſta ſibi
adiudicetur, ⁊ ſic tacite videtur pronunciare de domi-
nio, ſicut ſi vni adiudicetur tacite alij denegatur, cum
duo non poſſint eſſe domini inſolidum. ff. de procurato.
l. Pomponius. §. de his. commoda. l. vt ſi certo. §. ſi duo-
bus vehiculum. Dico ergo ꝙ incidenter queſtio deter-
25 minatur. C. de ordi. iudic. l. j. Item ad † aliud quod dicit
ꝙ rei vendicatio non competit per reſtitutionem que in
corporalis eſt: argumen. ff. de rei vendicatio. l. vendica-
tio non vt gregis. concedo hoc, nec hic competit pro-
pter reſtitutionem, ſed propter rem que ſibi adeſt cuius
eſt ſibi dominus, et eſt res corporalis. Item quod di-
cit, rei vendicatio non competit ad reſtitutionem, quia
non eſt dominus reſtitutionis, cum poſſit illam ſtipu-
lari: ⁊ ſic agendo rei vendicatione dicit ſe dominum,

personali dicit se non dominum, ⁊ sic est contrarius, vn-
de non debet admitti ad petendum idem vijs contra-
rijs. C. de furtis. l. j. Dico aliquid contrarijs vijs potest
petere idem, sed non per eundem modum concludendi,
vnde cum ago ad rei vendicationem, ago ad restitutio-
nem rei vendicatione, ego ago ad restitutionem rei ven
dicatio. per dominum meum ad id, ⁊ sic peto quod
non habeo, quod deest mihi de re mea, scilicet restitutio
nem, sed actione ex stipulatu non ago ratione domi-
nij, sed quia mihi debetur restitutio per stipulationem,
et sic per diuersum modum concluditur in vna: et sic
quantum ad rem libelli Rauf. excluditur vel excusatur,
sed in fructibus non possem excusare: nam cum petat
rem rei vēdicatione ⁊ adijciat in petitione de fructibus,
nec dicit qua actione petat, intelligendum est de ea-
dem qua primo loquitur hic rei vendicatio. argu. ff. de
legatis. j. l. talis scriptura. de verborum obligationib. l.
Titia. §. idem respondit. ⁊ sic videtur petere omnes fru-
ctus perceptos ⁊ percipiendos rei vendicatione. Alij
26 condictione sine causa, cum † ergo proponat hic pro fru
ctibus rei vendic. generaliter non potest excusari qđ pe-
tit simul rem ⁊ fructus ⁊ per eandē actionem, scʒ rei ven
dicatio. ⁊ potest esse: fructus debent peti officio iudicis
vel condictione sine cau. vel rei ven. ⁊ si sic loquitur libel-
lus generalis non concludit in fructibus, arg. ff. de exce-
ptio. l. fundi. ⁊ de hoc per Pet. in. l. certum. C. de rei ven.
Unde dico ꝙ distinguendum est de fructibus, vtrū na-
turales vel industriales. Item vtrum extantes, consum
pti, percepti vel percipiēdi. Item de possessoribus, vtrū
bona fide vel mala: vtrum cum titulo vel sine titulo. Di-
co ergo ꝙ si sint fructus pendentes in fundo, petuntur
rei vend. l. fructus pendentes. quoniam sunt partes fun
di. Aut sunt separati a fundo, ⁊ tūc aut sunt fructus na
turales, vt cerasa, ⁊ poma ⁊ talia, aut extāt aut sunt cō-
sumpti: si extant petuntur rei vend. quoniam nullus bo-
ne fidei possessor facit tales fructus suos. ff. de vsur. l. fru-
ctus. Non obst. ff. de acquir. rer. dom. l. bone fidei. in prin.
vbi dicit ꝙ omnes facit suos bone fidei possessor: ⁊ sic ni-
hil videtur excipere cum dicit omnes. Solut. verbum
omnes exponitur, siue facto suo perceptos siue alieno, ⁊
loquitur de industriali tantū: sic exponit. ff. de vsur. l. qui
scit. §. preterea. ⁊ sic de reb. dub. §. si quis a non domino.
ita soluit. Si ergo extant, vendicantur si sunt cōsumpti,
q̄ bone fidei possessor possidet neqʒ dolo desijt posside-
re, non tenetur: sed q̄ factus est locupletior ex re aliena ⁊
sine causa, tenetur condictione sine causa. ff. si cert. peta.
l. si me ⁊ Titium. ⁊ hoc de naturalibus fructibus. Si au
27 tem † sint fructus industriales, aut sunt extātes, ⁊ sunt
partes fundi, ⁊ sic cum fundo vendicantur: vt. ff. de rei
vend. l. fructus pendentes. Aut sunt separati a fundo,
aut possessor est bone fidei, ⁊ tunc facit suos separando
a solo, siue habet titulum siue non: vt. ff. quib. mod. vsus-
fruct. amitt. si cui. ⁊. ff. fin. regun. l. iiij. §. penul. facit ergo
suos. Tunc distinguo, aut fructus cōsumpsit, ⁊ tunc gl.
dicit ꝙ lucratur consumptos bona fide: credo ꝙ imo te
netur inquantum locupletior, arg. ff. de pet. hered. l. sed
⁊ si lege. §. consuluit. vnde tenetur, ⁊ dicit sine causa ad
id in quo est locupletior. arg. ff. si cert. pet. l. si ⁊ me ⁊ Ti-
tium. ⁊ not. glos. j. de offi. iud. §. illorum. Si autem extāt,
non dentur rei vendicatione, quia facit suos per separa
tionem, vt dixi: sed tenetur officio iudicis, vt. j. de offic.
iudic. in princip. C. de rei vendica. l. certum. §. bone fidei.
Si autem sit male fidei possessor, stantes in fundo tene-
tur restituere cum fundo. ff. de rei vendic. l. cum fructus
pendentes. sed percepti: aut extant, tenetur rei vendica-
tio. alia ꝙ̄ mea, per quam petit rem, quia non facit fru-
ctus suos. C. de rei vendica. l. certum. j. respon. sed de con
sumptis tenetur, cum dicit sine causa. C. de exceptio. l. j.
de percipiendis autem si non habet titulum, tenetur of-
ficio iudicis: vt. j. de offic. iudic. §. illorum. ⁊. ff. de rei ven-
dicatio. l. si quis. §. vlti. ⁊ intelligo ꝙ tenetur de fructibus
quos potuit percipere male fidei possessor, vel ipse domi-
nus: sine autem titulo, tunc dicit glos. excusatur. Intel-
ligo ab his quos dominus posset percipere si forte dili-
gentior possessore est, sed ab his quos potuit percipere

tenetur, quia post litem tenetur de culpa, ⁊ in culpa esset
si non coleret ⁊ perciperet fructus possessionis. ff. de rei
vendic. l. culpa. excusatur ergo propter titulum. C. de rei
vendica. l. fundus. ¶ Fallit dicit glos. in quinqʒ casibus.
¶ Primus est. ff. de his que in frau. credito. l. ait pretor.
§. per hanc. ¶ Item secundo. ff. quod metus cau. l. sed ⁊
per tuas. ¶ Tertio, auť. de non alie. aut permu. reb. ec-
cle. §. si quis igitur emancipa. ¶ Quarto. C. de agrico. ⁊
censi. l. quemadmodū. ¶ Item quinto. C. de fide instru-
men. ⁊ iure haste fisc. l. ij. libr. x. ⁊ tunc cum dicuntur ex il-
lis legibus: vnde ꝑm hos diuersos possessores diuerse cō
petunt actiones, ⁊ ꝑm hoc diuersi formantur libelli, qđ
vide in Specu. de cau. posses. ⁊ proprie. §. sequitur. versic.
fina. ⁊ de his nota. ff. de rei vendica. l. si nauis. §. vlti. s̄. de
re iudic. §. si quis a non domino. C. de rei vend. l. certum.
28 ¶ Item videť † ꝙ libellus non valeat alia ratione, quia
petit fructus, ⁊ non dicit quantum petit de fructibus, ⁊
sic libellus tanquam obscurus non est admittendus. ar-
gu. ff. de iure fisci. l. fiscus. ff. de iureiuran. l. ait pretor. arg.
C. de pactis. l. vt congruum responsum. C. de impuber. ⁊
alijs substi. l. precibus. Dico ꝙ imo, nam vbi actor incer-
tus est propter factum rei, bene admittitur libellus in-
certus: vnde cum hic actor ignoret quantum reus per-
ceperit de fructibus, ⁊ sic est incertus quantum petere
debeat, ⁊ per factum rei bene admittitur libellus, vt pe-
tat generaliter fructus. arg. quorum lega. l. j. §. quod au-
tem. Ioan. de ripario quantum ad causam dico, ante li
tem contesta. venit iure actionis: sed post litem officio iu
dicis. ff. de ediľ. edic. l. ediles. §. item sciendum. Dicit er-
go do. Ioan. de ripario, si petatur damnum datum in
re, ⁊ ante litis contestationem, si sit actio bone fidei ve-
nit illa eadem actio qua res petitur. ff. commoda. l. iij. §. j.
si stricti iuris actio stipulationis si sit stipulatio, aľs de
dolo, vbi est dolus: vt. ff. de dolo. l. ⁊ elegāter. §. non solū.
29 ¶ Item querit do. Ioan. vbi † quis conuenitur rei ven-
dicatiōe. Dicūt doctores si super re immobili vbi res est
vel habet reus domicilium vbi actor, tunc vbi vult licet:
sic loquitur. C. vbi in rem actio. l. j. si super re mobili, vbi
habet reus domicilium tantum, ⁊ non vbi res est: vnde
si conueniretur vbi res est, ⁊ non haberet domicilium,
vel si persona esset suspecta, res sequestraretur. ff. de offi.
presi. l. senatus. ⁊ hoc ipse fecit fieri ante a quodā qui ha-
bebat equum do. Io. ⁊ ille non venit, nolit remittere ad
locum domicilij: ⁊ do. Ioan. petijt cautionem de defen-
dendo, qui cū non daret res fuit sequestrata, tamen ipse
dicit cōueniri tam pro re mobili ꝙ̄ immobili, ⁊ vbi res,
⁊ vbi domicilium, vt. ff. de iudic. l. non alias. ⁊. l. sed ⁊ si su
sceperit. ⁊ hic no. glos. j. §. j. de. l. susceperit. ⁊ ab illo verbo,
quātum ad causam vsqʒ hic, nō est de lectura do. Rauf.
de aricuria, ꝑm do. Ioan. de riparia. Sed nunquid ad-
mittendus esset libellus talis, dico cōtra Titium ꝙ ipse
possidet vel dolo desijt possidere: vnde peto ipsum con-
demnari. Uidetur ꝙ nō, quia alternatio facit incertitu-
dinem: vt. ff. de iniur. l. pretor. §. qđ autem. ergo libellus
tanꝙ̄ obscurus vel incertus non debet recipi. ar. ff. de iu
30 re fisc. l. ita fidei. ¶ Ista questione ego credo ita † dicen-
dum ꝙ actor ab initio non debet ita formare libellum,
sed debet interrogare reum an possideat: si dicat sic, in-
tentat directam, si dicat se non possidere actor, tunc de-
bet videre vtrum possit probare eum possidere, ꝙ si po-
test ratione mendacij fiet de petitore possessor, ⁊ ecōtra,
vt. ff. de rei vendica. l. vlti. Si dicat reus se dolo possidere
desijsse, intētabit dominus directam vtiliter, ⁊ idem do
minus si dicat se desijsse possidere, ⁊ actor possit proba-
re contrarium: sic intelligo. ff. de rei vend. l. qui petitorio.
⁊ si nolit reus respondere, compelleretur remedijs preto
ris. ar. s̄. de suspe. tu. §. vlt. Si autem actor faciat eum cō-
pelli per iudicem, vel etiam ipse reus multa sibi indicta
vel captis pignoribus respōdere non velit, tūc actor po-
poterit formare libellū alternatiue in odium rei, qui non
vult eum certificare: ⁊ sic remanet actor incertus pro-
pter factum rei, ⁊ ideo actor vtramqʒ poterit intentare.
argu. ff. quorum legat. l. j. §. quia autem. Hic adde quod
nota. in Specu. de interroga. que fiunt ante lit. §. j. versi-
culo, sed prius. ¶ Subijcio quasdam cauillationes que
fiunt contra

fiunt cõtra libellos, z expedit eas scire: non vt fiant, sed vt caueatur ab eis. ¶ Prima ergo cauillatio est ne quis condemnetur in rei vendicatione: pone, actor dat reo libellum in rei vendicatione directo dicens se dominum, si reus videt se in causa cõdemnationis vt post litem faciat quod desinat possidere: z sic non tenetur modo directo, sed vtiliter, vnde non poterit condemnari virtute
31 libelli huius. Nam † libellus datus est in directa actione directo, z iste tenetur vtiliter, z sententia debet conformari libello. ff. commu. diui. l. vt fundus. C. de fideicommis. liberta. l. vlti. Cum ergo datus est in directa, ergo libellus debet cõformari, z ita in directa: z ita contra. nũquid ergo valet. §. nunc. de interroga. vbi pone z vsq; ecce nisi ponitur remedium collusionem dico ꝙ non: nam cum ex dolo suo non debeat lucrari. C. de lega. l. legatarius vero. ius actorũ debeat mutari propter rei contingentis mutationem post litem. Dic ꝙ damnabitur in directa rei vendicatione: vel sic intentata contra eum qui dolo desijt possidere z nõ condemnaretur, dico damnatur primus in directa non obstante, z sic videtur ꝙ teneretur directa. argu. ff. de rei vendica. l. qui petitorio. vnde ex eisdem actionibus damnatur, vt. ff. de rei vendic. l. item si verberatum. §. vlti. cum. l. sequen. Item probatur, cum seruus delinquit dominus tenetur noxaliter pro delicto serui, z tenetur dominus vtili noxali: seruus autem factus liber tenetur directa, nam noxa caput sequitur, vt. j. de noxalib. §. omnis autem noxalis. z §. sunt autem. z. §. ex diuerso. vbi noxa fit directa, quia seruus fit liber, vtilis tollitur, vnde dominus liberatur
32 j. de noxali. §. sin autem in alterius. ¶ Pone ergo † dominus conuenitur vtili noxali, quia dominus commisit furtum, lis contestatur contra dominum, dominus lite contestata moritur instituto seruo libero z herede, z sic noxa fit directa: modo queritur, nunquid debet seruus nomine defuncti damnari, ex quo lis erat contesta. nunquid ageretur directa actione, scilicet furti: z sic cõdẽnaretur seruus nomine suo z erit infectus? Lex dicit ꝙ imo damnatur inutili nomine domini cui succedit, quia vtilis per litem fuit contestata, z ideo non tolleretur per directam: sic dico. ar. huius. ff. de his qui notan. infa. l. seruus. Sed tu dices z ipse possidere desinet post libellum datum ante litem contesta. z sic non damnabitur, z sic potest dubitari: sed dico si possit constare ꝙ fecerit dolo, si dolus non prodest, sicut nec illi qui tenentur soluere certo loco, si non soluant eo loco tempore debito, tenentur vbiq; loco. vel aliquo idoneo loco, ne fit in potestate sua ne nunꝙ soluat: sic dic hic, ne fit in potestate eius, qui post libellum desinit possidere, vbi conuenitur directo, vel incipit vtiliter possidere, nunquid condemnaret̃ de libello dato: vt. ff. de eo qd cer. loc. l. j. Item quia habet persistere in causa post libellum. j. quomodo
33 z quando iud. authen. qui semel. ¶ Secunda † cauillatio est ista, ꝙ de iure publicatis attestationibus non producuntur testes propter timorem subornationis: vt authen. de testibus. §. quia vero sepe. quam habemus. C. de probatio. auf. qui semel. Et est verum, nisi ad reprobandum testes, vt. C. de testib. l. si quis testibus. z authen. qui semel. hoc supposito actor petit rem z probat se dominũ: videns reus ꝙ actor probauit contra eum dicit aduocato suo ꝙ habet testes ad probandum se dominum, dicit aduocatus, bene faciam admitti eos nisi obstante ꝙ dicta testium sunt publicata, et post publicationem possunt produci testes ad reprobandum primos testes, vt primi deposuerunt actionem domini, z tui deponẽt te dominum, dicit aduocatus reo, z sic per consequens dixerunt falsum: nam duo non possunt esse domini insolidum eiusdem rei. ff. commoda. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. z si primi dixerũt actorem dominum z z reus probet se dominum, ergo testes actoris dixerunt falsum: z sic poterunt produci testes rei ad probandum ꝙ reus sit dominus. z per hoc argumen. probatur ꝙ actor non est dominus. ff. de procura. l. Pomponius. §. de his. ergo ex quo non est dominus, testes sui dixerunt falsum, qui dixerunt se esse dominum, z sic reprobantur, nunquid permittentur produci post publicationem ad reprobandum testes, z per hoc improbãtur ꝙ reus probatur dominus, z sic videretur admitti. argu. C. de testi. l. vt testibus. auf. de testib. §. quia vero. C. de probationi. auf. qui semel. z argu. ff. de procura. l. Pomponius. §. de his. ff. commodati. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum.
34 ¶ Dominus meus dicit contrariũ, † quoniam non potest post publicationem producere super questione principali, vel super incidenti, vt in dictis legibus. Et ratio, quia in his que spectant ad causam principalem potuit sibi prouidere, si non fecit, sibi imputet si amplius non audiatur: z non debet concedi vna via quod alia prohibetur, ne appareat via fraudandi. ff. de tuto. z cura. dat. ab his. l. scire oportet. §. j. Et ideo quia ista questio tãgit illud quod probatum est, z potuit sibi reus prouidere, non auditur propter timorem subornationis: vt dictis legibus. C. de testib. l. vt testibus. z dictis authen. sed in illis in quibus reus non potuit sibi prouidere, vt cum deponunt de contractu celebrato certo loco et certa die, quantum ad diem vel locum non potuit sibi prouidere, quoniam hoc prouenit z dependet ex dicto testium, vt C. de contrahen. z committen. stipul. l. optimam. ¶ Sequitur tertia cauillatio: pone, aliquis producit testes ad probandum ꝙ vsucepit rem triennio, quod opponunt
35 ꝙ non valet testimonium: nam aut testes † deponunt de naturali possessione, z nihil ad propositum, quia illa non prodest ad vsucapionem, vt. ff. de acquiren. rerum domi. l. acquirenda. §. vlti. quia illa lex dicit, vsufructuarius non vsucapit, quia nõ possidet propter naturalem, quia vsufructuarius habet naturalem, vt. ff. de acquir. pos. l. naturaliter vnde. l. loquitur. non possidet, id est ciuiliter, z sic naturalis possessio non equiparatur ad vsucapionem. Aut deponunt ciuiliter, z sic ista consistit in animo, quoniam solus deus nouit corda: vt. ff. ad Trebellia. l. quia poterat. Itẽ ꝙ dicunt ꝙ possidet triennio continue, quia requiritur continua, quia non potuerunt superesse, secus, imo dormierunt, z sic nesciunt vtrum continue possedit: dico ꝙ non valet, quia bene deponũt. Qd tu dicis ꝙ non deponunt de ciuili, quia est in animo, z sic ipsi non possunt scire: dico imo ex quo actor insistebat fundo z colebat, presumitur ꝙ animo possidendi, z sic per exteriora iudicatur de animo. Item si quis dixerit verba que sonant iniuriam, videtur dixisse animo iniuriandi. C. de iniur. l. si non conuitij. ff. ad leg. cornel. de sica. l. vlti. s. de rerum diuisio. §. pauonum. z. §. gallinarum. Item quod dicunt ꝙ requiritur in vsu continuatio, non possunt scire, quia non semper fuerunt cum actore cum dormiunt z comedunt, z sic non erant semper cum actore in fundo, vnde non possunt scire de continuatione. Dico ꝙ imo, quia sicut humana natura scire permittit viderunt eum super debito insistente fundo z colere. ar. ff. de edil. edic. l. si venditor. z auf. quomodo opor. episco. z ceter. cler. ad ordi. perdu. §. sed neq;. vbi petitur si quis ordinandus est sit ne dignus. Et respondet̃
36 ꝙ sic, sicut humana fragilitas nosse zc. ¶ † Preterea aliquis non presumitur iactare suum. ff. de proba. l. cum de indebito. cum ergo probatur possedisse, presumitur ꝙ semper retinuerit suo animo: quod potest facere. C. de acqui. posses. l. j. hic vide Pe. C. de alie. iudic. mutan. cau. facta. l. vnica. z in omnibus allegationibus quas. s. feci. In hoc. §. vide aliqua per Pet. C. de seruI. l. j. z. ij.

Summarium.

1 Confessoria ei qui seruitutem deberi dicit, competit: negatoria vero, ei qui debere se inficiatur.
2 Seruitutes personales que dicantur.
Seruitutes reales que sint, z quare reales vocentur.
3 Seruitus an a domino habeatur in seruo.
Seruitutes rustice que sint.
4 Predium vrbanum quod ad solũ attinet rusticum est, quod vero ad superficiem vrbanum.
5 Vsusfructus, vsus et habitatio, sunt seruitutes personales.
6 Verba sm materiam subiectam interpretationem re-

cipiunt.
7 Seruitutes personales tres tantum in iure reperiūtur, licet alie quedam sunt innominate.
8 Seruitus an sit dicenda qua quis edes suas altius tollere tenetur, aut non tenetur.
9 Tollere domum altius an sit seruitus.
10 Seruitus oneris ferendi que sit, ⁊ qualiter differat ab alijs seruitutibus.
11 Confessio in iure duobus modis capi potest.
12 Seruitus altius non tollendi, pro qua quis agit confessoria, quibus verbis proponatur.
13 Filia nullam habens contradicendi causam, presumitur patri consentire agenti de dote sibi communi.
14 Confessoria cui competat, ⁊ pro quibus seruitutibus.
15 Actio directa sic nomine fundi pro seruitute reali domino directo competit, quemadmodum in rei vendicatione domino directo competit eadem directa.
16 Confessoria contra quem competere dicatur.
17 Actiones reales aduersus eum qui possidet vel quasi, in rei vendicationis similitudinem competunt.
18 Corporalia quo differant signo ab incorporalibus.
19 Possessio corporalis per traditionem seu inductionem acquiritur, ⁊ ablatione seu exclusione amittitur.
20 Confessoria actione cōueniri potest, qui aliquem sua seruitute vti prohibet.
21 Confessoria actio pro quibus rebus detur.
22 Libellus in confessoria actione qualiter formandus: et nume. 25.
23 Seruitus itineris in alieno fundo quanto tempore queri possit.
24 Usufructuarius omnes fructus suos facit, etiam si nō indigeat.
26 Seruitus oneris sustinendi qua actione petatur.
27 Judex de iure futuro cognoscere potest, quod dependet ex presenti.
28 Traditio plena in rebus incorporalibus fieri nequit.
29 Seruitus itineris qualiter probari possit.
30 Obligatus nemo presumitur nisi probetur.
31 Uitiato e duobus altero non vitiatur reliquum, si alterum absq̧ altero stare possit.
32 Priuilegia seu concessiones latam interpretationem recipiunt.
33 Obligatio defuncti non mutatur ex persona heredum.

Eque si agat. ¶ Dictū est superius de actione reali que compe-
tit pro rebus corporalibus, vt. s. dixi. proxi. §. ff. de rei vē-
dica. l. vendicatio. s. de rei vend. ⁊ quia pro rebus incor-
poralibus etiam cōpetunt actiones reales: ⁊ ideo subij-
citur iste. §. in quo tractat de rebus incorporalibus pro
quibus datur actio in rem, scilicet de seruitutibus que
sunt res incorporales. insti. de reb. corp. ⁊ incor. §. j. ¶ Et
sciendum est ꝙ quedam sunt seruitutes personales, que-
dam reales: primo tractat de personalibus. Item inter
reales, alie vrbane, alie rusticane: primo de rusticis, secū-
do de vrbanis. Item quia quedam est actio que compe-
tit ei qui negat se debere seruitutem, ⁊ vocatur negato-
ria: primo tractatur de actione reali, que cōpetit illi qui
petit seruitutem, que vocatur cōfessoria, ⁊ de ista tracta
tur in isto. §. vsq̧ ad fi. §. ⁊ cōtra. alij habēt econtra. Tra
ctatur ergo de seruitutibus tam personalibus q̃ reali-
1 bus: item tam vrbanis q̃ rusticis, ⁊ pro † istis datur cō-
fessoria illi qui dicit seruitutem deberi. Item negatoria
illi qui negat debere: vt. ff. si serui. vend. l. ij. in princ. vnde
sic vocantur, et quare, videbitis. j. Sic ergo datur pro
rebus incorporalibus, vt pro seruitu. actio in rem, tamē
non est vendicatio: tractat ergo hic de seruitutibus per
sonalibus primo, secūdo de realibus. Pone ergo de per
sonali primo: Titius habet ius vtendi fruendi fundo vi
cini vel in edibus, vel habet ius eundi agendi per fundū
vicini, vel aquam ducendi: cum Titius vult vti seruitu-
te sibi debita, vicinus impedit eum ⁊ non permittit vti,
queritur qua actione succurratur Titio. ¶ Dicit Im-
perator ꝙ datur actio in rem que vocat̃ confessoria per
quam petet seruitutem debitam: ⁊ hoc verum est si ha-
bet personalem seruitutem, vt vsumfructū in fundo ru-
stico, vel predio vrbano, vel ecclesia habet seruitutē realē
rusticam. Sed nunquid idē erit in seruitute altius tollen
di edes suas, prospiciendi, prohibēdi, tignū immittendi
in vicinas edes? Et certe dicit̃ ꝙ sic hic, vsq̧ ad. §. econ
tra. hic ergo tractat̃ de personalibus. Sed quero quare
dicuntur personales. Dato ꝙ debentur persone, vnde
licet reperiatur res que seruit, tamen magis inspicitur
persona cui debet q̃ res que debet: nam persona se ha-
bet per modum agentis, res vero per modum patiētis:
⁊ ideo magis inspicitur persona cui debetur, vel ab ea
vocetur personalis, q̃ res que debetur: vt. ff. de serui. ru-
stic. pred. l. j. Preterea ista extinguitur cum persona, sed
reales sunt perpetue: vt. ff. de seruituti. l. seruitutes. ij.
2 ¶ Que † sunt seruitutes personales? Dicit Jo. vsusfru
ctus, vsus ⁊ habitatio, ⁊ in istis plurimū inspicitur indi-
gentia si potest percipere, nec habet ius percipiendi fru-
ctus ⁊ vtendi: vt. s. de vsu ⁊ habita. §. vnius. sed in vsu-
fructu vsufructuarius facit fructus suos omnes, licet
omnibus non indigeat. ff. de vsufru. l. vsufructu legato.
in princip. ⁊ l. item si fundus. in princip. Item sunt que-
dam seruitutes reales, quia vna res debet seruitutē rei:
⁊ dicuntur reales, quoniam debentur a re rei, ⁊ in illis
inspicitur indigentia rei cui debetur seruitus, ⁊ ꝭm indi-
gentiam rei dominus potest vti seruitute, vt. ff. de serui.
rustic. predio. l. certo generi. in fin. Sunt ergo seruitutes
personales, vt vsusfructus, vsus ⁊ habitatio. Item sunt
reales, vt ille que debentur. Dicit glos. sunt ⁊ alie quedā:
nam dominus habet seruitutem in seruo suo, ⁊ sic est ser
uitus debita a re persone, vt in vsufructu ⁊ vsu, ⁊ de his
ponit hic exemplum in prin. Est ⁊ alia a re rei, ⁊ de rea-
libus: et de istis dicitur similiter in. §. inter. Et est tertia
seruitus que debetur persone, vt a seruo domino, et de
ista non loquitur hic: ⁊ ista dicitur personalis, quoniam
debetur persone, vt domino, ⁊ a persona, vt a seruo, sed
3 de ista non curo, sed de ipsa in. §. preiudiciales. ¶ † Du-
bium tamen est vtrum sit seruitus. Uidetur ꝙ non: quo
niam seruus est domini: ⁊ in re sua aliquis nō habet ser-
uitutem. ff. si vsusfr. pet. vel ad alium pertinere negetur.
circa princip. Item dicit glos. ꝙ debetur a persona, vt a
seruo: non est verum, quoniam interpretatione iuris ci-
uilis seruus nihil est, vt. ff. de reg. iur. l. quod attinet. Un-
de dic ꝙ non est seruitus que debet̃ ex persona rei, vt. ff.
de annu. lega. l. Titia. ⁊ de condi. ⁊ demonstra. l. Lucius
Titius. Habemus ergo ꝙ differunt personales a reali-
bus: quia personales debentur a personis, sed reales re-
bus ⁊ a rebus. Item differunt reales inter se, quoniam
alie sunt rustice, alie vrbane: vt. ff. de serui. rust. pred. ⁊ de
serui. vrb. pred. ⁊. ff. si ser. vend. l. j. ⁊ dicuntur rustice, quia
debentur rusticis predijs, vt. ff. de serui. rust. pred. l. j. ⁊. ij.
Item vrbane, que debentur vrbanis, vt. ff. de serui. vrb.
pred. per totum: ⁊ sic denunciantur rustice vel vrbane a
re cui debentur. Caue tamen: nam potest esse seruitus vr
4 banorum prediorum, ⁊ tamen erit rustica. In † vrbano
predio duo sunt, scilicet solum ⁊ superficies: respectu soli
est rusticū, respectu superficiei est vrbanum. Dico ergo
si quis cōstituerit seruitutem eundi de fundo suo ad do-
mum meam, licet debeatur vrbano predio, vtpote do-
mo, quia tamen ista seruitus magis respicit solum qđ est
rusticum, dicet̃ rustica seruitus: nam si magis respiciat
solum q̃ superficiē, dicetur rustica, sicut fundus, vt po-
nitur hic exemplum eundi per fundum in seruitute ru-
stica ibi, vel per fundum vicini eundi: cum magis respi-
cit solum q̃ superficiem: vnde lex dicit de vrbana serui-
tute, seruitus que in superficie: vt. ff. de serui. vrba. pred. l.
seruitus que in superficie. quasi dicat: seruitutes que re-
spiciunt superficiem, vt tigni immittēdi, luminibus non
officiendi ⁊c. vnde cū respicit superficiē, vel equaliter su-
perficiem, iudicantur vrbana. Si autem respiciunt tan-
tum solum, licet debeantur vrbano predio, dicuntur ru-
stice, ⁊ ideo an constituatur seruitus in eis, ⁊ illa serui-
tus respiciat solum, quāuis sublate sint vinee eque sunt
superficies, tamē ex quo remanet solum qđ seruitus illa
respicit, manebit seruitus: sic intelligo. ff. de ser. ru. pre. l.
certo generi agrorū. Item per Azo in sum. C. de ser. §. j.
¶ Tractatur

¶ Tractatur ergo hic de psonali seruitute, ꝛ primo de illa ponit exemplū, scilicet vtendi fruendi in fundo vicini, vel in edibus. ¶ Secundo ponit exemplum de reali, ꝛ primo de rustica: vt ire per fundum vicini, ꝛ alia exempla, vel per fundum ꝛc. vsqꝫ ad ver. eiusdem generis ꝛc. ¶ Ponit ergo in prin. §. exemplum de seruitutibus per
5 sonalibus, vt † de vsufr. ꝛ vsu etiam cum dicit, in fundo, in habitatione, cum dicit, vel edibus: nam iste sunt seruitutes personales. Unde dicit gl. Jo. ꝙ aliter nō potest dici seruitus personalis, nec ponit exēplū de personali, nisi in istis tribus, scꝫ vsufructu, ꝛ vsu, ꝛ habitatione: quoniam plures non reperiuntur, vt. ff. de vsufru. l. si quis binas edes. vel vnas edes. ff. de vsu ꝛ ha. ꝛ. ꝺ. de vsufr. ꝛ vsu ꝛ habi. non sunt ergo plures seruitutes personales nisi iste. Hinc est ꝙ Jo. dicit ꝙ si quis permittat mihi capere poma in suo pomerio, vel me patiatur ire spatiatū per virgultum suum vel pratum, vel mihi constituat ius pascendi pecora in suo, ꝙ non erit seruitus: quoniā non est realis, quia non debet̄ ei. Item nec personalis, cum non reperiantur nisi tres, scꝫ vsusfructus, vsus, ꝛ habitatio: qꝺ ergo dicit Jo. nō erit seruitus, sed erit ius personale, vnde aget ex sua promissione ille cui tale ius cōstituitur ꝛ promittitur, sic intelligit Jo. ff. de serui. ti. gene. l. vt pomū. de ser. rust. pre. l. pecoris. de vsufr. l. si quis binas edes. vel vnas. ꝛ ibi plene tractatur de hoc, ꝛ ibi approbat gl. sententiam Jo. Alij vt Mar. dicunt contrariū, ꝛ verius etiam dicunt ꝙ est seruitus personalis: nam consistit in patientia sicut alie seruitutes. ar. ff. de serui. l. quoties. de ser. leg. l. alia. Preterea de istis tractatur tit. de serui. ꝛ sic
6 interpretat̄ quid sit seruitus: qꝛ † verba sunt interpretāda penes materiam. ff. loca. l. si vno. ff. de vsur. l. si stipulatus. in prin. ar. ff. de vsufr. l. si quis binas edes. vbi de talibus tractat̄: ꝛ ibi de hoc plene no. Et qꝺ dicitur. ff. de serui. l. vt pomum. de ser. rust. pre. l. pecoris. ꝙ non sunt seruitutes, verum est reales, sed personales sic: ꝛ qꝺ dicit Jo. ꝙ nō sunt personales, quia iura tractāt de tribus tantū vsufructu, de vsu ꝛ habitatione, ꝛ sic non plures, dico
7 verum est † ꝙ non sunt plures seruitutes personales, sed sunt innominate, vt dum dico: si aliquis permittit mihi capere plaustrum lignorum in nemore suo quolibet anno, erit seruitus personalis innominata. Hāc opi. tenet P. per. l. mella. §. fi. ff. de ali. leg. ꝛ ibi dixi. Azo concor. cū Jo. in. d. summa. §. pecoris. ꝛ est vtilitas vtrum sit seruitus vel non: quoniam si sit seruitus personalis, habet cōfessoriam in rem, vt hic, qꝺ competit pro personali seruitute. ff. si vsuf. pe. l. vti frui. §. vtrū. ꝛ. l. seq. §. sicut fructuario. si ergo impediretur competeret ei cōfessoria contra possessorem. ff. si vsuf. pe. l. vti frui. §. vtrum. ꝛ ille dicitur possidere qui impedit seruitutē. ff. si ser. ven. l. si quis diuturno. §. vlti. poterit ergo agere contra quemlibet impedientem, si autē non sit seruitus sed obligatio personalis, vt dicit Jo. arg. ff. de ver. obli. l. si sic stipulatur. non aget confessoria contra quēlibet sed solum contra promittentem, quoniam obligatio personalis non egreditur personam obligatam, vt. C. de don. l. cum tres. C. pro soc. l. ij. ¶ Sequitur de exemplis, de realibus seruitutibus ꝛ de vrbanis, vt altius tollēdi: si ergo supponit hic ꝙ quis habeat in re seruit. domum suam eleuare ꝛ cōtradico ei, op
8 ponitur quandoqꝫ † ꝙ aliquis domū suam tollat altius non est seruitus sed potius libertas, nam quilibet qui nō debet seruitutem altius non tollendi, potest eleuare domum suam vsqꝫ ad nubes: quoniā cuius est solum, eius est aer vsqꝫ ad celum superius, vnde super ꝛ. j. nostrū est: vt. ff. de ser. titu. gene. l. vlti. ff. quod vi aut clam. l. vlti. ꝛ sic non est seruitus tollere altius domum, sed potius libertas: vt. C. de ser. ꝛ aqua. l. altius. Sol. dicunt quidam, verum est ꝙ tollere domum non est seruitus sed libertas, ꝛ ideo istud nō est exēplum confessorie actionis sed potius negatorie, quia negatoria actio cōpetit domino, qui nō debet seruitutem, ꝛ prohibetur altius tollere, vt sub predictis. ll. ꝛ sic est exēplum. §. j. ꝛ. ꝺ. ꝛ. j. est exemplum istius §. scilicet altius nō tollere: nam si quis debet seruitutem altius non tollendi domum, ꝛ vult tollere altius prohibetur per confessoriam, ꝛ sic ibi ponitur exemplum huius §. arg. ff. si ser. vend. l. ꝛ si forte. §. j. Ista non placet glos. ꝛ merito: nam hic tractatur de confessoria actione, ꝛ ponit exempla. Non est enim verisimile ꝙ cum tractet hic Imperator de confessoria poneret exēplum de negatoria. ꝛ. j. tractaret de negatoria ꝛ poneret exēplum de cōfessoria, vnde talis commistio reputatur absurda: nam si esset quedam intricatio, ꝛ leges debent esse clare ꝛ de nouo cod. cum sit vna constitu. circa medium. ꝛ ideo gl.
9 bene dicit ꝙ hic ponit exemplum de confessoria. Et † qꝺ dicitur ꝙ altius tollere nō est seruitus, dico verum cum quis extollit iure suo ꝛ voluntarie, sed dico qꝺ potest esse seruitus: nam pone ꝙ habeo domum que habet nimiū lumen solis, possum facere vt extollas domū tuam ante meam, vt sol non veniat in meam, vel si domus mea est opaca vel vmbrosa, ꝛ sol non lucet in ea, quia est contra solem, ꝛ tu habes domum versus solem ꝛ nolo vt tu eleues domum vt sic soluas ad parietem tuū: ꝛ ex refectione parietis voluatur domus mea ꝛ fiat lucida: ꝛ ideo facio vt constituas seruitutem altius tollendi, dico qꝺ est seruitus, ꝛ petitur per confessoriā: ꝛ possunt plura exempla poni, ꝛ probatur ꝙ seruitus etiam competat confessoria. ff. de serui. vrba. pred. l. si arborem. ꝛ. l. eum debere. ¶ Sequitur aliud exemplum confessorie, scilicet prospiciendi: nam aliquis potest habere seruitutem vt liceat sibi prospicere de domo sua in domum vicini, et vicinus nō potest edificare ita ꝙ noceat prospectui, al's vicinus posset edificare si vellet, ex quo non debet seruitutem, vt ff. de ser. vrb. pred. l. quod meo. ¶ Sequitur, vel proijciendi aliquid in domum vicini vt stillicidium: ꝛ potest edificare, ita tamen ꝙ possit semper stillicidium recipere. Itē aliud est stillicidium, scilicet tigni immittendi: vnde possum habere seruitutem oneris ferendi de domo mea in
10 tuam. ff. de serui. vrb. pred. l. meum. ꝛ † ista seruitus oneris ferendi differt ab alijs, quoniam alie seruitutes consistunt in patientia, vt. ff. de seruit. l. quoties. sed ista non solum consistit in patientia, imo possum compellere socium vt reficiat parietem suum, vt possit sustinere tignū onera domus mee: vt. ff. si serui. vendic. l. sicut refectio. §. competit. ꝛ. §. distant. ¶ Tractatur hic de confessoria. ¶ Primo, quare sic dicatur. ¶ Secundo, cui cōpetat. ¶ Tertio, contra quem. ¶ Quarto, ad quid. ¶ Quinto, qꝺ venit in ea. ¶ Sexto, de formatione libelli. ¶ Septimo, de quibusdam cauillationibus que fiunt contra libellum. ¶ Respōdeo ad primum, ꝛ quero qualiter iste actiones dicunt̄ negatoria ꝛ confessoria: vt. ff. si ser. ven.
11 l. ij. Et debetis scire † ꝙ cōfessio accipit̄ dupliciter in iure, vno modo sumit̄ per actionem que competit ex cōfessione facta in iudicio, ꝛ dicit̄ in confessoria: vt. ff. ad le. aqui. l. proinde. §. vlti. cū. l. seq. ꝛ de tali cōfessione nihil ad presens, quia illa personalis, at nos loquimur de realibus. Item est alia confessoria que cōpetit vbi quis habet seruitutem, ꝛ impeditur vti seruitute tali, competit ei confessoria, ꝛ est realis: ꝛ de tali loquitur hic ꝛ. ff. si ser. vend. l. ij. nec est inconueniens ꝙ pro diuersis rebus actiones competentes vocentur eodem nomine, quoniam plura sunt negotia ꝙ vocabula, ꝛ sic necesse fuit vno nomine nominare plura negotia, vt. ff. de prescrip. ver. l. natura rerum. ¶ Primo igitur quero quare dicatur confessoria. Dicit Plac. quia proponitur verbis affirmatiuis, dicendo: Dico me habere ius eundi agendi, ꝛ est negatio: aut proponitur verbis negatiuis, vt nego te habere ius eundi. ꝛ est glos. ꝛ Azo in summa. C. de vsufru. §. ꝛ est autem. Reprobat Placen. nam dicit glos. responsio debet esse ita generalis vt conueniat cuilibet exēplo actio
12 nis. Sed ego video † ꝙ seruitus altius non tollendi, pro qua quis agere potest confessoria, potest proponi verbis negatiuis: vt. ff. de ope. no. nuncia. l. si prius. quoniam dicit se habere ius vt vicinus non eleuet domum suam: ꝛ sic ratio Pla. non habet locum in isto exemplo pro confessoria. Item in negatoria cum quis negat vicinum habere ius vt domum suam sibi liceat eleuare, ꝛ sic proponit verbis affirmatiuis, cum dicit: nego illum habere domum meam eleuatam, ꝛ sic ratio Placentini non competit pro omnibus exemplis confessorie ꝛ negatorie, ꝛ ideo tanquam insufficiēs reprobatur. Sed certe non est efficax reprehēsio: quoniam Placen. dicit hic, quoniam

in pluribus causis proponitur verbis affirmatiuis ⁊ nõ
se retulit ad vnũ casum.arg.ff.de legi.l.nam ad ea.Dicit
ergo glo.nos debemus respicere rationem qua inducat
aliquid,vnde dico ꝙ confessoria inducit vt aduersarius
cõfiteatur se habere debere seruitutem,negatoria vt ne
get se habere debere:⁊ ideo dicit glo.vocatur cõfessoria,
quia per eam inducitur aduersarius cõfiteri seruitutem
debere. Sed tu dices,imo nõ confitetur:⁊ sic non debet
dici confessoria.Dico imo,quia licet non confiteatur,ta
men ad hoc agitur,vnde inspicitur id ad qd agitur:hoc
est,si certum deducitur in stipulatione, agitur certi cõdi
ctio.si incertũ,agatur ex stipulatione:vt.s.de ver.obl.§.j.
Preterea ex quo condemnatus est in confessoria,nec est
appellatũ,habet necesse stare sentẽtie:vnde cõfiteri vide
13 tur,cum non habeat causam contradicendi, sicut † filia
videtur consentire patri agenti actione de dote cõmuni
patri ⁊ filie,si filia non habet causam contradicendi, vt
ff.sol.ma.l.ij.§.voluntate.⁊.l.dotem. ⁊ nũc apparet ꝙ nõ
habet causam contradicendi per sentẽtiam que lata est
cõtra eũ,⁊ ista sententia est vera.Similiter sentẽtia Pla.
est bona,nam ex persona actoris ius metimur. ff.si pars
he.pet.l.j.§.j.vnde cũ petat se habere seruitutẽ ⁊ affirmet
siue verbis negatiuis siue affirmatiuis dicit confessoria,
quia confitet sibi deberi seruitutem,nec negatio q̃ repe
ritur in verbis propositis cum dicit, debes seruitutẽ al
tius non tollendi,refert ad suã propositionẽ seu affirma
tionem,sed ad modũ seruitutis vel qualitatẽ:sed si nega
tio refert ad suã propositionẽ,si dicat,dico se nõ habere
ius,dico ꝙ talis negatio facit ꝙ sit negatoria, vt sic qua
litas seruitutis declaret verbis affirmatiuis, verbi gra
tia:cũ dico,non habes ius altius tollendi in domo mea,
14 nõ curo.¶ † Scdo quero,cui competit cõfessoria pro ser
uitutibus personalibus , ⁊ ista cõpetit, vel quibus com
petit, vel quibus seruitus personalis cõstituta est domi
no directo: si autem domino vtili vt emphyteoticario,
sibi competit vtilis,vt.ff.si vsufr.pet.l.vti frui.§. vtrum.
⁊.l.fructuario.§.sicut.Si autẽ sit realis, dico ꝙ debetur
directo domino fundi, ⁊ nomine fundi sui, nam fundo
debetur seruitus realis: vnde lex dicit ꝙ sentẽtia fertur
fundo.ff.de pub.⁊ vect.⁊ commis.l.imperatores.de neg.
gest.l.qui aliena.§.vlt.Item fundus debet:vt. ff. si serui.
ven.l.⁊ si forte.§.j.ad fi. ⁊.§.hec autem actio. ⁊ ideo in rẽ
magis est q̃ in personam.Si cõpetit domino fundi, no
mine fundi:vt.ff.si serui.vend.l.⁊ si forte.§. hec autem a
ctio.⁊ ideo dicuntur in rem,quia respiciunt rem nõ per
sonam domini. Dico ergo iste actiones reales etiam cõ
petunt pro incorporalibus: vnde dico, sicut illa ratione
dominij vel quasi datur,ita similiter ista,vt.ff.si ser. ven.
15 l.ij.§.hec autem.Unde † dico,sicut in reivendicatione il
li qui est directo dominus competit directa.ff.de reiven
dica. item illi qui habet vtile dominium rei competit vti
lis,vt.ff.si ager vect.pet.l.j.§.vlt.⁊.l.ij.⁊.iij. ita dico ꝙ pro
seruitute reali competit directa nomine fundi illi qui est
dominus directo:si autẽ sit dominus vtilis, vt dicit glo.
vsufructuarius,emphyteota,creditor, superficiarius ⁊
similes, tunc datur vtilis confessoria, sicut sunt domini
vtiliter,vt.ff.de remiss.l.j.§.idem iulianus.⁊ de superfi.l.j.
§.vlt. Licet leges videtur dicere ꝙ nulli alij competit q̃
domino,verum est directa:alia ꝙ vsufr. non petit serui
tutem,verum per confessoriam directam,sed vtilem sic.
ff.si vsufr.pet.l.j.§.j.⁊.ff.si ser.vend.l.⁊ si forte.⁊.§. hec a
ctio autem.ff.de superf.l.j.§.quod ait.ff.de remis.l.j.§.idẽ
Julianus.vnde sm ꝙ sunt domini directo fundi, eis cõ
petit directa confessoria, si vtiliter domino competit vti
16 lis.¶ Tertio † quero contra quem competat. Dicit gl.
ꝙ competit contra eum qui possidet rem in qua petitur
seruitus,vel dolo desijt possidere: vnde dicatur dicit gl.
contra eum qui possidet vel quasi,⁊ probatur.ff.si vsuff.
pet. vti frui.§. vtrum.⁊.l.vlti.⁊ idem in negatoria, quia
competit domino fundi directa,quasi domino vtilis:vt
quia habet ius in re, quam negat seruitutem debere : vt
ff.si ser.vend.l.ij.Item datur cõtra aliquem ratione pos
sessionis,quia possidet rem vsufruc.vt.ff.de acquir.pos.l.
naturaliter.Item ⁊ idem quasi posses. ⁊ quia petatur a
lia seruitus debere ⁊ negetur.Unde sicut rei vendicatio
cõpetit pro vera possessione vel quasi possessione , sic iste
que respiciunt possessionem vel quasi,dicunt reales:non
autẽ sunt vendicationis,quia sumpserunt sibi nomen a
liud,scilicet confessoriam ⁊ negatoriam. ff. si ser. ven.l.ij.
¶ Sed nũquid cõpetit confessoria contra eum qui non
possidet,vel quasi possidet,si turbat eum qui vult vti ser
cui res tradita est primo: nam ex quo habēt iura ab eo-
dem, ille cui primo traditur res, repellet agentem, ⁊ con
tra eum habebit publicianam, ergo multo magis con-
tra illum qui habet ius ab eo, ⁊ posterius, sic est. ff. de rei
vendica. l. si a Titio. ⁊. ff. de publicia. in rem actio. l. siue
autem emptori. §. ⁊ Julianus. lib. vij. scribit. Si autem
19 a non dominis diuersis, † si enim vnus a domino, alius
a nō domino emeret, prefertur ille cui a domino res tra-
dita esset, licet posterius, sicut dominus prefererēt: vt. ff.
de publicia. in rem actio. l. penulti. ⁊ vlt. ff. de act. empt. l.
si ea res. §. vlti. Si autem a non dominis diuersis, quia
vnus emit a Titio, ⁊ alius a Meuio, ⁊ distinguitur:
aut in illa re vnus habebat causam ab alio, aut non.
Si vnus habet causam ab alio talem ꝙ posset repelle-
re alium, vt quia emit, scilicet Meuius ab alio, scilicet
Titio, ⁊ sibi tradita fuit, ⁊ tunc si Meuius, scilicet pri-
mus emptor emeret a Titio primo venditore: ille qui
emit, scilicet secundus emptor a Meuio, scilicet primo
emptore, prefertur emptori cui tertio esset vendita a Ti-
tio primo venditore, ⁊ tradita, cum possessio ad eum re-
diisset: sed econtra si Titius a Meuio emerit, ⁊ postꝙ
vendiderit ⁊ tradiderit, vendidit Meuius aliis posses-
sionem, cum reuersa esset ad ipsum, deinde ille secūdus
emptor amisit possessionem ⁊ rediit ad Titium primum
emptorem, ⁊ cui res primo tradita fuit ille Titius ven-
didit alii, venit secundus emptor a Meuio, ⁊ vult agere
publiciana, quia primo habuit possessio. dico non po-
test, quia non Titius repelleret Meuium, ⁊ per conse-
quens secundum emptorem a Meuio, ⁊ sicut Titius
posset repellere, ita eius emptor, qui habet exceptionem
venditi oneris agit. ff. de rei vendi. l. si a Titio. ⁊ de exce-
20 ptio. rei vendi. ⁊ tradi. l. ij. l. si a Titio. Sed vbi † vendi-
tores sunt penitus diuersi, ⁊ vnus non habet causam
ab alio, tunc dico ꝙ prior melioris conditionis est: nam
illi qui potiora iura allegauit facienda est restitutio. C. de
edic. diui adria. tollen. l. vlti. §. j. ⁊ iste petitor non allegat
potius ius, imo equale, cum vterqꝫ a non domino emit
⁊ ideo non fiet ei restitutio, nec ei datur publiciana con-
tra possidentem: vt. ff. de publi. in rem actio. l. siue autem
emptori. §. ⁊ iulianus lib. vij. scribit. ad fi. Unde dico pu-
bliciana competit contra illum qui sine titulo possidet
rem, aut eum qui cum titulo possidet si res fuerit tradi-
ta posterius, ⁊ ambo habent causam ab eodem: vt. ff.
eod. l. siue. §. ⁊ Julianus libr. vij. scribit. Si autem vnus
habet causam ab alio, ⁊ causa vnius non dependet ab
alio: tunc non datur contra possidentem, vt dicta. l. siue
autem emptori. §. ⁊ Julianus lib. vij. scribit. ad fin. licet
actori primo fuerit res tradita. Uidetur contra. quia
lex dicit ꝙ prefertur contra illum cui primo res tradi-
ta fuerit, siue ab eodem emerit siue a diuersis non domi
nis. ff. de actio. empti ⁊ vendi. l. si ea res. ad finem. Sol.
quod dicit lex, cui primo res tradita est, subaudi ⁊ ad
hoc possessionem habet, ⁊ sic non est contra. Uel tu po-
tes dicere, ex nunc nullum ius acquiritur in re, sed ex
traditione habili contra precedentem: vnde vult dice-
re, licet ego emerim ⁊ tu ab vno non domino vel diuer-
sis non dominis, non ille qui primo, prefertur, sed ille
21 cui primo tradita est bona fide, † nam ex venditione
obligatur primo, non autem ius transfertur, sed ex tra-
ditione bone fidei facta sic, vt. C. de pactis. l. traditioni-
bus. Sed quod dicitur in fine, si alter a domino, alter a
non domino emit, ⁊ ille qui emit a domino prefertur
omnimodo, intelligitur si tamen res sit tradita, al's pre-
fertur: sed propter hoc dicit omnimodo prefertur, quia
si dominus tradat primo, non dominus secundo, sem-
per tuetur cui res traditur a domino: quod intelligo
vbi non dominus qui vendit habet ius vendendi a do-
mino, sic intelligo. ff. de actio. emp. ⁊ vendi. l. si ea res. §.
vltimo, ⁊ penulti. argumen. de rei vendicatio. l. si vero.
nam in istis casibus prefertur ille qui a non domino
emit, et sibi non traditur, argumen. ff. de publiciana
in rem actio. l. si quis prohibuerit. Et quod dixi supra,
quod cum duo emunt a non diuersis dominis, ꝙ ille
prefertur qui possidet: verum est si sit talis titulus qui
sit habilis dominium transferre, nec impediatur
propter

propter vitium suum, quia non habet malam fidem.l.
contractu.al's non, vel si res sit vitio reali affecta: nam
talis qui habet malam fidem si nõ habet publicianam,
et ideo posset prius conueniri, vel etiam si non possit
vsucapere rem sibi traditam propter vitium rei, vt quia
vi est possessa vel furtiua, nam in isto casu dico ꝙ conue-
nitur possessor publicia. Uerbi gratia, aliquis bona fide
rem mobilẽ possidens vendit aliȷ̃ bona fide ementi ⁊ bo-
na fide recipienti, isti res surripitur, ⁊ fur aliȷ̃ vendit bo-
na fide ementi ⁊ rem suscipienti, dico ꝙ prefertur ille qui
emit primo bona fide, ⁊ cui res fuit tradita: nã alius nõ
habet publicianam.l.si qd.al's sub.l. siue autem.§.hec a-
22 ctio in his ⁊c. Et ꝙ dixi.s.† ꝙ non competit contra do-
minum, dicit glo. fallit in sex casibus: cõcedo de quinqʒ,
sed in sexto non fallit, ⁊ hoc innuit gl. ¶ Fallit primo cũ
dominium superuenit illi qui nõ domino vendidit ⁊ tra
didit: vt.ff.de rei ven.l.a Titio. ¶ Fallit secũdo vbi iudi-
catum est pro me priore non domino, ⁊ non esse dominũ
contra te: verum est, ⁊ hoc est propter autoritatem rei iu
dicate, vt.ff.de except.rei iudi.l.si quis rẽ a non domino.
¶ Fallit tertio vbi agitur pro delicto serui noxaliter, ⁊
bone fidei possessor contra quem agitur dat seruum pro
noxa actori si dominus agat contra illum cui traditus
est potest se tueri exceptiõe nisi offerat estimationẽ litis,
siue dñs possidet, datur illi publiciana contra dñm: ⁊ si
dñs excipiat de dñio, replicabit ille qui sibi traditus est
pro noxa, ⁊ sic si dominus non offerat estimationem li-
tis poterit, licet sciat rem alienam.ff.de noxa.l.⁊ genera-
liter.doc. ¶ Fallit quarto, ⁊ est dubiũ de illo: pone aliqs
possidet domũ ruinosam inter domum meam, peto cau
tionem de damno infecto, ⁊ quia bon.fide.possessor non
emet, mittor in possessionẽ domus ruinose, dñs postea
recuperat possessionem vi forte: lex dicit ꝙ mihi cõpetit
vnde vi interdictum ⁊ actio publiciana.ff. de dam. infe.
l.damni.§.non solum.⁊ fuit missus ex secundo decreto si
dubius est ille.§. quoniam non dicit contra quem com-
petat, vtrum contra dominum vel non, satis tamen po
test concedi propter similitudinem que est inter istum ca
sum ⁊ casum de noxalibus, nam eodem modo ratio est,
igitur idem ius, argu.ff.ad leg.aquil.l.illud.sed non ap-
paret ex verbis glos.quia vbi ex hoc tangit, ⁊ in istis est
23 idem vt in re iudicata. ¶ Item † fallit quinto vbi procu
rator vendit de voluntate mea rem meam, ⁊ postꝙ̃ se
obligauit prohibeo ne tradat rem meam quam de vo-
luntate mea ⁊ mandato vendidit, procurator non ob-
stante prohibitione tradidit: lex dicit ꝙ datur sibi pu-
bliciana contra dominum.ff.de publicia.in rem actio.l.
si quis prohibuerit. ¶ Fallit sexto, dic glos.ponit con-
tra.ex rei vendica.quia culpa desiȷ̃sti possidere, fuisti cõ-
demnatus ad litis estimationem, ibi ceduntur actiones
competẽtes actori: lex dicit possessio reuertatur ad eum
qui litis estimationem habuit, ꝙ competit publiciana
contra cum ei qui soluit estimationem: vt.ff.de rei vend.
l.si culpa.§.vltimo. Sed dico ibi nõ competit publicia-
na, sed vtilis rei vendi.que datur vt estimatio soluatur:
⁊ hoc tangit hec glos. ⁊ probatur.ff.de rei vendi.l.si cul-
pa.⁊.l.si a bone fidei.necnon argu. vnde sicut haberet
directam actionem sibi, sic res sibi traderetur, id est ha-
bet vtilem, ex quo emit nomen, quia nomen emere vi-
detur, ⁊ not.C.de heredi.actio.vendi.l.vlti.⁊.l.probant.
¶ Quarto, vnde nascitur. Quidam dicunt ꝙ suppo-
24 nit falsum, quia † non est natus, sed datur, quoniam nõ
est habilis materia vnde possit nasci: non est hoc dire-
ctum dominium, vel quasi ex quo oriri potest actio.ff.si
ager vectigal.vel emphyteo.peta.l.j.§.vlti.⁊.l.ij. et.ff. de
rei vendicatio.l.hoc iure.item nec est hic contractus vel
quasi, ⁊ sic non est vnde nascatur. Unde dicunt eam da
tiuam, quia non habet preexistentem materiam suffi-
cientem vnde potest nasci, sed ex plenitudine potestatis
pretor eam dat, ⁊ pro hac.l.traditio.ad quam inferius
respondetur, ⁊ de datione actoris vel natione heredita-
tis.C.de transactionib.l.cum mota. Aliȷ̃ dicunt ꝙ imo
est natiua, ⁊ nascitur ex vtili dominio: ⁊ sic dicunt ꝙ ille
habet vtile dominium cum causa publiciane, ⁊ hoc con
cessit glos.s.eo.§.omnium.ibi: vt emphyteota ⁊ superfi-
ciario ⁊ bone fidei emptore, ⁊ sic dicebat ibi bone fidei
emptorem vtiliter dominum. Glos. ⁊ bene tenet hic con
trarium, scilicet ꝙ non habeat vtile dominium, ⁊ pro-
batur: qui habet vtile obtinet contra dominum dire-
cto, nam vtile prefertur, vt.ff.si ager vectiga.vel emphy
teo.peta.l.j.ij.⁊.iiȷ̃.si dominus directo obtinet contra cũ
qui habet publicianam, non habet vtile dominium,
quia sic prefertur, ꝙ non est verum, vt.ff.de publicia.in
rem actio.l.penul.⁊ vlti.quid ergo erit, nunquid est na-
tiua, ⁊ nascitur ex contractu habili ad transferendum
dominium actione ex traditione rei bona fide facta.ff.
eo.l.eum qui.al's sub.l.nostros.§.ait pretor.⁊.l.quecunqʒ.
§.j.⁊ hoc si est causa mediata, immediata non, quia do-
miniũ, ad qd vide P.in.l.edita. Et qd dicunt aliȷ̃, imo est
datiua, quia ille qui tradidit non habebat ius, ⁊ sic non
potuit transferre: argu.ff.de acquiren.rer.domi.l.tradi-
tio. Solu. quandoqʒ tractatur de actione que est not.in
iiȷ̃.questione.⁊ glos.ff.de acquiren.possessio.l.iiȷ̃.§.ex per-
sonis.⁊ in authẽ.nouo iure.vt ex pluribus in vna posses-
25 sione transferenda † sed de nouo acquirenda in aliqua
persona. Dico ergo arg.suum concludit ꝙ venditor pu
blicianam non transtulit cum non liberet, concedo, sed
dico ꝙ emptor qui emit bona fide ⁊ recepit traditã rem
bona fide propter titulum habilem ad acquisitionem
dominiȷ̃, ⁊ propter bonam fidem quam habet tempore
emptionis ⁊ tempore traditionis rei, verum est ꝙ in ven
ditione ⁊ in aliȷ̃s contractibus sufficit bona fides tem-
pore traditionis: vt.ff. de publicia.in rem action.l.eum
qui.§. publiciana. sibi traditur publiciana ex persona
sua, non ex persona venditoris, vt ipsi concludunt, vnde
illa transfertur iam nata, ista in emptore nascitur ex ti-
tulo bone fidei, vt dixi. ¶ Quinto quero, nunquid sit
nomen actionis? Et videtur ꝙ non, nam glos.dicit ali-
bi ꝙ ex omni edicto pretoris datur actio in factum.j.de
interdictis.§.vlt.dico contra vt hic. Non obst.glos.quia
intelligit vbi non est nominata, ⁊ sic non obst.⁊ hoc di-
cit hec glos.vnde glossam aliã debetis intelligere quan-
do actio non est nominata. ¶ Sexto quero, nunquid
hodie actio publiciana habet locum? Quidam dicunt
26 ꝙ † hodie nec ſm leges nec ſm canones habet locum
publicia.⁊ probatur: ratio quare olim oportebat hodie
cessat, olim enim aliquis ex contractu bona fide ex in-
terpositio. habili ad acquisitionem dominiȷ̃ cõpetebat
publiciana traditione rei facta, ⁊ erat ratio quoniã per
contractum interpositum ⁊ traditionem factam cum
bona fide poterat vsucapere, vnde lex arguit, vsucape-
re potest, ergo publiciana competit.ff.eod.l.eum qui.in
princip.argu.subau.l. sed quecunqʒ.sed hodie non ha-
bet locum vsucapio vbi tradens habuit malam fidem,
mala fides tradentis nocet recipienti vt non vsucapiat
vel prescribat per.x.vel.xx.an.C.de prescrip.long.temp.
authen.male fidei.vnde licet olim posset capere cum ha
beret titulum iustum ⁊ dominium ⁊ bonã fidem, ⁊ res
sibi tradita esset, ita ꝙ haberet possessionem ciuilem,
vt dixi.s.si res non esset affecta vitio, vt.ff.de publicia.in
rem actio.l.eum qui.§.pretor ait.in hac actione hodie
propter malam fidem vẽditoris impeditur emptor vsu-
capere, ⁊ sic per consequens nõ habet publicianam per
authen.male fidei.si author suus habuit malam fidem,
27 ⁊ ipse bonam. Item † nec ſm canones, nam licet ſm le-
gem nõ sufficiat bona fides, nec impediat vsucapionem
seu prescriptionem mala fides superueniens.C.de vsu-
capio.trãsforman.l.vna.§.hoc tantummodo. attamen
ſm canones requiritur continuatio bone fidei non so-
lum initio, sed ꝙ semper ante prescriptionem completã
tenuerit rem quam vsucapit, vel prescribit, vt dicunt ca-
nones extra de prescrip.c.vigilanti.⁊.c.quoniam omne.
⁊ sic non potest habere publiciana, etiam si author suus
⁊ ipse ab initio habuerit bonã fidem, vt in cap.possessor.
lib.vj. ⁊ quod ibi per Dyn. quia si ageret publiciana,
iam crederet illum qui vendidit non habuisse ius ven-
dendi, et sic non posset vsucapere, sic nec publiciana
sibi competeret.ff.de publicia.in rem actio.l.eum qui.in
princip. Item si iam vsucapit vel prescribit, factus est
dominus, ⁊ sic non competit, vt.ff.eod.l.j.§.j.⁊ sic non

competit ei ante vsucapionem, quia habet malam fidē: nec post, quia iam factus est dominus, argu. C. de pactis. l. traditionibus. ¶ Dico ꝙ auth. male fidei. loquitur de prescriptione, nō autem de vsucapione: vnde quantum ad vsucapionem non derogat alijs iuribus antiquis, argu. qđ non mutatur, quare stare perhibetur. C. de testa. l. sancimus. de appel. l. precipimus. nec in rebus immobilibus que prescribūtur non derogatur per auth. illam istis iuribus que loquuntur de publiciana, nā auth. loquitur in casu odioso, scilicet in prescriptione, per quā domino auferebatur dominium rei sue saltem in effectu. C. de prescrip. xxx. an. l. si quis emptionis. in princi. et
28 §. j. vnde † cum multum sit iniquū domino auferri rem suam in illo casu vbi transferens habet malam fidem, et ideo si dominus ignorat alienationē factam de re sua nihili fit alienatio, si ignorat rem suam vel ad se pertinere, non habet locū longi temporis prescriptio sicut olim, si restringitur vsqꝫ ad. xxx. an. vt in. d. auth. Loquit͛ ergo in casu odioso, scilicet in vsucapione per quā dominiū aufertur domino, et ideo cum contineat odium, merito restringitur: arg. ff. de liber. et posthu. l. cum quidam. sed publiciana nec olim nec hodie est contra equitatem, nō enim datur contra dominum. ff. de publi. l. penul. et vlti. sed in casibus et in illis equitas non repugnat, et ideo cū non contineat iniquitatem, imo magis equitatem, scꝫ vt preferatur is qui non tantum ius habet in re, vt. C. de edic. diui adria. tol. l. vlt. §. j. et ideo dico non restringi per dictum auth. male fidei. et eodem modo dico ſm canonesqꝫ eidem videtur ꝙ requirit͛ bona fides continuata. Dico verū est in prescriptionibus que sunt odiose et cōtra equitatem, et ideo restringetur, sed non requiritur continuata in publiciana, imo sufficit intueri se initio, quoniam non est odiosa, vel contra equitatem: quia nō preiudicat domino, et ideo non restringitur, cum non inuenitur restricta, arg. ff. de testa. l. si mutus. pro hoc facit optime. ff. de public. l. fi. et quod not. in Specu. de cau.
29 posses. et proprie. §. nunc dicendū. Et † qđ dicitur potest vsucapere, habet ergo publicianam: dico verum est, sed non est ita econtra saltem hodie, qꝛ in prescriptione mutatur. Preterea illa lex loquitur de vsucapione. ff. de publicia. l. eum qui. §. quia refertur ad triennium. ¶ Septimo quero, nūquid requiritur ꝙ sit solutum pretium vt publiciana habeat locum, vel saltem satisfactum, vel fides habita de pretio? Dicit Raufred. ꝙ requiritur precise ꝙ pretium sit solutum vel al's satisfactum vel fides habita de pretio, et pro hac sic in publiciana requiritur bona fides. ff. de publici. l. eum qui. §. pretor ait. et §. penul. et vlti. Item requiritur ꝙ credat se dominum, vt ff. de publicia. l. quecunqꝫ. §. j. ad fi. sed si non sit solutum pretium, vel satisfactum, nec fides habita de pretio, non potest transferri dominium: vt. s. de rerum diui. §. venditor. et ff. de contrahē. emp. l. vt res emptoris. Item qui excipit, et pro hoc, quia facilius procedit et competit publiciana q̄ vsucapio, vt. ff. de publicia. l. cum sponsus. §. si coniuncta. l. vsucapio. et. l. naturaliter. ff. de vsucapionibus. sic ergo res nō fuit emptoris nisi soluto pretio, vel al's satisfacto, ergo iste non potest credere se dominum, et si credat male credit, et sic sibi nō competit: et sic dissensus filie nolentis consentire patri dotem petenti. ff. solu. matrimo. l. dotem. et. l. ij. §. voluntate. Sed videtur contra Raufre. ff. de publi. l. de pretio. Respon. ꝙ non requiritur pretium esse solutum: verum est precise, quod sufficit, si sit al's satisfactum vel fides habita de pretio. Glos. in. l. de pretio. dicit contra. nam per illam rationem per quam ibi nō requiritur pretium esse solutum, per eādem rationem dicit glos. ꝙ nec requiritur al's esse satisfactū: ratio fuit ibi, quia pretor nō fecit de pretio mentionem. Item nec de satisdatione vel fide habēda: nam satisfactio quodammodo est solutio. ff. de solutio. l. solutionis. Unde teneo glos. scꝫ ꝙ nō requiritur pretium solutum, vel satisfactio, vel fides habita de pretio: et quod dicit debet habere bonam fidem, credo qđ dicit, ergo credet se dominum. Dico, non est verum, sed sufficit si credat vendentem habere ius vendendi et tradēdi: vt. ff. de verbo. signi. l. bone fidei emptor. al's non posset. l. de pretio.

ſm intellectum glos. Non obst. ff. de publi. l. quecunqꝫ. §. nunc interdum. ad fi. vbi dicit ꝙ accipit posses. vt credat dominum se esse, id est posse fieri: quoniam debet credere tradentem habere ius transferendi, et sic per consequens posse fieri dominum non requiritur ꝙ credat se dominum. ¶ Octauo quero, quomodo formatur libel-
30 lus in publiciana. Dicit Plac. † dico contra te ꝙ possides talem rem que mihi tradita est ex causa vēditionis. Si agat pro re empta, vel donata, vel simili, quam rem vsucepi: vnde peto vt restituas mihi, et sic Placen. dicit quod vsucepit. ¶ Opponitur contra Placen. qui allegat se vsucepisse, dicit se dominum: vt. C. de pact. l. traditionibus. Respōdet Placen. verum est ꝙ diceret se vsucepisse simpliciter, si se dicit dominū, vt in cōtrario, sed hoc nō allego simpliciter, quia dico rem mihi traditam ex tali causa, et ista restringunt verba illa suscepisse, quia per hoc apparet me intentare publicianam: licet enim verbum vsucapere, significet directam rei vendi. tamen propter adiuncta verba restringitur eius significatio, arg. ff. loca. et conduc. l. si vno. et de vsu. l. stipulatus. sic dicit Placen. ¶ Sed cōtra adhuc, hic dicit se vsucepisse, ergo deiecerat in sacramento calumnie cū nō vsucepit, et hoc sciat. dicit Placen. ꝙ non imo licite iurat, nec est periurus, vel saltem remittitur periurium, cum faciat hoc autoritate huius legis que sibi permittit: vt hic in nostro. §. vndecunqꝫ iste. §. permittat, non est periurus, argu. ff. ad municip. l. vlti. et. ff. qui satisda. cog. l. vlti. et sic dicit Placen. iste. §. permittit mentiri, vt hic et in tribus §. sequentibus. et facit ad hoc. C. de bon. mat. l. j. ¶ Sed hoc non placet G. nam et licet princeps permittere possit, vel saltem remittere penam: vt. ff. qui satisda. cogā. l. vlti. tamen non est verisimile in dubio ꝙ hoc faceret, cū ipse prohibeat periuria. ff. de pact. dot. l. conuenire. C. de indicta vidui. tollen. l. ij. de hoc vide quod dixi in prima questione circa eius declarationes. ¶ Alij aliter dicūt, et istos libellos tangit G. dicunt sic: Peto rem talem quam dico meam, sed quia forte non possem probare meam propono publicianam, sed nec ista placet, quia dicendo se dominum deieraret in sacramēto calumnie.
31 Item ſm glos. ex quo † diceret se dominū, non posset intentare publicianā, tanq̄ allegans contraria: quia non competat domino. ff. de plublicia. in rem actio. l. j. et arg. C. de furtis. l. ij. ¶ Alij sic, peto rem talem iure dominij directi, vel quasi, et sic proponunt et rei vendicationē et publicianam, et istum vt dicit glos. ꝙ iste est contra iura: quia cum quis habeat plures actiones ad idem, debet alteram eligere. ff. de reg. iuris. l. nemo ex his. §. quoties. et iste est sibi contrarius dicendo se non dominum per publicianam et dominum per rei vendicationem, vnde repellitur, vt. C. de furt. l. j. si seruus extero. l. vnica. ¶ Et ideo gloss. docet aliter formare et sic, Peto talem rem que ptinet ad me iure quasi dominij, quasi vsucepissem, et sic verba pretoris quasi posita. s. eo. §. alie. ver. ecce plerumqꝫ ita etc. hic repetantur: vnde hic me non affirmo vsucepisse, sed dico quasi similitudinarie, vt sicut mihi competeret directa rei vendicatio si vsucepissem, et possem petere per rei vendicationem, sic ergo possem petere per publicianam. ¶ Sed certe vniuersaliter libellus non videtur valere: nam hic dicit, Peto talem rem mihi restitui iure quasi dominij, et pluribus causis potest esse quasi domin⁹, velut ꝙ est emphyteota, vel quia superficiarius, vel colonus ad non modicum tempus: vt not. ff. si ager vectigal. vel emphyteo. pet. l. j. ergo generaliter iure dominij, nec appareat vtrum emphyteota sit vel colonus ad non modicum tempus, vt not. ff. si ager vectigal. vel emphyt. peta. vel alius similis libellus est obscurus, et sic non est admittendus. ff. de iniurijs. l. pretor. §. quod ait. ff. de iure fisci. l. ita fidei. §. vlti. de interrog. actio. l. de etate. §. nihil. C. de impub. et alijs substi. l. precibus. et de pact. l. vt responsum. Fateor ꝙ iste libellus non procedit ſm Jaco. de raue. qui tenet ꝙ in publiciana tam remota debet exprimi in libello: ſm P. qui tenet cōtra. bene ꝓcedit, vt plenius not. per eos in. l. edita. C. de eden. l. illud. de iud. Itē dicitur cōtra G. s. eo. super
32 verbo directā remotionē, vbi dicit G. ꝙ † ille qui habet publicianam

publicianam non est vtiliter dominus, ⁊ tamē dicit hic ꝙ competit iure quasi dominij, quod idem est, sed dico quasi non affirmat vt dicat se quasi dominum, id est dominum vtilem, sed ponitur quasi similitudinarie, quasi dicat: sicut liceret mihi petere per actionem directam vel vtilem, hic similiter per publicianam, ⁊ sic quasi facit similitudinem inter rei vendicationem directam vel vtilē ⁊ publicianam, sed glos. non propter hoc intelligit ꝙ sit vtiliter dominus, quia esset sibi contraria in isto. §. cum supra dixerit ei non competere vtile dominium. Dico ergo ꝙ declaretur libellus glos. vt dicit sic: peto talem rem quam mihi tradidit Titius ex causa vēditionis, ⁊ ideo peto iure quasi dominij, ita ꝙ quasi, non dicat veritatē sed similitudinem, nam non habet dominium vtile, al's esset contra glos. supra proxime positam: ⁊ sic fm hoc in alijs contractibus a vēditione bene formatur si diceret ꝙ Titius tradidit, licet nō faciat mentionem ꝙ recepit bona fide sine venditione, secus quando ibi exigitur ꝙ habeat emptor bonam fidem tempore emptionis, quia credidit vēditorem habere ius vendendi. Si tamen tempore traditionis reperit esse alienam, habet malam fidē:
33 ⁊ † sicut non potest vsucapere, sic per cōsequens nec publiciana competit, vt. ff. de publ. l. eum qui. §. penul. ⁊ vlt. sed in alijs contractibus vt donationibus ⁊ legatis ⁊ alijs sufficit bona fides in initio contractus, licet habeat malam fidem in traditione, vt. ff. pro empto. l. ij. in prin. ⁊ pro solu. l. iij. in prin. Dicet ergo in alijs contractibus bonam fidem intercessisse in initio in tempore, sed in venditione inspicitur ⁊ tempus contractus ⁊ tempus traditionis, ⁊ sic debet facere mentionem ꝙ habuit bonam fidem vtroqꝫ tempore: ⁊ hoc tangit Joan. de blen. Dicit glo. in libello: Peto talem rem iure quasi dominij, traditam mihi a tali nō domino, quia glos. intellexit ꝙ publiciana non competit domino: sed fm dominum meū nō est necesse ponere a non domino. ¶ Vidistis circa libellum in publiciana, tango tātummodo quantum ad rē quomodo petatur: nam fructus venit in publiciana sicut in rei vendicatione. ff. de publ. l. sed ⁊ si. ⁊ si quacūqꝫ. al's subaudi. l. eū qui. §. in publiciana. Et ideo causa quā dixi in fructibus videat hic repetita, ⁊ si bone fidei possessor percepit extantes in fundo per publicianam vt sicut rem que est pars fundi. ff. de rei vendi. l. fructus pendentes. si sunt percepti ⁊ stantes licet nondum consumpti, si sunt naturales: quia non fecit suos. ff. de vsufruc. l. fructus percipiendo. si sunt industriales, officio, si consumpti, condictione sine causa inquantum locupletior, si sit male fidei possessor, si sunt extantes, publiciana, fm quam petitur fundus, si sint in fundo, si separati a fundo, alia publiciana, si fuerint consumpti, condictione sine causa percipiendi per officium, vt dixi. s. in rei vendi. Tu dic ꝙ libellus debet cōcludere circa declarationem quasi dominij, restitutio autem per iudicis officiū mercenarium fieri: vt dixi in rei vendi. ⁊ confessoria ⁊ negatoria in prima questione, igitur idem in publiciana, vt. l. eum qui. §. in publiciana. de his libellis ⁊ positionibus plene habes in Specu. de causa possess. ⁊ propte. §. nunc
34 dicendum. ¶ Quero, peto rem ⁊ dico † traditam mihi a domino ⁊ bona fide ex causa donationis vel permutationis, probo permutationem, probo bonam fidem, sed nō probo ꝙ ille qui mihi tradidit fuerit dominus: nunquid debeo obtinere in publiciana? Quidam dicunt ꝙ sic, nam ista verba que ponuntur in libello possunt pati publicianam per hoc qꝺ dicit, bona fide mihi traditā, item rei vendic. cum dicit: a domino, ⁊ in dubio debent ista verba interpretari vt res magis valeat ꝙ pereat, vt ff. de reb. du. l. quoties. Imo dico ꝙ etiā fm opi. Jacob. de ra. ipse debet succumbere, qꝛ est fm eum duellum cause publi. act. s. verum dominium, ⁊ quasi dominium formando sic libellū videtur proponere siue eligere causam directi dominij, vt. l. gallus. §. j. de lib. ⁊ posthu. ⁊ qꝺ not. in. l. edita. in. vj. qōne. s. an actio debeat in libello proponi: quare ea non probata debet subtiliter cū causa quasi dominij in iudiciū deducta non fuerit: arg. de excep. rei iud. l. si mater. §. eadem. ⁊ §. si quis autem. ⁊ l. an eadem. §. actiones. ⁊ l. si ex testamento. ⁊ l. si cum argētū. in prin. Ad. l. si quis intentione. respondetur ꝙ illa loquitur in principio iudicij si velitis: argu. hic in fi. vt patet. j. de interdic. §. commodum. ⁊ no. extra de restitu. spolia. c. cum ad sedem. dixi extra de regu. iur. ⁊ c. in iudicijs. ⁊ c. cum
35 sint partium. xvj. † Item verba superflua non nocent, sed resecantur: vt. ff. de verb. obli. l. que extrinsecus. vnde ꝙ dicit a domino, ita dicam hec verba sunt superflua, ⁊ ideo vitiantur ⁊ non vitiabūt. Dico fm dominū meum ⁊ tenet ꝙ publiciana competit domino, bene cōcludit, vnde condemnatur per publicianam fm glos. non valet, quia esset iam sibi cōtrarius, cum diceret a domino, ⁊ intentaret publicianam, quia non competit domino fm glos. ff. eo. l. j. §. j. ⁊ ita verba debent interpretari ꝙ de aliquo operantur, ⁊ nil sit superfluum. ff. de legatis. j. l. si quādo. Si diceret, peto rem traditam mihi a domino, ista verba essent superflua, ⁊ ideo interpretantur vt videatur intentasse rei vend. vt sic nihil sit superfluum per dictā. l. si quādo non nocet. ⁊ verba superflua vitiantur. Dico verum est si hec non sunt superflua, sed contraria, ⁊ ideo vitiant rem de qua agitur: nam domino non potest competere publicia. allegando ergo se dominum, qꝛ dicit sibi traditam a domino non competit publiciana.
36 ¶ Quero † que exiguntur ad publicianam? Glos. dicit ꝙ traditio rei, vt hic ⁊. ff. eod. l. j. item vel quasi traditio ⁊. j. hic propter res incorporales, vt seruitutes, que non possunt proprie tradi, qꝛ nec tāgi. s. de reb. cor. ⁊ incorp. §. j. ⁊. ff. de acquirē. rerū domi. l. seruus qui bona. §. incorporales res. ⁊ istorum traditio: vt. ff. de seruitu. titu. generali. l. quoties. ff. de publicia. l. si ego. §. item rusticorum. nam pro seruitutibus personalibus. Item pro realibus rusticis ⁊ vrbanis publiciana competit. ff. de publici. l. si ego. §. j. ⁊. §. item. institu. de seruitu. ⁊. §. inter rusticorum. ⁊ in istis petuntur fructus, prout dixi. s. in negatoria ⁊ confessoria. Dicit ergo glos. ꝙ requiritur traditio, vel quasi propter incorporales res. Secundo titulus habilis ad dominij acquisitionem exigitur. Tertio ꝙ non a non domino accepit: vel dicit † glos. factus esset dominus, ⁊ non competeret publiciana, nec rei vendic. vt hic ⁊. ff. eo. l. j. §. j. sed secus fm dominum meum quantum ad hoc. Item dicit glos. ꝙ bona fide accepit, vnde credit se dominum factum, vnde ei non competit nisi credat se dominum non esse: quia al's esset sibi contrarius, cum domino non competat, ⁊ credat se dominum, ⁊ in hoc secus, fm dominum meum. ¶ Joan. de ble. approbat glos. dicit glos. requiritur traditio cum is cui restituitur
37 Trebell. hereditas habet publicianam, † ⁊ si solo verbo fiat restitutio, ita ꝙ dicat: restituo tibi hereditatem, licet ille cui restituitur non apprehendat possessionem, tamē habet publicianam. ff. de publiciana in rem actio. l. cum sponsus. §. is cui. Istud cōtrarium non habet effectum, quoniam ibi loquitur quando is cui hereditas restituitur, habebat iam publicianam, quoniam iam fuerat ei tradita res, vbi etiam tractatur de actione publiciana transferenda in fideicommissarium: ⁊ transfertur solo verbo sicut alia materia, vt in. l. cōtraria. ⁊. ff. ad trebell. l. restituta. sed nos loquimur de noua publiciana inducenda in persona eius qui contraxit, ⁊ tunc exigitur traditio vel apprehensio per voluntatem alienantis, sic loquitur hic, ⁊ no. glos. ⁊ facit oppositionem, vt. ff. eo. l. ij. ⁊ soluit: vnde glos. dicit ꝙ si legaretur mihi aliquid, ꝙ nō habeo publicianam donec fuerit mihi res tradita, vel rem apprehenderem de voluntate heredis, sic not. ff. de publi. in rem act. l. ij. ⁊. l. j. §. vlti. Item glos. ⁊ doctores di
38 cunt † ꝙ requiritur traditio ex causa habili ad dominium: vt hic ⁊. ff. de public. in rem act. l. vlti. ⁊. §. vlti. ⁊. l. quecūqꝫ. Cōtradicit Jo. de ble. si natura lata in rei vendica. est habilis in publiciana, vt. ff. de pub. in rē act. l. iij. in fine. ⁊. l. sed ⁊ si res. in princip. ⁊. l. eum qui. §. si petenti. ¶ Tunc arguo: pone, tu es vere dominus, ago contra te rei vendica. succumbis, condemnaberis, ⁊ mihi adiudicatur res, tu tradis mihi publicianam, vt dictis legibus, ⁊ tamen non est ista causa habilis ad acquirēdum dominium: nam tu tradis mihi rem tuam quasi meam, ⁊ sic non transfertur dominium, argu. ff. de condic. ob causam. l. iij. §. subtilius. Item sentētia in reali debet esse

declaratiua: ergo non debet illud nouum adducere vel
auferre. ff. de rei vendic. l. ex diuerso. ⁊ ff. si seruitu. vendi.
l. sicut. §. fina. Si queratur eadem ratione pro hoc quod
glos. dicit ꝙ requiritur ꝙ non a nō domino, qđ al's per
traditionem esset factus dominus: quia non est verum
vt probatur. Nescio quare facit ista argumenta, contra
glos. quia glos. facit argumenta Jo. ⁊ reprobat quod di
cit Joan. ꝙ vbi dominus tradidit post sententiam ꝙ
non transfert dominium: q2 tradidit suam, vt illius qui
tradidit. Dico falsum est, imo transfert, nam autoritas
rei iudica. facit vt dominium transferat: quia vbi pupil
lus damnatur ꝙ res eius amoueantur, ⁊ actor ⁊ tutor
tradit ei, actor efficitur dominus, vt. ff. de rebus eorum
qui sub tut. vel cura. sunt. l. magis. §. item. ad fi. §. sed po-
test solui ꝙ ibi loquitur de personali, ⁊ qđ ibi dicit, pre-
diorum fenoris, dicit improprie in actione personali fit,
⁊ ponit alibi glos. ff. de vsucapio. l. non solum. sed tamen
39 dicitur. Item probatur, † paria sunt rem traditam a
non domino quo ad vsuscapionem, ⁊ a domino quo ad
translationem dominij: vt. ff. de contrahen. emp. ⁊ ven.
l. clauibus. siue duo credunt se esse coheredes, ⁊ agunt
familie herciscunde iudicio, ⁊ vnus condemnatur alij
tradere partem, quilibet vsucapit, ⁊ tamen quilibet cre-
debat alij ⁊ eius cui credebat, ergo similiter si essent ve-
re heredes, transferent dominium, ⁊ ideo dicit transfer
tur dominium. ff. de vsucap. l. si per errorem. Ad legē illā
potest responderi ꝙ ibi loquitur in personali ⁊ non in
reali tantū: ⁊ si tu opponas de dimidia cuiuslibet dimi-
die, quia quantum ad illam partem videtur esse realis
tantum, ego respondeo ꝙ hoc facit commistio insepa-
ralis remanente communitate, quia nō potest poni cer-
ta pars, vel minimum tantillum terre ꝙ possit dicere
quilibet insolidum esse suum, argumen. pro ista solu. ff.
quemadmod. seruitu. amitta. l. si communem fundum.
Sed dominus meus tenet contrariū per. l. prealleg. ⁊. ff.
famil. herciscun. l. cum putarem. vnde bene dicit glos. ꝙ
requiritur ꝙ tradatur ex causa habili ad transferendū
dominium, ⁊ not. glo. de publicia. l. viam principalem. ⁊
l. ij. ⁊ facit omnia argumenta Joan. ⁊ reprobat ea, sed
dico ꝙ non exigitur ꝙ tradatur a non domino ſm do-
40 minum meum: quia † publiciana bene competit do-
mino, vt pbaui. Item requiritur bona fides, de publi.
l. eum qui. §. vltimo. Dicit glos. ꝙ requiritur ꝙ ille qui
proponit publicianam credat se nō dominum cum pro-
ponit, vel esset sibi contrarius, cum proponendo publi-
cianam diceret se non dominum, ⁊ ipse crederet se do-
minum, quod hic non requiritur: vt. ff. de public. l. que-
cunqȝ. §. interdum. ad fi. nam domino potest competere
publiciana, vnde dico ꝙ requiritur titulus ad dominiū.
Item rem esse traditam, ita ꝙ quesita fiunt primo ciuil.
vt vidistis. Item requiritur tertio bona fides vt credat
alienantem habere vim alienandi. ff. de verb. sig. l. bone
fidei emptor. al's non requirat.

Summarium.

1 ☞ Actio rescissoria datur aduersus eum qui reipu-
blice vel alia quauis causa absens rē presentis vsucepit.
2 Mentiri quandoqȝ lege permittitur.
3 Restitutio conceditur ei cuius res ab absente reipubli-
ce causa est vsucapta.
4 Ciuitatibus seu municipijs lesis an detur restitutio, quē
admodum ⁊ reipublice Romanorum.
5 Fiscus olim cum republica idem, at hodie non item.
6 Hostes quondam dicti soli erāt, qui populo Romano,
aut contra quibus populus Romanus bellū indixisset
7 Seruus vel captus ab hostibus neqȝ vsucapere neqȝ
prescribere potest.
8 Potestas varijs in iure capitur modis.
9 Absens causa reipublice restituit aduersus vsucapien-
tem rem suam.
Annus vtilis quis sit, ⁊ quot diebus constet.
10 Annus vtilis quando absenti currere incipit aduersus
vsucapientem.
11 Absens reipublice causa restituitur contra vsuscapionē
quantumcūqȝ completam.
12 Rescissoria in iure duobus capitur modis.
13 Rescissoria non competit nisi ei qui prius restitutus est.
14 Rescissoria an sit nomen vel species actionis, an vero
adiectio quedam tantum: ⁊ nume. 16.
15 Species id dicitur Logicis, qđ genus est iureconsultis.
17 Dominium directum per exceptionem nō acquiritur,
si exceptio opponatur.
18 Tempus non potest esse modus tollende vel inducende
obligationis.
19 Rescissoria quo casu sit species quedam actionis, ⁊ quo
cognomen tantum.
20 Rescissoria ⁊ in realibus ⁊ personalibus, mobilibus ⁊
immobilibus locum habere potest.
21 Rescissoria non requiritur actione prima durante, sed
quando vniuersum ius petentis sublatum est.
22 Rescissoria que datur in realibus an sit eadem siue eius-
dem speciei cum illa que in personalibus cōceditur.
23 Rescissoria an sit actio datiua vel natiua.
Natiua actio que dicatur, ⁊ que datiua.
24 Rescissoria ex spe restitutionis nascitur.
25 Seruus liber factus vel alienatus, non potest torqueri
in eum cuius fuit seruus.
26 Pretor cui conferre possit dominium vtile.
27 Rescissoria natiua per se inefficax, per pretorem vita
donatur.
28 Rescissoria non nisi aduersus vsucapionem restituto
competit.
29 Tempus ad restitutionem petendam quantum olim, ⁊
quantum hodie concedatur.
30 Rescissoria actio quanto tollatur tempore.
31 Restitutio definitur in statum pristinum repositio.
32 Rescissoria an perpetuetur per litis contestationem.
33 Rescissoria actio non semper ad rem recuperandam est
necessaria.
34 Rescissoria an simul eodem libello intendi possit cum in
integrum restitutione.
35 Fideiussor an possit accipi pro obligatione futura.
36 Locator domus qua forma eandē repetere conductio-
ne finita valeat.
37 Vsuras soluere tenetur iure canonico, qui se soluturum
iureiurando astrinxit.
38 Donatio inter virum ⁊ vxorem vetita, inter sponsum ⁊
sponsam relaxatur.
39 Libellus qualiter in actione rescissoria sit formandus.
40 Libellus in restōne petēda qua forma sit concipiēdus.

Rursus ex diuerso.

¶ Cōtinua sic: Dicebā
in precedenti. §. de actione pretoria, in qua permittitur
alicui petere rem, ⁊ dicere se vsucepisse cum nō vsucepe-
rit: sequitur ex diuerso. id est ex contrario. §. in quo pre-
1 tor permittit petere rem vsucaptam, ⁊ dicere † ꝙ non est
vsucapta. Pone casum, aliquis incipit vsucapere rem
meam, ⁊ inde factus est absens causa reipublice, vel ca-
ptus est ab hostibus: vsucapit rem meam, non habeo
quem conueniam, ⁊ perficitur vsucapio, deinde reditur
de absentia, tunc queritur quomodo mihi subuenitur
ad rem meam petendam? Dicit ꝙ non subuenitur, ita
ꝙ debes petere restitutionem contra vsucapionem, ita
ꝙ dicam possessionem vsucepisse, ⁊ per hoc meam esse,
et hoc per actionem rescissoriam, quod genus actionis
habet locum non solū vbi quis absens fuit causa reipu-
blice ⁊ vsucepit res eius, sed etiam si alia iusta causa fue-
rit absens: vnde nō solum absentibus causa reipublice,
sed etiā his qui abfuerūt ex alia iusta causa pretor accō-
modat, qđ poterit intelligi ex latioribus libris Digesto-
rum, hoc dicit vsqȝ ad. §. item si quis in fraudē. Primo
2 exponā glossas: nam dicit Plac. ꝙ † lex permittit men-
tiri vt hic, ⁊. ā. §. proxi. nam hic permittitur dicere aliquē
non vsucepisse, qui in veritate vsucepit, ⁊ sic lex permit-
tit mentiri. Glos. dicit contra. imo non dicit se vsuce-
pisse ibi, vel non dicet aduersarium hic non vsucepisse,
quia deieraret in sacramento calumnie, vt vidistis:
⁊ ideo

et ideo dicit glos. ꝙ petita restitutione ⁊ obtenta, ac si
res non esset vsucapta, poterit eam petere non obstante
vsucapione, que sublata est per restitutionem, non ergo
dicet qđ aduersarius, sed dicet ꝙ competit in rem, ac si
non fuisset vnquam vsucapta, vt.s.in dubio in pub. Se-
quitur: ¶ Si quis cum reipublice causa abesset. Dicit gl.
ille qui abest propter ciuitates Romanorum.ff.de verb.
signifi.l.eum qui vectigal.⁊.ff.ex qui.cau.maio.l.j.§.ver-
3 ba. Hic dicitur † ꝙ si ille qui abest causa reipublice vsuce
pit rem presentis, ꝙ presens restituitur cõtra vsuscapio-
nem: sic nunquid ille qui est absens propter suum muni-
cipiũ restituitur si res fuerit vsucapta propter sui absen-
tiam? Dicit glos. ꝙ sic, sed non ideo quia sunt absentes
causa reipublice, cũ non absint propter rempublicã Ro
manorum: arg.ff.de verb.signifi.l.eum qui vectigal. sed
ideo quia isti ex necessaria ⁊ iusta causa sunt absentes, cũ
ciuitati sue habeant obtemperare, vnde ex clausula po-
sita.ff.ex quib.cau.maio.l.j.§.vlti.s.si qua mihi iusta cau
sa videbitur.⁊ probabitur. ff. ex qui.cau.maio.l.legatis.
⁊.l.sed ⁊ si per pretorem.§.item inquit pretor. §. penult.⁊
vlti. ¶ Doctores reuocant alibi in dubium: pone, respu
blica Romanorum si sit lesa in contractu, potest petere
restitutionem in integrum, quia vtitur iure minoris, sed
4 nunquid † idem est in quolibet municipio, vel qualibet
alia ciuitate? Dicit glos. ꝙ non: not.C.qui ⁊ a quib.ma.
l.respublica iure minoris vtitur. Alij, ⁊ fuit sentẽtia Jo.
de ble. dicunt contrarium: nam propter vnumquodqꝫ
tale, ⁊ illud magis, sed legatis municipiorum datur re-
stitutio propter municipia, ergo multo magis istis mu-
nicipijs, vt.ff.ex qui.cau.ma.l.legatis. Sed illa nihil sunt,
non enim est verũ ꝙ propter municipiũ vel ciuitatem de
tur restitutio legatis, sed hoc quia necesse habent obedi-
re ciuitati, ⁊ sic sua absentia est necessaria ⁊ probabilis,
⁊ ideo ex generali clausula restituuntur: vt. ff.ex quibus
cau.maio.in integ.resti.l.j.§.vlti.⁊.l.sed ⁊ si per pretorem.
§.item inquit pretor.ad fi.§. ¶ Item pro se inducũt plu-
res leges quibus potest responderi: nam due habentur
rubrice in.C.vna est, de iur.fis.alia est, de iur.reipub.⁊ do
ctores pro eodem accipiunt, fiscum ⁊ rempublicam Ro
manorum, cum populus suam potestatem trãstulerit in
principem, sed si sit idem vt supponunt, ⁊ ponitur de iur.
fis.⁊ sic per consequens ibi dicit de republica. Respond.
⁊ alia rubrica ponitur de iure reipublice, ergo ⁊ intelli-
gitur de republica alia, a Romana, al's alia rubrica es-
set superflua: vt.C.de iure fis.⁊.C.de iure reipub.quod es-
se non debet, quia superfluitas in iure reprobatur. ff. de
verb.oblig.l.que extrinsecus.C.de nouo cod.confir.con-
5 stitutione vna.circa medium. Sed potest responderi † ꝙ
olim respublica ⁊ fiscus idem erant, sed lata lege horten
sia translatum fuit imperium in Imperatorem, ⁊ sic ho
die fiscus est apud Imperatorem, nõ apud Romanos:
vt.ff.de consti.prin.l.j. Itẽ pro se inducunt. C.de offi.eius
qui vic.al.ger.l.j. vbi dicit ꝙ ille qui vicem presidis gerit,
potest cognoscere de causa reipublice, sed non potest in-
telligi de republica Romana, quia ibi habet suos iudi-
ces, scilicet pretores, ⁊ sic oportet intelligere de alia repu
blica a Romana: sed posset dici ꝙ ibi vicem gerens presi
dis cognoscebat inter rempublicam ⁊ priuatam, vnde
ratione fori agit respublica coram preside, cum actor fo
rum rei sequatur, vt.C.vbi in rem actio.l.ij.quia respubli
ca fecerat conueniri priuatum, vnde inducebant docto
res.ff.ex quib.cau.ma.l.legatis.C.de iure fis. ⁊ de iure rei
publi.l.rempublicam. ⁊.C.de off.eius qui vic.al.iud.ger.
l.j.⁊ sic forte arguunt ex suppositione cuiusdam falsi, sci-
licet ꝙ fiscus ⁊ respublica sint idem. Unde dico ꝙ alia
respublica non restituitur, ergo intelligendum est pro-
prie loquendo de republica Romana, ⁊ non de alia re-
publica, quia tunc improprie intelligeretur: arg. ad hoc
ff.de ver.obli.l.ex ea parte.§.insulã.⁊ hoc in Spe.de resti.
in integ.§.j.non idẽ quoqꝫ ⁊ plenius per pretorẽ. l.respu-
6 blica. Sequit: ¶ Uel in hostiũ. † quinam sint hostes, dic
qui populo Romano bellum indixerãt, vel econtra: vt
ff.de verb.signif.l.hostes.ff.de capti.⁊ postli.reuer.l.ho-
stes.ceteri non dicunt hostes, sed latrunculi sunt. Quo-
modo vsucapit iste qui est in potestate hostium, nam qui
ab alio possidetur, possidere non potest.ff.ad leg.iul.de a
dulte.l.sic eueniet.⁊.ff.de acquir.rer.domi.l. homo liber.
§.quicunqꝫ.⁊ iste ab alio possidetur.s.de iur.perso.§.ser-
ui.⁊ si non poterit possidere, ergo nec vsucapere: quia si-
ne possessione non currit vsucapio, vt.ff.de vsucap.l.sine
possessione. Dicit gl. absens reipublice causa potest vsu-
capere, quia forte rem quam vsucapiebat secum detulit,
vel etiam econtra dimisit, ⁊ sic retinuit possessionem ciui
lem que est causa vsucapionis: vt.ff.de acquir.rer.domi.
l.acquiritur.ad fi.illam potest retinere solo animo, vt.ff.
de acquir.poss.l.quarundam.⁊.C.de acquir.pos.l.licet.⁊
ff.de acqui.pos. l.clam possidere.§.qui ad nũdinas. Sed
hoc non soluit contrarium, vnde dicit ꝙ possunt vsuca-
pi, scilicet per filium vel seruuꝫ, sicut dicitur de capto ab
hostibus, nam iste potest vsucapere per filium vel seruũ
iure peculiari, quia in istis non inspicitur persona domi-
ni vel patris, sed ipsorum filij vel serui: nam quantum ad
peculium conniuentibus oculis dicuntur domini.ff. de
manu.l.iiij.vnde isti in re peculiari vsucapiunt, ⁊ per hoc
soluitur vna oppositio prius facta, vt.ff.ex qui. cau. ma.
l.item ait pretor.§.hoc autem si deniqꝫ.⁊.l.ait pretor.§ hi
plane.⁊ probatur.ff.de vsuc.l.iusto. ¶ Sed contra, quia
per seruum vel filium nõ potest vsucapere captus ab ho
7 stibus: vt.ff.de vsuca.l.neqꝫ seruus. Sol.ex † re peculiari
nõ potest vsucapere seruus vel filius capti ab hostibus,
scilicet ideo quia vel in rebus magis inspicitur persona
domini ꝙ serui vel filij, sed nos loquimur hic de peculia-
ribus rebus in quibus consideratur persona serui vel fi-
lij: licet enim dum captus ab hostibus, quod seruus vsu
cepit vel filius cõpeteret postliminij beneficio patri vel
domino reuerso ⁊ sibi acquiritur, glos. dicit inspecta ve-
ritate, quia si ille qui captus est sit seruus istius, filius vel
seruus non vsucapiunt, vt in.l.contraria, sed inspecta fi-
ctione postliminij que preualet veritati, vt.s.quib.mod.
ius patr.potesta. sol. §.si ab hostibus. ⁊ ꝫm hoc ꝙ postli-
minium fingit eum semper mansisse in ciuitate, vt in di-
cto. §. si ab hostibus. ꝫm hoc captus per istos vsucapit,
vnde iste vsucapit operãte fictione postliminij. Credo ꝙ
isti vsucapiũt in peculiaribus fictione postliminij: sed de-
mũ domino reuerso ei acquirit res vsucapta, scilicet per
fictionem postliminij, que fingit eum in ciuitate semper
fuisse. Sequitur: ¶ In hostium potestate. dic, id est serui
tute: sed certe dico, non est seruitus ex persona domini
sed proprietas, id est dominium, ⁊ sic exponit lex in per-
sona serui, dicit lex, id est dominium.ff.de verb.signi.l.po
testatis.in princ. Dico ꝙ ex parte domini est dominium
in domino, seruitus in seruo: vnde dicit gl. potestas plu-
8 ribus modis sumitur. Potestas † quandoqꝫ sumit pro
districtu seu iurisdictione, vt cum dicitur: isti sunt de di-
strictu seu potestate talis iudicis, id est sub iurisdictione.
ff.de iurisd.om.iudic. l.per vim aut metum. Item quan-
doqꝫ ponit pro obedientia sub qua ponitur monachus
sub abbate, ⁊ clerici sub prelatis. Item ponit quandoqꝫ
pro pietate seu dilectione paterna, vt in patre: vt. ff. de
verb.signifi.l.potestatis.in princ. sic ergo vbi absens vsu
capit rem presentis, presens restituitur, vt hic. ¶ Que-
ro, quid si absentes sunt ambo, tam vsucapiẽs, ꝙ ille cu-
ius res vsucapitur? Dico ꝙ restituitur ius cõtra alium,
nam priuilegiatus vtitur priuilegio contra priuilegia-
tum: vt.ff.ex quib.cau.maio.l.vlti.sed op. ⁊ responde per
Pet.in.l.quod tempore.in fi.C.de resti.mili. ¶ Sed quid
si presens vsucapit rem absentis causa reipublice? Dico
9 idem † quia restituitur, vt.ff.ex quib.cau.ma.l.j.in princ.
⁊ innuitur hoc ibi, qđ genus actionis ⁊c. vt non solum
absentibus causa reipublice, sed quando incipit annus
vtilis, quia hic datur vtilis annus, vt hic: ⁊ dicit vtilis,
qui cõstat ex.ccclxv.diebus.ff.de sta.libe.l.cum heres.§.si
stichus. Et dicit vtilis, in quibus actor habet facultatẽ
agẽdi, quia nec impeditur per se, nec per aduersarium,
nec per iudicem: nam ista tria requirũtur, ⁊ ꝙ dies sint
habiles ad agendum, ⁊ ꝙ habet potestatem iudicis ⁊
copiã rei, vt vtiles anni dies currãt, vt.ff.de diuer.⁊ tẽp.
prescri.l.j. Quando ergo incipit annus? Dicit glos. cum
reuersus est ad domum suam: videtur etiam cum non
est impeditus postꝙ completum est officium propter qđ

missus est, in tantum tempus currit ꝙ potuit redire ad domum, ex tũc enim sibi currit annus, ⁊ concedũtur sibi xx. miliaria pro qualibet diurna: vt. ff. ex quib. cau. maio.
10 l. si cui. §. tandiu. ff. si quis cautio. l. j. Unde † ego reuerso vel completo officio vel elapso tempore quo potuit redire, incipit vtilis annus, ⁊ sibi nocet illud qd post remanet, cum completum sit officium pro quo missus fuit: qd intelligo ꝙ ei nocet vt ipse non possit petere restitutionẽ. Sed si vsucepit rem presentis, dico quanto tẽpore remanet siue potuit redire siue non, non nocet presenti, vt dicto. §. tandiu. ⁊ ibi not. glos. iniquum enim esset ꝙ presens grauaretur propter suam moram cui nihil imputandum est. Si ergo rediẏt statim cum potuit, eo reuerso potest petere cum absens est presentem restitui ꝙ̃ etiã presens sibi absentem: vt hic ⁊. ff. ex qui. cau. ma. l. j. §. verba. Unde dicit gl. ꝙ petunt restitutionem aduersus vsucap. ⁊ contradicit glos. siue vsucapio sit completa in absentia eius cuius res vsucapitur, siue in presentia, dunmodo statim postꝙ̃ reuersus est de absentia: ⁊ sic idem est, dicit gl. ac si in absentia esset capta, vnde restituitur, vt. ff. ex qui. cau. maio. l. ab hostibus. §. sed qd simpliciter. ⁊ sic glo. tangit hic quandam distinctionem doctorum.
11 Dicit † enim principaliter ꝙ quecunqꝫ vsucapio completa sit, ⁊ intra tempus quo vsucapit᷑ fuerit absens causa reipublice, restituitur siue in presentia sit completa, siue post: vnde dicit Bur. omne tempus absentie tollitur, sit primũ, medium, vel vltimum. Mar. aũt dicit ꝙ si res eius qui fuerit absens causa reipublice vsucapiat᷑ ⁊ vsucapio completa sit in presentia, non restituit᷑ ad aliquid, sed tunc demũ restituitur cum in eius absentia, vel statim post modicũ tempus cum restituitur, al's non: vnde si postꝙ̃ reuersus est non petit rem suam cum posset, ⁊ vsucapitur, negligentia quam habet in petẽda re sua, quam alius habet, compensatur cum tempore quo fuerat absens, ⁊ sic tempus absentie non prosit, ⁊ sic non restituatur, ⁊ approbat gl. hic sententiam Mar. ⁊ not. ista distinctio. ff. ex quib. cau. ma. l. ab hostibus. §. sed qd simpliciter. ⁊. C. de resti. mili. l. qd tempore. Uide de hac materia ⁊ omnibus istis questionibus Pet. in. l. fin. C. quib. ex cau. maio. ¶ Hic tangit glos. de rescissoria: ⁊ glos. tetigit multa, ⁊ plura falsa, ⁊ de hoc hic plene per Dy. plenius in dicta. l. quod tempore. prope fin. ¶ Primo quero, que sit illa rescissoria, de qua hic tractatur. ¶ Secundo, vtrum sit nomen actionis, vel species actionis, vel vtrum cognomẽ. ¶ Tertio, si habet locum tam in mobilibus ꝙ̃ in immobilibus. ¶ Quarto, an in personalibus actionibus. ¶ Quinto, vtrũ sit datiua vel natiua. ¶ Sexto, quando nascatur. ¶ Septimo, quanto tempore duret. ¶ Octauo, nunquid perpetuatur per litis contesta. ¶ Nono, nunquid officium iudicis qd imploratur ad habendam rescissoriam, ⁊ rescissoria actio que competit restitutione contra vsucapionem petita ⁊ obtenta, possint simul proponi in eodẽ libello. ¶ Decimo, quomodo formatur in illa libellus. ¶ Redeo ad primum, ⁊ quero que sit rescissoria actio, de qua hic tracta-
12 tur. Et sciendum est † ꝙ in iure dupliciter rescissoria accipitur, quoniam dicitur rescissoria, cum ius ipsum restituitur ipso iure, siue imploratione officiẏ cõtra aliquem: vt si mulier animo nouandi suscepit obligationem alterius, ⁊ mulier postea tuta fuerit per senatusconsultum Uelleianum, tum quia non debebat, tum quia non erat creditor mulieris, ⁊ creditori ideo ius suũ restituitur per primam actionem ipso iure cõtra debitorẽ qui fuit obligatus primo, ⁊ cuius sublata fuit obligatio per acceptilationẽ, ⁊ illa actio rescissoria beneficio iuris restituitur creditori ipso iure contra debitorem, ⁊ ista rescissoria est eadem cum prima, nõ dico omnino, quia directa sublata est, ⁊ ideo nõ amplius resurget: vt. ff. de solu. l. qui res. §. aream. sed restituitur vtilis ⁊ est eadem in specie, nam si prima est ex mutuo, ⁊ ita fiet venditio ex ista, ⁊ sic de similibus, ⁊ de ista habes. ff. ad senatus. velleia. l. quamuis. §. vlti. ⁊. ff. de dona. l. vt mihi. Alio modo accipitur rescissoria, que datur post vsucapionem rescissam, ⁊ ista non competit ipso iure, sed oportet implorare primo officiũ iudicis, vt rescindat obstaculum vsucapionis, vt mihi liceat petere rem vsucaptam ac si nõ esset vsucapta: ⁊ sic implorata restitutione ⁊ obtenta possum agere ad rem non obstãte vsucapione, ⁊ ista actio vocatur rescissoria, Et econtra rescissoria dicit Joannes de blenosco dicitur ab euentu, nam in aduentu obstaculi rescissi compe-
13 tit: vnde † si non daretur restitutio, nõ daretur rescissoria, sed data restitutione contra obstaculum vsucapionis rescissoria competit. Aliẏ dicunt ꝙ rescissoria dicitur ab effectu: nam per officiũ iudicis qd datur ante rescissoriam ad tollendum obstaculum, tollitur. Sed nõ plus mihi faceret habere rem meam, ⁊ ideo debet agi rescissoria actione, que competit ad rem amissam, ⁊ facit eam plus restitui: ⁊ ideo cum per eam plus rehabeam rem meam non autem per officium iudicis, ideo ab effectu quem affert dicitur rescissoria rescindens complete ⁊ plene, qd officium minus plene resciderat. Et dicunt quidã ꝙ ista rescissoria datur a lege, scilicet a pretore mortuo statim ꝙ res absentis causa reipublice vsucapta est, vel ꝙ ipse presentis rem vsucepit: sed non est verũ, quia non datur sicut in Uelleiano, imo sine aliqua restitutione iudicis, sed officiũ iudicis per restitutionẽ, ⁊ de hoc videbitis. j. de ista rescissoria habetis. ff. ex qui. cau. maio. l. necnon. §. exemplo. ⁊ de ista tractatur. ¶ Quero secundo, nunquid rescissoria sit nomen actionis, id est species a-
14 ctionis, vel nunquid sit adiectio? Glos. tenet hic † ꝙ nõ sit species actionis, sed cognomen, vnde vocabitur prima ex vendito vel ex empto, vel similis rei vendicatio. cum adiectione hac, scilicet rescissoria: nam quo nomine alia vocatur, ista vocabitur cognominata rescissoria, vnde dicit glo. que primo dabatur directa, dabitur modo post rescissoriam obstaculi, vel vtilis cognomen rescissoria, sicut dicitur de peculio que est cognomen actionis ⁊ non nomen, nam lex dicit ꝙ datur mãdati de peculio. Si mala esset constructio, substantiua iungerent simul sine copula ⁊ verbo nisi vnũ adiaceret. Aliẏ dicunt ꝙ de peculio est adiectio, ⁊ idẽ est de in rem verso, ⁊ institoria ⁊ similibus: ⁊ probatur. ff. de peculio. l. iiẏ. §. cui congruit. vbi dicitur, mandati de peculio. ⁊. ff. de pecu. l. depositi. ⁊ ideo cognominatur ne sit inconueniens iungere sine copula duo substantiua, ⁊ cõpetit ista adiectio tam in reali ꝙ̃ personali. Aliẏ dicunt contra, quia imo est nomen actionis, nam primo sublata est per vsucapionem cum dominium amisit: vt. C. de pact. l. traditionibus. ⁊ sublato dominio tollitur actio, vt. ff. de rei ven. l. in rem actio. ⁊ ideo cum prima sit sublata, ista non posset esse eadem cum prima, vt. ff. de sol. l. qui res. §. aream. Pretextu isto rescissoria ponitur in tractatu actionum, ⁊ in diuisione specierum actionis: nam hic dicitur quod genus actio-
15 nis, ⁊ sic supponit ꝙ sit actio. Nam † quod Logici appellant speciem, nos Legiste vocamus genus, ⁊ qd ipsi vocant indiuiduum, nos vocamus speciem: vnde cum s̃. pretor posuit vnam speciem actionis pretorie, in isto §. posuit aliam hic positã, ⁊ vocat hic rescissoriã genus actionis, ⁊ sic est species aliqua sub se, arg. ff. si cer. peta. l. iẏ. §. appellata. Dicit ergo glos. ꝙ hic datur actio rescissoria vtilis antiqua, sed primo competebat ista antiqua directa, datur modo vtilis, nam directum dominium amisit, ⁊ sic non potest competere directa: vnde sublata iure primo amplius non resurget, vnde cum primum sit sublatum, ⁊ non possit resurgere, vt. ff. de solu. l. qui res. §. aream. propter hoc datur vtilis eadẽ cum prima. Aliẏ dicunt ꝙ verum est ꝙ non datur directa, cum sit sublatum ius primi: sed tamen datur actio noua a pretore, non autem antiqua vtilis: nam dicunt, non potest dari prima vtilis, nam omne ius primũ tollitur, ⁊ ideo dicunt ipsi datur noua vtilis per pretorem. Sed quid curo ego, vtrum sit noua vtilis, vel antiqua: quia non refert quo iure fiat dummodo iure fiat. ff. de liberis ⁊ posthu. l. Gallus. §. si eius qui filium. Dico imo potest esse vtilitas, nã potest esse ꝙ actio bone fidei sublata est, ⁊ si non sit antiqua erit vtilis bone fidei: aut si noua, tamen non inueniatur esse bone fidei erit stricti iuris. s̃. eod. §. omnium autem. fiet arg. contra, quia idem est iudicium de actione in factum subsidiaria: vt in auf. vt cum de appel. cog. §. hoc quisqꝫ studium. ad fi. §. ⁊. j. eod. tit. fuerat.

¶ Quid ergo,

¶ Quid ergo, nunquid est nomen vel cognomen? Jo.
16 de ble. ponit arg. quia Joã. distinguit sic: aut † primum ius quod competebat sublatum est ipso iure ꝛ in totum, aut nõ est sublatum, si sit sublatum ipso iure, verbi gratia, aliquis cum absens reipublice causa vsucapit rẽ mobilem presentis, vel econtra presens rem mobilem absentis, per vsucapionem aliquis efficitur dominus insolidũ, vt. C. de pact. l. traditionibus. ꝛ sic primo domino dominium adimitur, quia duo non possunt esse domini insolidum eiusdem rei, vt. ff. commo. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ꝛ ff. ex quib. cau. maior. l. is autem. Tollitur ergo omne ius per vsucapionem quantum ad dominiũ, ꝛ tunc dicit Jo. ꝙ a pretore datur actio, ꝛ vocatur rescissoria, vt hic dicitur: nam ꝛ hic loquit̃ de vsucapione, vnde ista nõ est eadem cum prima, imo noua est actio a pretore in defectu prime data, ꝛ tunc non est cognomen rescissoria, imo est nomen actionis. Sed si primum ius nõ tollitur ipso iure remanet primum, sed exceptio opponitur: verbi gratia, in prescriptione longi temporis, scilicet x. ann. inter presentes, vel. xxx. vel. xl. ann. inter absentes, vnde si absens vsucepit rem immobilem per. x. ann. vel
17 xx. non propter hoc factus est dominus directe: † nam per prescriptionem nõ acquiritur directum dominium si excipiatur contra dominium directum, sed bene acquiritur vtile, quod credo esse verum si non prescribatur contra illum qui haberet vtile dominium, credo ꝙ ꝛ illi contra quem prescriptum est vtile tolleretur insolidum, ita ꝙ nihil remanet apud eum cõtra quem prescriptum est. Et not. glos. ff. de publicia. l. cum sponsus. §. in vectigalibus. ꝛ do. meus. ff. de vsuca. l. j. ꝛ ad hoc facit. C. quod met. caus. l. si vi. ꝛ probant doct. exceptio est actionis exclusio. ff. de excep. l. j. Sed lex dicit ꝙ si dominus directo vendicat rem suam post completam vsucapionẽ, id est prescriptionẽ ꝙ exceptione repellitur. Dicunt doctores, ergo dominus habebat actionem, aliter non repelleretur exceptione, ergo rei vendicatio competit domino tantum: vt. ff. de rei vendica. l. cum in rem actio. legẽ que dicit ꝙ repellitur actor exceptiõe habemus. C. de prescrip. xxx. ann. l. si quis emptionis. §. j. non ergo tollitur dominium ipso iure per prescriptionem longi temp. Tene ꝙ sententia docto. est verior, ꝙ non querat dominium. Item in obligationibus personalibus idem est, vt
18 non tollatur ipso iure, sed ope exceptionis: nam † tempus non est modus tollẽde vel inducende obligationis. ff. de actio. ꝛ obliga. l. obligationum fere. §. placet. Et in istis in quibus ius alterius nõ tollitur ipso iure, cum prima actio durat, ad hoc non erit danda a pretore actio: nam ista actio recessit, cum non habeat locum quandiu prima durat. arg. ff. de minorib. l. in cause. ij. Unde in isto casu non petet, vt non obstante vsucapione licet sibi petere rem quam amiserit sicut in vsucapione, sed intentabit primam actionem, ꝛ implorabit officium iudicis, vt non noceat sibi exceptio prescriptionis: ꝛ in isto casu rescissoria non est nomen actionis noue, sed cognomen actionis prime. Sic Jo. intellexit. l. q̃ dicit, si quis stipulatus fuerit singulis annis. ff. ex qui. cau. maio. l. si quis stipulatus. ꝙ in Italia esset, ꝛ quia propter absentiam reipublice in Italia esse impeditus est, officium erit inde introducere vtilẽ actionem, quia prima actio ad illos annos impedita fuit nasci, cum promissio esset sub conditione si moratus esset in Italia: ꝛ ideo datur vtilis a pretore non directa, quoniam non potuit in eo casu, quia directa debebat nasci ex contractu stipulationis. Unde
19 dicit Joan. † in vsucapione triẽnij, quo ipsum ius tollitur, pretor dat nouam actionem, ꝛ per illam petet rem, ꝛ vocatur rescissoria, ꝛ est nomen ꝛ species actionis: sed in prescriptionibus immobilium siue in personalibus aget lesus; ꝛ ipsa actio que adhuc sibi competit, ꝛ pretor restitutione aufert obstaculum exceptionis per prescriptionem, ꝛ tunc ex propria actione sequetur condemnatio. Respondet Joan. ad argu. non obstat qđ dicunt ꝙ per vsucapionem tollitur prima, ꝛ sic cum sit extincta, amplius non potest competere directa, siue vtilis. Hoc concedo, ꝙ prima non cõpetit: sed dico loco primo sublate pretor dat nouam ex officio suo, ꝛ vocatur rescissoria, ꝛ actionis est species. Item non obstat qđ dicunt ꝙ rescissoria non est cognomen in casu in quo prima durat: vnde dico Jo. imo est cognomẽ. ¶ Tertio quero, nunquid habet locum rescissoria tam in mobilibus ꝙ̃ in immobilibus: tam in realibus ꝙ̃ in personalibus. Dicunt
20 docto. † ꝙ sic: de re mobili constat, nam hic ponit vsucapionem, que habet locum in re mobili, vt. C. quib. ca. ces. lon. temp. prescrip. l. in seruorum. Item in immobilibus habet locum, nam si absente milite aduersarius missus sit in possessionẽ militis propter hoc ꝙ non cauebat, datur militi restitutio: vt. ff. ex quib. cau. ma. l. ab hostibus. §. si damni infecti. ꝛ idem dicunt in personalibus, nam datur filio restitutio, vt possit vẽdicare hereditatem patris defuncti apud hostes. C. ex qui. cau. ma. l. vlti. Item lex dicit ꝙ rescissoria siue per vsucapionem, siue per liberationẽ aliqua de bonis capti ab hostibus postliminio reuersi sunt subtracta, siue non vtendo amissa, ꝛ sic pro prima personali datur rescissoria: vt. C. de postli. re. ꝛ red. ꝛ ab hosti. capt. Dico ꝙ vbi datur pro immobili prescriptione vel personali actione, ꝙ non est nomen actionis sed est adiectio, nam prima durat, ꝛ sic ista actio que datur a pretore in subsidium propter equitatem, ne sua absentia sibi vel alij noceret hic non est necessaria, quia prima competit, ꝛ sic non compatitur eam: vt. ff. de minori. l. in cause. Uel si velim dicere ꝙ sit nomen actionis, pos-
21 sum: nam licet, † sicut arguitur, vbi prima actio ipso iure remanet non est necessaria rescissoria, quia prima durat per quam aduersarius potest condemnari, sed in casu vbi ius alicuius in totum sublatum est, tunc est necessaria. Dico ergo ꝙ quando pro immobilibus tolluntur per prescriptionem, non fuit pretorem necesse inducere rescissoriã actionẽ: vnde propter illos non adinuenit eã, qui habebãt suam actionem primã, sed pro illis qui suo iure amiserunt ius suum necesse fuit ꝙ pretor induceret actionem, quia sublata sua erat, ꝛ sic non habebant vnde possent agere, ꝛ ideo pro illis tanꝙ̃ necessariam pretor inducit actionem rescissoriam. Ueruntamen pretor inspiciens etiam illos qui actiones suas habebant, illis tanꝙ̃ largus, licet necessario non indigerent concessit, sicut dicitur de bonorum possessione quam prestitit tam indigentibus ꝙ̃ non indigentibus: vt. s. de bo. posses. §. quod autem. ꝛ sic dixi in publiciana, ꝛ forte ad hoc se retulit lex, ab hostibus. que dicit pro liberatione dari rescissoriã. Prima videt̃ verior, ꝙ sit cognomen in personalibus, ꝛ in immobilibus: quia primo ordinaria durat, ar.
22 dicte. l. in cause. ¶ Quarto quero, † nunquid sit eadem species rescissorie, que cõpetit personalibus ꝛ realibus? Uidetur esse vna, nã in prima ꝛ in personalibus ꝛ in realibus datur rescissoria per eandem rationem, scilicet ex iusta causa: cum ergo eadem ratio specialis, ꝛ idem ius. ff. ad leg. aquil. l. illud. ergo eadem ratio. Doct. sic dicũt, ꝙ sunt diuerse species actionum: nam hic dicitur qđ ibi, qđ genus ergo. ꝛ sic supponit actiones specificas. Dico si velitis pro immobilibus ꝛ personalibus dari actionẽ, recte erunt diuerse in specie sicut personalis ꝛ realis: sed dico ꝙ pro duobus nec pro personalibus competit, et sic dico eandem speciem. Dicitur ꝙ genus actionis nõ refert se ad specificas ac diuersas species, sed tantum ad diuersas numero: quoniam plures sunt in numero, quot sunt lesi ex iusta causa, ꝛ danda est rescissoria, tunc sunt plures rescissorie numero, sed vna specie. ¶ Quin-
23 to quero, † nunquid sit datiua vel natiua? Et dicitur natiua que habet sufficientem preexistentem materiam ad pariendum ẽm solitum cursum actionis in venditione, locatione ꝛ similibus. Datiua dicitur illa que non habet sufficientem preexistentem materiam ad pariẽdum inspecta regula ꝛ natura aliarum actionum vt petitio, nuda. ff. de pac. l. iurisgẽtium. §. sed cum nulla. ꝛ propter hoc in casu illo ius de plenitudine potestatis dat actionem: ꝛ de datiua habes exemplum. C. de transac. l. cum mota inofficiosi. Dicunt ergo quidam ꝙ nõ est datiua, quia non habet sufficientem materiam vt posses. cum regulariter rei vendicatio nascitur ex dominio, ꝛ iste non habet dominium: vt. ff. de rei vendi. l. in rem. nam sublatum est per vsucapionem, vt. C. de pact. l. traditionibus.

vnde dicunt eam datiuam, ⁊ datur a pretore. Alij dicūt
eam natiuam, nam cum quis absens ledit presentē, vel
cum presens absentem ⁊ suam absentiam, qđ in dubio
presumitur, quia verisimile est ꝙ si esset presens non per-
mitteret rem suam vsucapi: vt. ff. de proba. l. cum de inde
bito. Et ideo cum taliter leditur, pretor pollicetur eū in
integrum restitui, ⁊ sic non videtur re sua exclusus: vt. ff.
24 de resti. in integ. l. nemo videtur. arg. hic † propter spem
quam habet se restitui, nascitur ista rescissoria, nam spes
tantum operatur vt faciat venire in iudiciū familie her-
ciscunde. ff. famil. herci. l. propter spem. spes enim multū
operatur. Alij dicunt ꝙ nascitur ex memoria preceden-
tis dominij, nam licet dominium amiserit, qđ erat cau-
sa actionis, quia adhuc retinet memoriam dominij, ex
ista memoria nascitur, sicut dicitur, furiosus non potest
contrahere propter defectū consensus, quia nuptie con-
sensu contrahuntur: vt. ff. de reg. iur. l. nuptias. si tamen
furiosus tempore quo erat sane mentis cōtraxit, postea
factus furiosus propter memoriam precedentis consen
sus retinet materiam, vt. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu.
l. patre furioso. ff. de reg. iur. l. furiosi. ⁊ sic operatur prece
25 dēs memoria. Sic dicitur ꝙ † qui fuit seruus alicuius, li-
cet modo non sit, non poterit torqueri contra eum pro-
pter memoriam precedentis. ff. de questio. l. vnius. §. ser-
uus. C. de questio. l. seruos non solum. ⁊ arg. ff. de solut. l.
non procurator. ⁊ l. cum quis. Sed certe nec spes nec me
moria est causa sufficiens vt aliquis admittatur ad agē-
dum, licet per memoriam quandoqꝫ liberatio cōtingat.
l. cum quis. ff. de sol. Possum dicere ꝙ habet conditionē
sufficientem ad agendū, nam iste retinet dominium vti-
le, ⁊ vtilis dominus habet vtilem rei vendic. vt. ff. si ager
vectig. vel emphy. pet. l. j. ij. ⁊ iij. ⁊ iste de iure pretorio re-
manet dominus, nō directo, quia dominium directum
transtulit ius ciuile: vt. C. de pact. l. traditionibus. sed re-
mansit dominus vtiliter, cum pretor pollicetur eum re-
stituere, ⁊ propter hoc vtile dominium nascitur rescisso-
ria, vt. ff. quod met. cau. l. metum. §. volenti. C. quod met.
cau. l. si vi vel metu. Unde sicut ibi datur directa, hic da
26 bitur vtilis, sed ista est periculosa, nam † pretor non dat
vtile dominium, nisi cum probauerit se fuisse dominum
tempore quo fuit completa vsucapio: restituit enim ad
illud qđ prius habebat non cōcedendo aliquod nouum
nisi probet se fuisse dominum, sicut dixi, vt. ff. de minori.
§. restitutio. C. de sent. pas. l. iij. ⁊ ideo in restitutione dan-
da faciliter conceditur, quia pretor concedit sub condi-
tione, scilicet si probet se dominū tempore quo vsucapio
fuit completa, ⁊ ideo donec probauerit se dominū fuisse
pretor non dat actionem ad petendum, ꝙ si sub condi-
tione debet fieri dominus, pendente conditione non ha
bet dominium, vt. ff. de acqui. poss. l. qui absenti. §. j. Sed
forte ipsi dicerent ꝙ conditio sub qua pretor pollicetur
dominiū vtile, retro trahitur ex quo probauit se domi-
num fuisse, ⁊ fingitur dominus retro fuisse: arg. ff. qui po
tio. in pig. hab. l. potior. de ver. obli. l. si filius. Credo in eo
casu vbi est species actionis distincta ⁊ nominata: puta
re mobili vsucapta, ꝙ est datiua. ff. de actio. ⁊ oblig. l. in
honorarijs. quia datur cum nulla remāserit, nec pro di-
recto dominio nec pro vtili, sed vt competeret pro re im-
mobili prescripta. Uel in personalibus, quia ibi non est
species distincta ⁊ nominata, cum aliquod ius remanse
rit. Magis tamen credo in his casibus rescissoriam esse
cognomen, ⁊ sic datiuam nominaui superius, ⁊ sic sem-
per erit datiua vt est species vel nomen propriū actionis.
¶ Quero sexto, supposito ꝙ sit natiua quoniam nasci-
27 tur, dicit Bulg. statim † ꝙ absens reuersus est de absen-
tia ⁊ res sua vsucapta est, nascitur ei rescissoria ex eo ꝙ
pretor pollicetur restituere, sed verum est ꝙ nascitur inef
ficax, nec potest intentari, sed pretor propter potentiam
suam sufflat ei speciem vite dando restitutionem, ⁊ tunc
habet vitam ⁊ proponi potest: sic videamus in leone,
cum leo partum suum credat mortuum, leo tantum suf
flat super eum ꝙ immittit in eum spiritum vite. Unde
dicit Bul. datur a pretore mortuo eo ipso ꝙ aliquis pro-
pter iustam absentiam est lesus, vel iusta causa, ita ꝙ de-
bet restitui: sed verum est ꝙ non potest intentari sine au-
toritate pretoris viui, scilicet si dederit ei restitutionem
intra annum vtilem. arg. C. ex qui. cau. ma. l. fina. sed an-
te restitutionem nata erat, licet non efficax, ⁊ probatur.
Ista actio rescissoria anno vtili tollitur, cōputando a re
uersione, ex quo habuit facultatem experiendi: vt. ff. de
act. ⁊ oblig. l. in honorarijs. §. j. tollitur ergo anno quan-
do datur exceptio prescriptionis contra illam post an-
num vtilem: vnde lex dicit cum obiectu exceptionis an-
nue, que huic exceptioni obijci solet. ⁊ loquitur de rescis-
soria. C. ex qui. cau. ma. l. vlti. Cum ergo ei prescriptū erat,
nata est, nam al's non posset ei prescribi: quia qđ non est,
non rumpitur. ff. de iniu. rupt. ⁊ irri. testa. l. nam ⁊ si sub
28 conditione. Placen. dicit contrariū † quia nascitur de-
inde eo restituto: ⁊ probat, quia lex dicit ꝙ illi qui reuer-
sus est ab hostibus datur rescissoria exēplo vtilis actio-
nis que in integrum restituto datur heredi. Dicit Pla.
restitutio est in pretio, requiritur ergo ꝙ vt primo, vt
C. ex quib. cau. ma. l. vlti. vnde erit processus: primo petet
restitui ⁊ implorabit officiū iudicis, vt vsucapio sibi non
noceat, cum sit facta in absentia iusta, ⁊ sic restitutione
petita ⁊ obtenta, dicit Placen. sibi competit rescissoria,
⁊ tunc petet per rescissoriam rem suā, ac si non esset vsu-
capta, vel prescripta. Respondeo ad argu. Bul. qui di-
cit, opponitur exceptio annalis, quando elapsus est an-
nus intra quem petere debuit restitutionem, ergo cōpe-
tebat actio, al's non posset prescribi. arg. C. de prescr. xxx.
vel. xl. ann. l. cum deuotissimi. §. vlti. Hic concedo ꝙ nisi
esset actio, ꝙ nō posset prescribi contra eam: sed dico ꝙ
olim restitututio petebatur anno vtili, vt hic dicit ⁊. ff. de
actio. ⁊ obli. l. in honorarijs. §. j. hodie autem datur qua
drienniū: vt. C. de temp. in inte. rest. pe. l. vlti. licet gl. dicat
hic contrarium. Dyn. ad concor. distinguit vt dicta. l. si
29 per hanc questionem. ⁊ † hic per eum. Competebat igi-
tur olim annus, hodie quadriennium ad petendam re-
stitutionem, qua petita ⁊ obtēta competit rescissoria, vt
dicit Plac. si autem remoueatur vel non petatur, non
potest habere locum: vnde glos. cōpetit rescissoria a pre-
tore mortuo, petita restitutione a pretore viuo, vt. C. ex
quib. cau. ma. l. j. sed minores petunt, vt. ff. de except. l. ex-
ceptiones. ⁊ eo ipso ꝙ iudex viuus admisit eos, pretor
mortuus eis concessit ⁊ restituit in ius pristinū, sicut pa-
tet vt nō noceat ei vsucapio vel prescriptio. Unde qđ di-
citur. C. ex quib. cau. maio. ꝙ exceptio annalis obijcitur
huic actioni: dic, id est natiuitati huius actionis, quia
opponitur restitutioni petite siue quia ista nō potest cō-
petere, ⁊ sic ista impeditur nasci, cum nō possit amplius
restitui. ¶ Quero septimo, quanto tempore durat: po-
ne, sum absens iusta de causa, res mea interim vsucapta
est, redeo, peto vt cum ego fuerim absens iusta de cau-
sa, ⁊ in mea absentia res mea vsucapta est, peto restitui
vt non noceat vsucapio mihi, ⁊ liceat mihi petere rem
30 illam: quero † quanto tempore tollatur ista actio si ego
agam. Dicunt quidam ꝙ tollitur anno vtili. vt hic ⁊. ff.
de actio. ⁊ obligatio. l. in honorarijs. §. j. sententia est do-
ctorum. Et glo. dicit hic ꝙ rescissoria durat tantū quan-
tū illa durasset loco cuius datur, ⁊ probatur: sicut enim
absens per suam absentiam nō debet pati damnum in
casu in quo non pateretur al's, ita etiam non debet fa-
cere lucrum propter absentiā suam, vnde cum actio for-
te non durasset, sed iste non fuisset absens causa reipubli
ce, non per mensem, quia iam prescriptum fuerat illi a-
ctioni, tantumqꝫ remanet mensis, vnde iniquū esset ꝙ
restitueretur propter hoc ad annum vtilem, sed qđ olim
competebat annus vtilis in restitutione, vel hodie qua-
driennium, vt. C. de temp. in integ. resti. peta. l. vlti. ⁊ ideo
tantummodo sibi restituitur id qđ currit in absentia, vt
si mensis supererat de prima actione mensis restituitur,
31 si vnus dies, si duo vel plures, illi restituerentur: † nam
restitutio reponit in pristinum statum. ff. de minori. l. qđ
si minor. §. restitutio. ⁊. C. de senten. pas. l. ij. cum ergo resti
tuatur ad pristinum ius, dabitur actio tante vite, tante
efficacie, quante erat prima. Unde si prima duratura es
set plus anno, vel quadriēnio, ⁊ ista tantum duret, si mi-
nus, minus: ⁊ probatur. ff. ex quib. cau. ma. l. sed ⁊ si per
pretorem. §. quoties. pro hoc. ff. que in frau. cre. l. ait pre-
tor. §. si

tor.§.si conditionalis. sed ibi pretor restringit qđ genera
liter dixerat, qđ hic non reperitur. Si quis ergo querat
quanto tēpore rescissoria duret: dicit Mar. in facto con-
sistit, nam cum queris quāto tēpore duret prima ⁊ istud
consistit in facto, ⁊ sic certa respōsio dari non potest. ar.
ff. de testib. l. iij. §. tu magis scire potes, quia facta etiā pe-
ritissimos fallunt: vt. ff. de iur. ⁊ fac. igno. l. ij. tamen glos.
tenet hic ꝙ semper duret anno vtili, ⁊ dicit, quod hic di
citur de anno vtili, non corrigitur per hoc quod dicitur
C. de temp. in integ. resti. petē. l. penulti. vbi dicitur ꝙ an-
nus vtilis qui olim ad petendam restitutionem in inte-
grum, hodie extenditur vsqꝫ ad quadrienniū continuū:
⁊ tollitur ille annus vtilis, qui competebat ad petēdam
restitutionem in integrum. Nam dicit glos. illa lex loqui
tur vbi annus vtilis competebat ad restitutionem petē-
dam: sed hic loquitur de rescissoria actione que semper
durat anno vtili. sic not. glo. Dico ꝙ est falsum, nam hic
loquitur de restitutione petenda, non de rescissoria: vn-
de credo ꝙ hodie tempus habet quadriennium ad pe-
tendam restitutionem, licet forte superesset mensis solus
de sua actione tempore absentie. Et si tu opponas, ergo
absentia nocebit aduersario. Hoc concedo, quia in casu
simili posset sibi prodesse: puta, per octo an. fuit absens,
habet reuersus solummodo quadriennium, ar. ad hoc
ff. de regu. iur. l. fm naturam. Nec obstat de reg. iur. l. ab-
sentia. quia intelligo legem illam, quia non debet absen-
tia neqꝫ prodesse neqꝫ nocere, scilicet petita in vita resti-
tutione, ⁊ maxime, quia non est verū legē extendere, que
dat quadriennium. C. de restitu. in integ. peten. l. vltima.
32 ¶ Octauo quero, pone † absens reuersus restitutus cō-
tra vsucapionem agit actione rescissoria, ⁊ petit rem, q̄
dicit se fuisse dominū: completa fuit vsucapio, negatur
fuisse dominus, ⁊ sic est lis contestata, nunquid per litis
contestationem perpetuabitur? Quidam dicunt ꝙ non
restitutio petenda est in quadriennium, ⁊ aliud quadriē
nium non potest perpetuari, imo datur ad inchoatam
causam finiendam: vt. C. de temp. in integ. rest. pet. l. vlti.
⁊ hic petenda est restitutio, ⁊ sic non perpetuatur. Dico
ꝙ imo, nam lex dicit, ex quo lis est contestata, per lit. cō-
testa. omnes actiones perpetuantur, licet personales vel
reales, vnde cum ista non inueniatur excepta, cōtinetur
sub reg. vt. ff. de penu leg. l. nam quod liquide. ⁊ lex dicit
per litis contestationem omnes actiones perpetuari in
xj. ann. vt. C. de anna. excep. l. j. §. nemo itaqꝫ audeat. Re
spon. ad l. C. de temp. in integ. rest. peten. l. vlt. vbi dicit ꝙ
non perpetuatur quadriēnio: hic duo sunt iudicia, vnū
est iudicium de restitutione petenda contra vsucapionē
vel lesionem, aliud cōtra prescriptionem. Item est actio
rescissoria, que competit data restitutione: dico ergo ꝙ
iudicium restitutionis que fit per officium iudicis debet
terminari olim intra annum vtilem vt hic, hodie vt in-
tra quadriennium, ⁊ sic loquitur lex cōtraria. Unde il-
la restitutio non perpetuatur, sed actio rescissoria que cō
petit ad rem petendam, ⁊ que datur post restititutionē
inuite obtentam: ista bene perpetuatur. C. de anna. ex-
cep. l. j. §. nemo itaqꝫ. Unde hic tractatur de duobus iu-
diciis, de restitutione facienda, ⁊ illa non perpetatur: itē
de actione rescissoria que perpetuatur que est actio, ⁊ po
33 nitur hic prout est species actionis pretorie. Nec † dico
ꝙ semper sit necessaria rescissoria, imo quādoqꝫ aliquis
restituitur ad aliquam rem sine actione rescissoria: vt si
cum se absentauit possidebat rem suam, vel si minor rē
quam possidet ad alium transferat, ⁊ sic lesus sui facili-
tate restituitur ad rem, nec intentabit rescissoriam: nam
restitutio reponit in pristinum statum, ⁊ qui primus ha-
bebat possessionem restituetur sicut prius tenebat, sed q̄
primus possidebat, restitutione faciet ꝙ res sibi restitua
tur, sed ibi datur restitutio contra obstaculum vsucapio
nis, ⁊ postea licebit petere sicut ante vsucapionem, quia
restitutio nihil noui confert, sed habitum prius ⁊ amis-
sum restituit ex iusta causa, vnde potest venire in restitu-
tionem, nec est necessaria rescissoria. arg. ff. de minori. l. in
cause. §. j. ¶ Nono quero, nunquid restitutio in integrū
⁊ actio rescissoria possunt intentari in eodem libello si-
34 mul Io. de ble. imponit Ioā. ꝙ † dixerat ꝙ non, ⁊ pro-
bat: quandoqꝫ actio ad exhibendum est necessaria, quā-
doqꝫ vtilis, necessaria est si tu habes gemmam meam in
clusam in annulo tuo, nā quandiu est in annulo non po-
tero vēdicare, quia cedit annulo, cum distinctione, vtrū
gratia annuli sit ibi posita, ⁊ tūc est accessio annuli, aut
annulus fiat gratia gemme, vt. ff. de aur. ⁊ arg. leg. l. ar-
gumento. §. vlti. ⁊ l. seq. ⁊ l. ⁊ si non sunt. §. perueniamus.
⁊ ī. de rer. diui. §. si tamen. Dico ergo ꝙ aut gemma in-
clusa est propter annulum, ⁊ tunc necessaria est: nam o-
portet ꝙ primo agam ad exhibendū ꝙ separetur ab an-
nulo, ⁊ tunc ea separata agam re exhibita, ⁊ ideo est ne-
cessaria, ⁊ sic non intentatur in eodem libello. Quādoqꝫ
est vtilis, ⁊ non necessaria, puta, aliquis possidet rē meā,
non sum bene certus vtrū sit mea, possum agere ad exhi
bendum vt exhibeatur, ⁊ videbo si sit mea: ⁊ si non ha-
beo necesse, quia possum proponere rei vendic. si volo, ⁊
ista potest proponi simul cum rei vendic. Sic intelligunt
doctores. ff. de rei vendic. l. in rem actio. §. item quecūqꝫ.
⁊ ff. ad exhiben. l. gemma. ff. de peculio. l. depositi. Alij di-
cūt ꝙ possit simul vtraqꝫ intētari, ita tamen ꝙ ex vtroqꝫ
non procedatur nec proponat̄ pure, sed vna pure, ⁊ alia
sub conditione, ⁊ idem dicerem in gemma auro inclusa:
hic modo gemmam meam quam in auro tuo induxisti,
peto vt exhibeas, ⁊ sic ea exhibita eam per rei vendic. pe
to, ⁊ sic sub illa conditione si exhibita sit vendicatur, ⁊
sic vtrunqꝫ simul proponitur, non tamen super vtrunqꝫ
simul proceditur, ⁊ sic potest intelligi. ff. ad exhib. l. gem-
ma. ⁊ ff. de pecul. l. depositi. Alij dicunt ꝙ prima senten-
35 tia est verior, quia lex dicit ꝙ differētia est † inter fideius-
sorem qui potest accipi pro futura obligatione, ⁊ iudi-
cium qđ non potest. ff. de iudic. l. non quemadmodū. Con
tra arguo, fideiussor nō potest accipi pro futura obliga-
tione simpliciter, sed oportet ꝙ conditio naturaliter ac-
cipiatur. ff. de pecul. l. eo tempore. §. fin. ergo cum diceres
ius futurum posse proponi sub conditione, non erit dif-
ferentia inter fideiussorem: ⁊ sic opponitur. ff. de iudic. l.
non quemadmodum. Alia est contraria vt proponi pos
sint simul in eodem libello: nam quecunqꝫ due actiones
se habent per ordinem, ita ꝙ vna ordinatur ad aliā, pos-
sunt simul proponi, non vt simul procedatur in vtraqꝫ,
sed vt effectus vnius differatur in causa alterius. Unde
dico ꝙ possum ita petere restitutionem ⁊ agere rescisso-
ria: dico coram vobis domine iudex ꝙ Titius vsucepit
rem meam, que erat mea cum essem absens causa rei-
publice, vnde imploro officium vestrum, vt me restitua-
tis aduersus vsucapionem vt nō noceat mihi vsucapio,
⁊ me restituto peto rem mihi restitui, ac si non esset vsu-
capta, nam quāuis restitutio sit hic necessaria ⁊ habeat
locum rescissoria, sicut dicit Ioā. in actione ad exhiben-
dum, quia effectus rescissorie differtur in casu victorie in
officio iudicis perinde ac si restitutionē vellem propone-
re, sed me restituto possem petere actionem rescissoriam,
ergo ⁊ nūc. Nec hic est interpretari iudicium pro futura
obligatione, quia non proceditur incontinenti in resciss-
soria que futura est post restitutionis beneficium indul-
tum: sed eo indulto procedetur super ea, ⁊ sic super iure
plus, ⁊ sic non obstat. ff. de iudic. l. non quemadmodum.
Item ista rescissoria depēdet ex officio, qđ presentialiter
intentat̄, ⁊ sic non est omnino futurū principaliter, sicut
in. l. non quemadmodum. ⁊ ita soluit glos. in. l. conducto
res. sed fit hic oppositio, ⁊ probatur: nā doctores dicūt,
si quis conductor domus non velit locatori restituere fi-
nita cōductione tenetur domū restituere, ⁊ si ad senten-
tiā perseuerauerit nō restituere, condēnandus est in esti
mationem domus si non erat sua, vt. C. locati. l. condu-
ctores. Doctores ⁊ glos. dicunt ꝙ simul in eodem libello
36 potest ita petere: † locaui tibi domum, completa est con-
ctio, vnde peto ꝙ domum mihi restituas, ⁊ si restituere
distuleris vsqꝫ ad tempus sententie, peto te condemna-
ri ad estimationem, vel peto te priuari dominio, ⁊ mihi
adiudicari: ⁊ sic doctores permittunt duas actiones or-
dinarias inter se ita proponi ꝙ effectus vnius dirigatur
in causam alterius, vt not. glos. C. loca. ⁊ condu. l. condu
ctores. Unde potes dicere, peto mihi restitui ⁊ me resti-
tui: item ita est in actionibus, vna maior facit preiudiciū

minori, cum distinctione tamen, sed minor prosequatur suam vel suorum iniuriam. Pone ergo: aliquis accusatur de maiori crimine, ⁊ sic non potest aduersariũ reconuenire de minori, nunquid potest proponere in casu maioris actionis minorem, vt procedatur in ea, cum maior actio erit finita? Lex dicit ꝙ sic, ⁊ tamen nõ poterat proponi, ⁊ procederetur pendente primo maiore: vt. C. qui accu. poss. vel non. l. neganda. Et per eandem rationem dñs meus dicit: pone ita est de iure ꝙ vsure sunt reprobate, ⁊ quia de iure ciuili. Itẽ † ita est de iure canonico, ꝙ si quis promiserit vsuras per iuramentum, ⁊ iurauit ꝙ non veniret contra, id est ꝙ non peteret vsuras: de iure canonico tenetur soluere propter periurium vitandũ. Item si vult petere vsuras solutas tanꝗ indebitas, primo eo absoluto de iuramento. ⁊ extra de iureiur. c. debitor. hoc supposito aliquis promisit vsuras per iuramentum, ⁊ iurat ꝙ nõ repeteret, soluat, libellum sic format: dico contra te ꝙ cum ego promiserim tibi vsuras soluere, ⁊ per iuramentum, item promisi solutas non repetere, ⁊ ego dictas vsuras tibi soluerim peto me a iuramento absolui, ⁊ me a iuramẽto absoluto, peto te ad vsuras reddendas tanꝗ indebitas mihi condemnari. ¶ Quidam dicunt istũ periurum, nam iste petit vsuras anteꝗ sit a sacramẽto prestito absolutus. Dominus meus dicit contra per predictam legem. C. loc. ⁊ conduc. l. conductores. cum sua gl.

38 † Item pro hoc inducit aliam legem: pone, donatio est prohibita inter virũ ⁊ vxorem durante matrimonio, vt. ff. de dona. inter vir. ⁊ vxo. l. j. ⁊. ij. sed tamen non est prohibita inter sponsos ⁊ sponsas: vt. C. de donatio. propter nup. ⁊ ante nupt. l. quod sponse. ⁊. l. qd filie. Pone ergo, sponsus dat sponse, vel ecõtra sponsa sponso, ⁊ conferunt effectum donationis in tempus matrimonij, nunquid valet donatio? Et certe lex dicit ꝙ non, nam ex quo effectus donationis in tempus nuptiarum confertur, perinde est ac si durante matrimonio donatio esset facta: vt. C. de dona. ante nup. l. cum te sponse. Uel si in matrimonio ⁊ effectus dirigit̃ in tẽpus dissoluti matrimonij, perinde est ac si soluto matrimonio factum esset, vt sic valeat: vt. ff. de do. inter vir. ⁊ vx. l. si eum. §. vlti. ⁊. l. si sic. Dico hic, ꝙ licet verba videntur sonare ꝙ petat: quia cum effectum petitionis dirigit in tempus, quo erit absolutus a sacramento, non deierat. ¶ Quero decimo, quomodo formatur libellus in rescissoria actione: ⁊ primo quomodo formatur in restitutione.

39 Dicit Plac. † dico coram vobis domine iudex contra Titium, ꝙ ipse vsucepit talem rem meam, ⁊ designabitur melius ꝗ poterit: arg. ff. de rei vend. l. si in rem. vnde cum ipse vsucepit cum ego essem absens causa reipublice, vel alia, siue propter aliã peto me restitui. Et vt nõ noceat mihi vsucapio in rescissoria formaẗ sic: Dico coram vobis domine iudex ꝙ Titius possidet rem meam, ⁊ me restituistis vt nõ noceret mihi vsucapio facta de re mea, vnde peto vt rem mihi restituas. Item libellus est obscurus, nam officio iudicis quo petit restitui dico rem meam, ⁊ ante restitutionem nõ est dominus, ⁊ verbum meum refertur ad presens tẽpus: nam si testator dicit, lego tibi argentũ meum, refertur ad tempus testamenti non postea: vt. ff. de aur. ⁊ arg. lega. l. j. si ita. ⁊ ideo Petr. etiam Bul. li. impugnant. nam. l. fin. C. ex qui. cau. maio. Guliel. huic oppositioni respondet in Spec. de in integ. resti. §. j. ⁊ si. sed nõ videtur in quarta hoc non procedere per id ꝙ sic dixi in. iiij. questio. prope fi. Item in rescissoria dicit: dico cõtra Titium ꝙ possidet rem meam, ⁊ tamen non est adhuc dominus, nam pretor dat restitutionem, si restitutus probat se dominum fuisse cum vsucaperetur: cum ergo non probauerit se dominum, non est sua pendente conditione, vt dixi. s. arg. ff. de acqui. poss. l. qui absenti. §. j. ⁊ ideo male petit, cum dicit suam. Item cum dicit suam simpliciter, dicit se dominũ directo. arg. ff. si ager vectig. peta. l. j. §. vlti. ⁊. l. ij. ⁊ iste nõ est dominus directo, sed vtiliter: ⁊ ideo male format Rau. Jo. de ble.

40 sic formauit in restitutione: Dico † coram vobis domine iudex ꝙ Titius possidet talem rem quõdam meam, ⁊ vsucepit cum essem absens causa reipublice, ⁊ idem est si ex alia iusta causa, vnde cum absentia mea nõ debeat mihi nocere, peto vt me restituatis, vt non noceat mihi vsucapio. Dicit Joã. bonus est libellus, eo ꝙ non dicit meã sicut Rau. sed dicit quõdã meã. Certe dico libellus Jo. non valet, quia libellus debet concludere de necessitate, peto rem quondam meã, quam vsucepit in absentia mea, non probat hoc esse qd ab hoc contingit abesse. C. de proba. l. neqꝫ natales. sed non sequitur, ista res fuit quondam mea, ⁊ vsucepisti cum essem absens causa reipublice, ergo sum restituendus: vnde potest esse ꝙ quondam fui dominus, vendidi, ⁊ tradidi, ⁊ transtuli dominium. s. de rer. diuis. §. per traditionem. quidam Titius vendidit Seio illam rem bona fide, quia credebat suã, Titius habet bona fide vsucapionem, cum sum absens causa reipublice, quare propter hoc restitueret, quia nõ sum lesus: vnde potest esse ꝙ fuit quondã mea ⁊ eam vsucepit in absentia mea, ⁊ tamen non sum restituendus, qꝛ non sum lesus, quia vsucapio non precessit in preiudiciũ mei, cum tunc non eram dominus: vnde dicit dominus meus possidet talem rem cuius eram tempore quo impleuit vsucapionem, ⁊ sic non dico verum dominũ me, quia desij dominus esse. arg. ff. de ver. ⁊ rer. signifi. l. alienationis. Item nõ dico ꝙ sum dominus simpliciter, sed casu quo appareat me lesum, ⁊ hoc in officio iudicis: in rescissoria dico contra te ꝙ possides talem rem cuius erã dominus tempore quo fuit cõpleta vsucapio, ⁊ sum restitutus vt vsucapio mihi non noceat, vnde cum sim vtiliter dominus, peto vt rem illam mihi restituas, nam si allegarem me dominum directo, arg. ff. si ager vectigapeta. l. vlti. §. vlti. ⁊. l. ij. licet posset dici ꝙ excusaretur libellus per consuetudinem loquendi, arg. ff. de fun. instru. ⁊ instru. lega. tamen tutius est vt faciam mẽtionem vtilis dominij, ne videar proponere directũ dominium, ⁊ succumbam, vt. ff. si ager vectig. peta. l. j. Item sicut petitur restitutio cum actio est sublata ipso iure, ita etiam cõtra prescriptionem, vt mihi agenti ad debitum non noceat sed cum libellũ formare possem in prima actione que durat adhuc: sed quia per prescriptionem opponeretur exceptio debes petere restitutionem contra exceptionem. De his libellis ⁊ similibus vide plene in Spe. de resti. in integ. in quarta parte. ⁊ per Pet. in dicta. l. fin. C. ex qui. cau. ma. in integ. resti. in. l. quod tempore. C. de resti. mili. ⁊ de temp. in integ. rest. l. fin. ⁊. C. si minor ab here. se abst. ⁊ in dicta. l. fi. C. ex quib. cau. maio.

Summarium.

1 ¶ Reuocatoria actio que sit, ⁊ quotuplex.
2 Fauiana actio patrono competit, Caluisiana creditoribus ⁊ patrono communis est.
3 Creditores quã actionem intentare possint ad reuocanda in sui fraudem alienata.
Fauiana actio an eadem sit cum Caluisiana, an vero diuerse sint.
4 Disiunctiue ea est natura, vt quecunqꝫ disiungit, simul stare non patiatur.
5 Pluralis in plures singulares resolui põt, sed non ꝯtra.
6 Alienata in fraudem creditoris ⁊ patroni qua actione reuocentur.
7 Reuocatoria cõpetit creditoribus, ⁊ omnibus quibus aliquid debetur.
Fraude fieri dicitur, quod in damnum alicuius efficiẗ.
8 Reuocatoria conceditur damnũ patientibus, non autem lucrum captantibus.
9 Reuocatoria an concedatur aliquando curatori.
10 Fiscus an possit reuocare bona alienata in fraudem spe delicti committendi.
11 Alienatio facta in fraudem fisci vel creditoris, debet reuocari.
12 Alienatio facta post litis contestationem, presumitur fraudulenta.
13 Reuocatoria contra quem intentetur.
14 Reuocatoria quot ⁊ quibus concurrentibus locum habere possit.
15 Legata non nisi ere alieno deducto debentur.

Contractus

Item si quis in fraudem.

Sic continuatur. ¶ Supra visum est de actione rescis-
soria per quam quis reuocat rem que est apud aliquem,
que fuit sua tẽpore quo fuit vsucapta, scilicet ille qui fuit
absens causa reipublice: ⁊ quia non solum absenti causa
reipublice competit reuocatoria sed etiam creditoribus
in quorum fraudem bona creditoris alienata sunt, ideo
ponitur hic postea de actione reuocatoria eorũ que sunt
alienata in fraudem creditorum. Pone sic casum: Ali-
quis tenetur pluribus creditoribus, creditores eum cõ-
ueniunt ⁊ volunt exigere ab ipso debitum, dicit ipse: fa-
ciam tantum ꝙ parum habebunt de bonis meis, vendi
dit bona sua Titio, creditores faciunt debitorem conue
nire ⁊ contentari, mittuntur iussu iudicis in possessionẽ
debitoris, bona illa non sufficiunt ad totũ debitum, mo-
do queritur quomodo subuenitur istis creditoribus in
quorum fraudem alienauit bona sua? Et dicit ꝙ isti cre
ditores qui sunt missi in possessionem bonorum debito-
ris possunt agere ⁊ dicere rem non fuisse traditam que
tradita est, ⁊ per consequens repetere ac si in bonis de-
bitoris remansisset: hoc dicit vsq; ad. §. item seruiana.
Sicut ergo dicunt creditores rem non esse traditam
que fuit tradita, et rem mansisse in bonis debitoris.
Contra, quia si hoc diceret mentiretur, nam et vendi-
ta fuit, ⁊ dominium transiuit licet in fraudem suorum
creditorum debitor venderet: vt. ff. de contrahen. em-
ptione. l. si scienter. Solu. dicit Placentinus, pretor per-
mittit hic mentiri, sic. s. §. rursus. ⁊. §. alie. Non est verũ,
⁊ ideo glos. dicit ꝙ hic non diceret rem non esse traditã
que non fuit tradita, vel rem remansisse in bonis debito
ris: sed dicet ꝙ petit rem ac si nunq̃ fuisset a debitore a-
lienata ⁊ tradita, ⁊ semper remansisset in eius bonis, vt
vidistis in publiciana. s. eo. §. alie. Hic iungit secũdã op-
positionem que est contra prox. q. versi. sic. hic tractatur
de reuocatoria. Primo quero, quot sunt species reuoca
torie. Secundo, cui competit: ⁊ iuxta hoc plures questio
nes. Tertio, quot sunt radices reuocatorie: ⁊ circa hanc
plures. Quarto, nũquid sit realis, aut personalis. Quin
to, nunquid creditor qui agit reuocatoria repellatur, vt
offeratur ei debitum. Sexto, nunquid reuocatio statim
habet locum quo facta est alienatio in fraudem credito
rum. Septimo ⁊ vltimo, quomodo formatur libellus.
¶ Redeo ad primum, ⁊ quero primo quot sunt reuoca-
1 torie. Dicunt † quidam ꝙ quatuor: vna est que compe-
tit creditori ad reuocanda alienata in fraudem suam, si
fuit corporalis, ⁊ vocatur Pauliana: vt. ff. de vsuris. l. vi-
deamus. §. Fauiana. Item est alia, que competit credi-
toribus ⁊ ad incorporalia reuocanda, ⁊ illa vocatur in
factum: vt. ff. de his que in frau. cred. l. hac in factum est.
Tertia que competit patrono ad reuocanda ea que in
fraudem suam alienata sunt, scilicet ne haberet tertiam
in bonis liberti, quam debet habere non extantibus li-
beris vel parentibus: vt. s. de succes. liber. sed nostra con
stitutio. ⁊ ista competit soli patrono, ⁊ vocatur Fauia-
na, vt. ff. de his que in frau. pat. l. j. §. j. in princ. legis. ⁊ est
quarta que communis est, ⁊ competit tam creditoribus
q̃ patrono, ⁊ vocatur Caluisiana: vt de his que in frau.
patro. l. in Fauiana. vnde habent suos versus: ⁊ de hoc
2 non curo. sic † sm hoc Fauiana competit patrono, sed
Caluisiana est communis tam patrono q̃ creditoribus.
Alij dicunt Caluisianam soli patrono cõpetere, sed Fa-
uianã vtriq;, nam patronus per Caluisianam reuocat,
vt. ff. de vsur. l. videamus. §. in Fauiana ⁊ Pauliana per
quam succurritur creditoribus: sed ista non placet glos.
quoniam ibi non dicunt ꝙ Fauiana competit credito-
ribus, nam cum dicit in Fauiana ⁊ Pauliana per quam,
qd dicitur, non refertur ad Fauianam, sed ad Paulia-
nã, de qua statim loquuturus proxime fuit, vnde Fauia
na creditori non competit. q. d. in Fauiana, que cõpetit
patrono ⁊ Pauliana per quam, scilicet Paulianã non
refertur ad Fauianã, quia litera illa non dicit per quas,
in plurali, sed solum per quã. Alij dicũt actio in factũ ⁊
Pauliana competũt creditori, sed Fauiana ⁊ Caluisia-
na cõpetunt patrono. Glos. tenet ꝙ Fauiana patrono
soli, sed Caluisiana est communis: vt. ff. que in frau. pat.
3 l. in Fauiana. Sed dicit gl. † creditores non habẽt duas
reuocatorias, scilicet Paulianam ad corporalia: nam
dicit glos. creditoribus competit in factum tam pro cor-
poralibus q̃ pro incorporalibus, ⁊ cognominat Pau-
liana a Paulo doctore. arg. s. eod. §. alie. vnde non sunt
due actiones sed vna in factum, ⁊ Pauliana est eius ad
iectio. arg. ff. que in frau. cred. l. hac in factum. l. j. in princ.
Dominus meus tenet ꝙ vna est in factũ, sicut dicit glo.
itẽ dicit ꝙ nõ sunt due actiones Fauiana ⁊ Caluisiana,
sed vna Fauiana ⁊ cognominata Caluisiana, vel Calui
siana cognominata Fauiana. Unde dicit ꝙ Fauiana
Caluisiana est vna actio habens duo nomina, sicut ali-
quis homo qui habet duo nomina, vt Lucius Titius,
Marcus Tullius, ⁊ tamen est vnus homo, sic dico licet
habeat plura nomina, est vna actio: ⁊ quia lex dicit ꝙ
subuenitur per Fauianam ⁊ Caluisianam, vt. C. si quis
in frau. pat. l. in Fauiana. quandoq; dicit per Caluisia-
nam tantum, quãdoq; per Fauianam, vt. ff. de his que
in frau. pat. l. j. §. j. ⁊. l. Fauiana. vbi dicitur ꝙ fructus ve-
niunt in Fauiana ⁊ in Pauliana, per quam subuenitur
creditori, non dicit per quas. Unde ad Paulianam re-
fertur, non autem ad Fauianam, nam Fauiana datur
patrono solo. ff. de his que in fraud. patr. l. in Fauiana. ⁊
hoc dictat ratio: nam cum creditores non habeant nisi
vnam actionem, scilicet in factum, nec isti debent habe-
re plures, cum ita subueniendũ sit creditoribus sicut pa
tronis qui certant de damno, tamen lex videtur innue-
re contrarium, scilicet ꝙ sint plures actiones Caluisia-
4 na ⁊ Fauiana. Nam lex distinguit eas, † ⁊ natura disiũ-
ctiue talis est ꝙ ea que distinguit simul non patitur: vn-
de lex dicit ꝙ alienata in fraudẽ patroni reuocãtur, siue
per Caluisianam siue per Fauianã, vt. ff. si quid in frau.
pat. l. j. §. si pluribus. ⁊ sic non sunt eadem actio, sicut di-
cit dominus meus. Non obstat qd dicit dominus meus,
per quã, ⁊ non, per quas, innuens ꝙ sit vna actio ⁊ non
plures: quia dico ꝙ verbum quod, refertur ad vtranq;
⁊ ad Caluisianam, ⁊ ad Fauianam, sed certe lex illa. ff.
de vsur. l. videamus. §. in Fauiana. non loquitur de Cal-
uisiana, vnde ibi illa clausula, per quam, nõ refertur ad
eam, sed ad Paulianã, sic pro sua sententia faceret me-
lius. ff. si quid in frau. l. j. §. fina. vbi dicitur, in hanc actio-
nem fructus veniunt, innuens ꝙ vna sola actio compe-
tit patrono. Sed certe potest respõderi ꝙ ibi dicitur, in
hanc actionem, id est in his actionibus, nam quandoq;
pluralem locutionem sequitur singularis, eo ꝙ singula-
re sit contentum in plurali: vt si lego seruos meos Seio
cum moriar, licet tunc nõ sint plures mei, si vnus sit, ille
debet, ⁊ sic pluralitas referat ad singularitatem, ⁊ idem
econtra, vt. ff. de condi. ⁊ demon. l. falsa. §. vlti. Sed certe
hoc non dicit lex illa ꝙ singularitas referatur ad plura-
litatem, quia si dicerem, lego tibi seruũ meuz cũ moriar,
5 ergo incertum cũ moriar, hoc esset falsum: † vnde vna
pluralis bene resoluitur in duas singulares, vt ibi dici-
tur, sed vna singularis non resoluitur in pluralem, vnde

aliter expono verba illa, in hanc actionem: quia dico in
hanc actionem, scilicet Fauianã, que est propria soli pa-
trono. Si autem loquimur de Caluisiana que est cõmu-
nis vtrique, scilicet patrono & creditori: & per hoc patet so
lutio ad rationem domini mei, scilicet ꝙ plus non con-
cedit patrono quam creditori, quia quilibet habet propriã
actionem suam, & cum hoc habent cõmunem. Sentẽtia
tamẽ domini mei potest sustineri ꝙ sit vna actio Fauia-
na Caluisiana competens patrono: quia non reperio le-
gem que Caluisianam dicat cõpetere creditori. Nec ob-
stat qd dicitur, quia disiunctiue reperiuntur alienata in
fraudem reuocari, siue per Fauianã, siue per Caluisia-
nam patroni, quia per hoc nõ sunt plures actiones, sed
est vna que potest appellari Fauiana Caluisiana, vel e-
6 contra Caluisiana Fauiana: & † sic reuocantur siue per
Fauianam vel Caluisianam, vel econtra Caluisiana seu
Fauiana, sic dicit glos. ꝙ vna actio competit credito-
ribus, & vocatur in factũ Pauliana. Contra. s.e.§.alie.
glo. dicit ꝙ vbi ex edicto pretoris datur actio, nec est no-
minata, dicitur in factum: vt.ff.nau.cau.stab.l.iij. Si au-
tem sit nominata, & non competit in factũ, vt.s.eo.§.alie.
& ibi not. glos. & sic cum ista nominetur Pauliana: vt.ff.
de vsuris.l.videamus.§.in Fauiana. nunc videtur ꝙ de-
tur in factum, sed Pauliana est: & sic contra glo. sic intel
ligit. Quãdoque pretor ex edicto suo introducit actionẽ,
& nominat eam in ipsa introductione, quandoque in ipsa
introductione non nominat, sed dicit simpliciter actio-
nẽ dari: vbi nominat in ipsa introductione vocatur no-
mine illo, & nominatio in factum, vt.s.eo.§.alie. Si autẽ
non nominetur in introductione a pretore, sed simplici-
ter dicit actionem dari, & iurisconsultus superueniẽs no
minat eam, dico ꝙ vocatur actio in factum, & nõ mutat
nomen primũ propter nomẽ adiectũ, imo habet vtrũque:
sic intelligo. ff.nau.cau.sta.l.iij.§.j.& de his que in fraud.
cre. Alij dicunt, iudicium dabo, & nominant actionem:
sed iuriscõsultus nominat eam Paulianam, & ideo non
est contra glos. Sic ergo secundum glo. tres sunt reuocatorie a-
ctiones in factũ, Pauliana creditoribus, item Fauia-
na, que datur vtrique: sed Jo. in arbore sua fecit quatuor
circulos reuocatoriarum, vt intelligeretur ꝙ essent qua-
tuor reuocatorie. ¶ Quero secundo, cui competit reuo-
7 catoria ista de qua tractatur hic. Litera soluit: † nam di
cit ꝙ ipsis creditoribus. Dicit glo. accipe large creditori
bus, pro omnibus quibus aliquid debetur seu ex cõtra-
ctu vel quasi, delicto vel quasi: vt.ff.de ver.si.l.creditor.& l.
creditores.& l.si cui.& in auf.de fideius.coll.j.ff.e.l.j.ij.& iij.
Imponit Rau. quia dixerat ꝙ competit tantum illi qui
erat creditor ex cõtractu vel quasi, non autem illi qui ex
delicto creditor est: nam dicit Rau. ista actio inuenta est
a pretore vt consulatur indemnitati contentorum tantum,
quia illud dicitur fieri in fraudẽ alicuius, qd fit in dãnũ
eius, vt.ff.de his que in frau.cre.l.j.§.si quis rem.&.§.ait.
& damnum dicitur diminutio patrimonij.ff.de dam.in-
fect.l.iij. vel.iiij. Cum ergo fiat in fraudem creditorũ, per
consequens diminuitur eius patrimonium, vt in dictis
legibus: sed iste qui agit ad penam, non agit ad aliquid
qd sibi absit, imo illud quod petit est lucrum, & sic non
est diminutio patrimonij, & ideo dicit ꝙ non cõpetit re-
uocatoria. Respondeo, Rau. non concludit in non me-
re penis, que non sunt pene ex parte petentis sed ex par-
te soluẽtis tantum, vt in.l.aquil. vbi aliquis petit qd sua
interest propter damnum datum culpa vel dolo. Unde
16 et vlti. ¶ Juxta hoc querit dominus meus:† pone, debes mihi aliquam speciem pone Stichum, vel promisisti soluere et sub pena certa die et dedisti fideiussor. tu constituis te soluturum sub eadem pena et interueniunt constituta, item fideiusso. tu non soluis intra decem dies qui dantur constituenti vt matri non compellatur soluere, vt. ff. de constit. pec. l. promissor. vnde quid elapsis decem diebus pena committitur. Dicunt quidam q̄ nō, quia quandoq̧ apponitur dies a lege vt soluatur debitum, et tunc elapso die si non fuerit solutum committitur pena, vt. ff. de arbit. l. cum dies. §. vlti. Quandoq̧ apponitur dies non vt intra illam quis teneatur soluere, vnde cum non habeat diem ad soluendum non committitur pena: sic dico hic, quia decem dies qui dantur constituēti non dantur ad solutionem faciendam, sed potius vt intra decem dies non possit conueniri, sic intelligunt de constituta pecunia, et promissor pro eis. arg. ff. de compē. si cum mulier. §. j. Dico contra. nā dies interpositus interpellat pro homine taʒ pro die apposito pro homine, vt. ff. de actio. et oblig. l. traiectitie. §. et ille. q̄ etiam pro die apposito a lege, nam quando promitto facere opus aliquod, habeo tantum spatium quo opus illud posset fieri ab homine talis conditionis qualis sum: pone, non facio opus intra tempus, intra quod potuissem si voluissem, nunquid committitur pena? Lex dicit q̄ sic. arg. ff. de ver. obli. l. interdum. et l. si illam. et sic tam dies a lege, q̄ ab homine, interpellat: vt. C. de contrahen. et commit. stip. l. magnam. nam ex quo scit q̄ necesse habet soluere sibi debet prouidere, al's sibi imputet. ¶ Ultimo, quantum ad hoc querit dominus meus, nūquid actio de constituta possit cōmutari cum primo forte ex mutuo, si mutuū sit constitutū vel alia que constituta est. Similis questio fit, vtrū actio ex iuramento possit cum prima intentari, et propter hoc dicam insimul infra statim. ¶ Quero de modo formandi libellum in constituta. Dico sic,
17 coram † vobis etc. contra Titium, q̄ ipse debet mihi decem ex causa mutui que ipse mihi cōstituit se soluturum, vnde peto ipsum cōdemnari ad dicta decem: et dico sic, debet, quia requiritur debitum, vnde debes proponere talem causam ex qua resultet saltem obligatio naturalis, quia illa sufficit ad constitutum, vt de consti. pecu. l. j. §. penul. et vlti. cum. l. seq. et l. quid autem. §. vlti. et iste libellus bonus est contra illum qui debebat et constituerat se soluturum. Si autem Titius constituat qd non debeat de causa dico contra talem, q̄ Titius debet mihi tantū, et dicam summam vel rem: Seius istud debitum constituit se soluturum, vnde peto Seium condemnari. Dico q̄ constituit se, quia si constituit alium valet. ff. de consti. pecunia. l. j. vt si constitueret soluturum impersonaliter dicendo, tibi satisfiet, nam non tenetur: vt. C. de constituta pecunia. l. j. authen. si quando aliquis. ¶ Quero de actione de peculio, et est sciendum q̄ multiplex est pecu-
18 lium:† aliud profectitium, quod proficiscitur a patre, vel contemplatione patris, vt. ff. de iure dot. l. profectitia. Item est aduentitium, quod prouenit filio: et non ex parte patris, sed ex parte matris, vel aliunde. Item est peculium castrense, quod filius acquirit in castris, vel occasione castrorum. Item est quasi castrense, vt illud quod aduocati lucrantur, et alij, vt doctores: vt. C. de inoffic. testamen. l. vlti. Item in castrensi vel quasi habentur pro patribus, et ideo pro illo peculio non conuenitur pater: vt. ff. ad Maced. l. j. §. vlti. et l. ij. et ideo conueniunt filij, vt pro profectitio olim pater conueniebatur, et olim quicquid filius acquirebat totum acquirebat patri, et proprietatem et vsumfructum: vt. C. per quas perso. nob. acquiri. §. j. C. de bonis que libe. l. cum oportet. §. j. Sed in aduentitio peculio ex parte filijfamilias hodie est immutatum, non autem ex parte serui: nam quicquid seruus acquirit, domino acquirit. ff. de acquir. rer. domi. l. liber homo. §. quicquid. Sed ex parte filijfamilias est immutatū hodie, nam et olim quicquid filius acquirebat, patri acquirebat, sed hodie non: sed tantūmodo vsumfructum acquirit patri, et ipse retinet sibi proprietatē. C. de
19 bo. que liber. l. cum oportet. §. j. Et dubium est† nunquid pro peculio tali filius conueniatur vel ipse pater? Dic q̄ pater acquirit tantum vsumfructum, filius proprietatem: vnde dicit quantum ad proprietatem non conuenitur pater, quia nihil habet, sed quantum ad vsumfructū conuenitur, et tantum quantū habebit de vsufructu, intantum condemnabitur, arg. C. de bo. que libe. l. cum oportet. §. j. Sed dico q̄ peculium non distinguitur penes proprietatem et vsumfructum: sed dic q̄ peculium est qd dominus seruo, vel pater filio concessit separatum a ratione domini vel patris, vt. ff. de pecul. l. peculium est. Ergo peculium est qd filiusfamilias habet separatū ab administratione patris, vel seruus domini, vt dicta. l. peculium est. cum pater habeat administrationem legitimā ipsius filij: si pater permittat filio aliquid habere separatum a rationibus suis, illud dicitur peculium, quia pater habet administrationem, et ideo cōuenitur pater de peculio pro contractu filij, vel etiam dominus pro contractu serui, quia in seruo nihil est immutatum: vnde pater habetur vt dominus, arg. C. de bonis que libe. l. vlti. ¶ Pone, filiusfamilias cōtraxit tali casu qui respicit castrense peculium, et non aliud: siue profectitiam causam, siue aduentitium peculium. Uerbi gratia: filiusfamilias emit arma vel equum vt iret in castra, nūquid habetur loco et vice patrimonij? Quidam dicūt q̄ non: nam peculium est veluti patrimonium et sunt diuersa. Nam dif
20 ferentia † est inter peculium castrense et aduētitium: vnde sic sunt diuersa, vt diuersa sunt patrimonia, ita similiter rationes peculij debent esse diuerse, vt si contraho in castrensi peculio, respiciat illud, si in aduentitio, respiciat aduentitium. Dico contra. nam patrimonium filij vel serui peculium, tamen non est vere patrimonium filij: vt. ff. ad Macedonia. l. vltima. Item nec serui, vt. ff. de verbo. signifi. l. liber homo. et ideo ponitur hic ac si patrimonium ipsorum esset, sicut est ibi in patrimonio, q̄ si aliquis est obligatus personaliter, q̄ illa obligatio respicit suum patrimonium esse: vt. ff. ad Trebellia. l. j. §. heres ex fundo. ita similiter hec obligatio est onus patrimonij, id est peculij serui vel filij, vnde obligatio serui vel filij respicit etiam eorum peculium, vt. l. quod cum eo. §. is quorum. vt. ff. de peculio. l. si ex duobus. Item dico q̄ primo satisfiat de illo peculio in quo contraxit: si satisfieri non possit, tunc in subsidium satisfiet de alio, vt. ff. de pecul. l. hinc queritur. §. penult. Sed opponitur de lege, ex castrensi. §. penul. ff. de castren. pecul. vbi pater non tenetur alio peculio pro eo quod filius cōtraxit in castris, imo et si vellet defendere filium, cōdemnatur insolidum: vnde pater non tenetur saltem viuente filio. et not. gloss. ff. de castrensi peculio. l. pater qui castrense. in princip. et
21 istam tenui et solui ad. §. post quod. vbi † non est multum iniquum si vnus tenetur propter hoc quod contractum est in peculio alterius. argumen. ff. pro socio. l. si socius pro filia. in princip. vbi equale damnum tollitur propter periculum equale. Sed hic si pater solueret pro patre? Quia semper filius soluit pro obligatione, nam licet contrahat in profectitio peculio, vt. ff. de castrensi peculio. l. si castrense peculium maritus. et sic esset magis inequalitas

inequalitas ꝙ pater cogeret satisfacere de peculio pro obligatione filij contracta in castrensi peculio, filius vero nunꝙ retribueret ipsi patri, quia si ipse contraheret in peculio profectitio cũ ipse soluit pro sua obligatione, ⁊ non pro alia, ⁊ sic esset inequalitas: sed si proprietarius teneatur pro obligatione contracta a seruo in peculio vsufructuarij, non est magnum inconueniens, quia ecõtra tenetur vsufructuarius pro obligatione cõtracta in peculio proprietarij, ⁊ sic nullum est iniquum propter multum periculum. argu. l. pro socio. ff. pro socio. §. responso.

22 ¶ Nunquid† dominus tenetur qui de peculio tenetur naturaliter ⁊ ciuiliter? ⁊ idẽ queritur in patre, nunquid obligetur naturaliter ⁊ ciuiliter? Nam lex dicit ꝙ isti exiguntur, ꝙ sic inuiti compelluntur soluere, ergo obligantur naturaliter ⁊ ciuiliter: nam ex sola ciuili non agitur nec sola naturali, vt. ff. de fideiussor. l. fideiussor obligari. §. fideiussor. Cum ergo agatur, requiritur ciuilis ⁊ naturalis obligatio simul: ⁊ regulariter fallit in casibus, vt in sententia ſm quosdam ⁊ iuramento. argu. §. de oblig. in prin. Preterea lex dicit, qui contrahit cum filio duos habet debitores, filium insolidum, ⁊ patrem de peculio, ⁊ sic vocatur pater debitor, vnde potest ab eo exigi, ⁊ sic tenetur naturaliter ⁊ ciuiliter: arg. ff. de verbo. signific. l. debitor. ⁊ argu. l. que dicit, habet patrem debitorem de peculio. l. si quis cum filio. Preterea hic tractatur de actionibus in personã, actio de peculio ponitur hic inter personales: ergo erit personalis obligatio efficax, ⁊ sic per consequens naturalis ⁊ ciuilis, vt dixi, est ergo personalis obligatio. Item lex dicit, ꝙ pater si det fideiussores pro peculio bene obligatur, ergo erat obligatus pater saltem naturaliter ⁊ ciuiliter: vt. §. de fideiusso. ⁊. ff. ad Macedonia. l. creditorem. ⁊ de fideiussor. l. qui contra. Item pater constituit se debere, sed debitum constituitur, ergo est obligatio: vt. ff. de consti. pecu. l. j. §. fin. Azo bene vidit istud esse inconueniens ꝙ ex alterius facto alter obligetur vt hic dicitur, ⁊ ideo restrinxit quantum potuit: ergo dicit Azo, si queras vtrũ dominus vel pater obligantur de peculio naturaliter ⁊ ciuiliter, ⁊ dico ꝙ ciuiliter tantum obligantur, et probantur per argu.

23 Bulg. ⁊ illa causa inducitur in ciuili. Si queras† an ex cõtractu serui vel filij, pater vel dominus obligetur naturaliter: dicit Azo ꝙ non, quia naturalis obligatio prouenit ex consensu quem quis habet contrahendo, vt. ff. de pact. l. j. sed video ꝙ isti contrahentes obligant patrẽ vel dominum etiam inuitũ, si est inuitus, ergo nõ cõsentit, ⁊ sic non oritur naturalis obligatio, sic loquitur lex. ff. de pecul. l. si quis seruum. §. etiam. non est ergo dominus obligatus naturaliter dicit Azo. Iaco. bal. dicit ꝙ iste est magis prope veritatem. Dicit ipse Bulg. tenet ꝙ pater obligatur ciuiliter tantum, ⁊ nõ naturaliter: dico dicit Iaco. ꝙ neq; naturaliter obligatur neq; ciuiliter, nam pater tenetur de peculio, sicut aliquis in rei vendi. scz quia possidet: vt. ff. de pecu. l. quesitum. ⁊ l. eo tempore. sed illa competit contra illum qui nullo iure obligatur, vt. §. eo. §. omnium. ergo ⁊ ista. Item dicit Iac. ⁊ est eadem ratio cum prima obligatione,

24 † personales ita ossibus nostris adherent ꝙ a nobis non possunt separari: vt. ff. pro socio. l. iij. ⁊ de pecu. l. quis ergo casus. sed ista bene separatur a patre vel domino, quia non tenẽtur nisi possideant peculium, vel dolo desierint possidere, vt. ff. de pecul. l. eo tempore. ⁊ l. quesitum. ergo dicit Iac. non est obligatus naturaliter tali obligatione que afficit personã. Uerũ est ꝙ est obligatus naturaliter propter rem quandiu possidet, ⁊ non aliter: vt vidistis in rei vendicatione. §. j. §. eo. §. j. omnium. Sed non est obligatus personali obligatione que afficiat personam vbiq;, siue possideat peculium, siue non, sic intellexit Iaco. ⁊ bene. Preterea dicit Iac. casus est legis ꝙ dominus non obligetur, ⁊ verum est dicit, sed glos. peruertit: vt. C. quod cum eo. l. penul. vbi dicit dominum non posse obligari, a quo remouetur genus, ⁊ quelibet eius species: cum ergo dicat ex contractu serui dominum non posse obligari, ab eo remouetur genus, scilicet quelibet obligatio, ergo nec ciuiliter nec naturaliter, quia naturalis et ciuilis sunt species obligationis. Sed glos. dicit ꝙ non potest obligari de iure ciuili, quod non vult vt vnus de persona alterius obligetur: vt. C. ne filius pro patre. per totum: vt ff. de acceptila. l. an inutilis. Item nisi inspecta persona serui non debet dominus teneri, quia seruus nihil est. ff. de reg. iur. l. quod attinet. sed licet non sit obligatus subtilitate iuris ciuilis, dicit glos. tamen pretor sequẽs equitatem obligat eum qui habet quasi patrimoniũ serui, sed glos. non probat hoc, vnde sententia Iac. vera. Respondeo ad argumenta contraria: ꝙ dicitur primo ꝙ conueniuntur de peculio, ⁊ ab eis exigitur, dic verum est, sed propter hoc non sunt obligati obligatione personali que respicit personam propter se, sed respicit personam propter peculium qđ possideat, al's nõ tenentur.

25 Item † ꝙ dicit scđo, qui cum filio cõtrahit habet duos debitores, patrem de peculio, ⁊ sic est obligatus: dicit Iaco. verum obligatur ꝙ possidet, non tamen obligatur obligatione que respiciat personam, sed peculium, vel dominum, vel patrem pro peculio, ⁊ sic non obligantur obligatione que respiciat personã domini propter ipsum dominum, sed propter id qđ possidet, scilicet propter peculium. Item non obst. qđ dicitur: ponitur hic in tractatu personalium actionũ, est ergo personalis. Dico non est verũ, sed est realis: sed ponitur hic propter similitudinem, sicut Pauliana ponitur inter reales, ⁊ tamen est personalis, vt. §. e. §. itẽ si quis in fraudem. Item non obst. ꝙ posset dici dominus vel pater constituens pro peculio tenetur de cõstituta, ergo erit debitum, ⁊ sic erat obligatus dominus vel pater: vt. ff. de consti. pecu. l. j. in fin. Sol. sufficit ꝙ sit debitum generale, ita ꝙ possit conueniri: vnde ꝙ pater pro peculio qđ possidet potest conueniri, ideo valet costitutum, ⁊ sic debitum sumitur

26 large. ¶ Quero † nunquid actio de dolo, tributoria, de in rem verso, quod iussu, institoria, exercitoria ⁊ similes sint nomina actionum: hoc est querere, nunquid sunt actiones, vel adiectiones actionum? H. dicit ꝙ sunt adiectiones actionum, ⁊ probat. Lex dicit fideiussori soluenti pro seruo competit actio mandati de peculio. ff. de pecul. l. iij. §. cui congruit. Certũ est dicit glos. qđ actio mandati est actio: vt. j. eod. §. in bonefidei. Si ergo de peculio sit nomen actionis erunt duo substantiua sine copula, ⁊ sic erit mala locutio: ⁊ ideo dicit gl. cum sit certũ ꝙ mandati sit nomen actionis, ⁊ dubium de peculio, vtrum sit actio. Nos dicimus ꝙ sit adiectio actionis vel alterius, vt depositi per eandem rationem, vt. ff. de pecul. l. depositi. ⁊ sic euitatur incongrua locutio. Alij dicũt, ⁊ vtrũq; potest sustineri ꝙ vbi dubitatur de aliqua actione vtrũ sit adiectio vel actio, propter cõnexitatem tractatus iudicatur adiectio: vnde concedimus si vbicunq; tractetur de peculio tractetur de actione mandati, ꝙ esset eius adiectio, vnde ⁊ sicut propter identiatem tractatus iudicaretur in dubio adiectio, ⁊ ita propter diuersos tractatus quos iste actiones habent. Nam cũ quelibet habet suum tractatũ iudicãtur esse nomina actionũ ⁊ species distincte ab alijs actionibus ex quo habent suos titulos separatos. Preterea leges vocãt huiusmodi actiones, ergo sunt actiones: quia in dubio non est recedendum a verbis legis. ff. de leg. iij. l. non aliter. Itẽ dicit dñs meus, quandocunq; ius pretorium excedit ius ciuile in aliquo casu nõ cognito a iure ciuili, ius pretoriũ nouum statuit, verbi gratia: inductum a iure ciuili ius pretoriũ excedit in aliquo casu, adhuc est ius ciuile, vt ius ciuile contra possidentem detur domino rei vend. vt. l. in rem. vt. C. de alie. iud. mut. cau. facta. l. ij. non cogitauit ius ciuile in casu vbi possessor dolo desijt possidere, sed pretor

27 propter equitatẽ, † quia paria sunt possessorem esse ⁊ dolo desinere possidere: vt. ff. de reg. iur. l. parem. ideo istam rei vendicationem extendit ad casum in quo dolo desijt possidere, ⁊ dicitur adhuc ciuilis: ⁊ quia lex dicit pretoriam vbi iste casus ponitur, vt. ff. de noxa. l. electio. §. j. dicas extensione, quia inuentione est ciuilis, ⁊ est directa, ⁊ hoc concedo, qꝛ cum sit ciuilis, per factũ rei non debet mutari ius actionis, ⁊ ideo cõcedo ꝙ sit ciuilis, ⁊ idẽ est, dicũt ipsi in bo. pos. her. ꝙ sit ciuilis inuẽtione ⁊ pretoria extensione: sed dico ꝙ est pretoria, quoniam in casu in quo pretor induxit eã, fuit motus principaliter propter

incognitos a iure ciuili, ⁊ ideo cum pretor induxit nouū
⁊ fecit illud, erit pretorium: sic intelligo. s. de heredi. que
ab intesta. §. emancipati. ⁊. s. de bono. posses. §. quod au-
tem. dico ergo vbi extendit pretor actionem ciuilem, re-
manet ciuilis, extēsione autem pretoria. Ubi autem ius
ciuile non cogitauit, sed pretor statuit aliqd, illud est ius
pretorium: dico ergo, dicit dominus meus, pretor hic in
ducit actionem de peculio, non autem extendit actionē
mādati ad istum casum, quia tunc esset ciuilis, sed indu-
cit actionem de peculio, ⁊ sic actio pretoria per se est spe-
cies distincta ab alijs vt hic. Si enim esset adiectio, rema
neret eadem cum prima actione eiusdē iuris, vt si primo
de iure ciuili, ⁊ ita adiectio est de iure ciuili: sicut dicit̄ ꝙ
in casu rei vend. adiectio per pretorem ac rei vend. est ci-
uilis ⁊ non pretoria nisi extensione. Cum ergo actio mā-
dati sit ciuilis imo iurisgentium, ⁊ ista pretoria, non est
adiectio: vt. s. dixi, arg. ff. de noxal. l. electio. §. j. ⁊ sic est a-
ctio. Sed nunquid sit semper eadem species, siue compe
tit pro mutuo, siue pro mādato? Dicit dominus meus,
28 actiones † diuersificantur per media ⁊ per modos petē
di: verbi gratia, est idem modus petendi, ⁊ per eandem
rationem ibi erit vna actio, sed si erant diuersi modi pe-
tendi, erunt diuerse actiones. Cum ergo dicit dominus
meus, reperiam in actione de peculio semper eundē mo
dum petendi. s. quia possidet peculium, per istum modū
semper concluditur domino, vel ꝙ dolo desijt possidere:
vnde erit vna scilicet species actionis per se, quia non cō
cludit per eundem modum per quem actio mandati, ⁊
ideo non sunt idem vt sit adiectio de peculio, quia per a
lium modum concluditur in vna ⁊ per alium in alia. In
actione mandati concluditur per modum mādati, ⁊ in
ea interest, arg. ff. manda. l. si procuratorem. §. mandati.
at in actione de peculio per modum, quia possidet pecu
lium, vel dolo desijt possidere. Sed non concludit multū
bene quod hic dicit dominus meus: quia non concludi-
tur per eundem modum in actione mandati ⁊ in pecu-
lio. Dico ꝙ imo, nam si agit propter mandatum de pe-
culio, oportet ꝙ concludatur in actione mandati, ⁊ post
apponat adiectionem de peculio: non propter hoc mi-
nus dicitur eadem actio, ꝙ in actione concludatur ali-
29 ter. arg. ff. de neg. gest. l. Pomponius. ij. vbi † petitio est
formanda sm̄ qualitatem ⁊ conditionem personarum.
Sic ergo dicit dominus meus ꝙ est actio, non ob. quia
dicitur mandati de peculio, ⁊ sic incōgrue loquitur: di-
co ꝙ ibi mandati sumitur pro causa agendi, non pro no
mine actionis, quasi dicat, mandati de peculio, licet pro
pter mandatū sic, al's agitur de dolo. l. ex stipulatu pro-
pter dolum. C. de dolo. l. j. simile. C. de pac. l. si pactum. dic
vt no. q. d. cancellarium. ff. de in rem verso. l. filius. Item
contra. ff. de rescin. ven. l. Titius. Sic formatur libellus:
Dico contra Titium ꝙ ego mutuaui seruo suo decem,
vel allegabo iustam causam, ⁊ quia Titius possidet pe-
culium serui, peto ipsum condemnari in vires peculij,
vel habita ratione peculij: non enim dicam mutuaui ser
uo Titij decem, in quibus est mihi obligatus, vel mihi
tenetur, quia male dicerem, cum nō sit mihi obligatus
nisi grosso modo, scilicet ratione possessionis vel quasi,
vt dixi in rei vendicatione. s. eod. §. sed proprie non vidi-
stis, ⁊ ideo solū dicam ꝙ mutuaui seruo, ⁊ dominus pos
sidet peculium sicut dicitur in rei vēdicatione. Item pe-
tam sm̄ vires peculij, nō autem agam pro toto peculio,
quia in actione de peculio dominus tenet̄ pro toto, sed
deducitur ante quod sibi debetur, ⁊ ideo concludet ha-
bita ratione peculij: vt. j. qd cum eo. §. is quoq;.

Summarium.

1 ☞ Actio que competat ei, cui iuratum est, aduersus iurantem.
2 Actio an ⁊ quando competere possit iuranti informi-ter, hoc est, sine causa: ⁊ nu. 3.
4 Publiciana aduersus quēcūq; datur ei qui iurauit rem suam esse, si ei ex causa iusta tradita sit.
5 Possessor iurās rē suā esse, non potest publiciana agere.
Actio nascitur ex iuramento in iudicio emisso.
6 Actio de constituta an cum quapiam actione cumula-ri possit.
7 Sententia condemnatoria effectum iuramenti libera-torij prorsus eneruat: ⁊ nu. 9.
8 Confessoria non potest cumulari cum rei vendicatione.
10 Sententia lata nō semper nocet, nam ⁊ tp̄e tolli potest.
11 Libellus qualiter in iuramento formari debeat.
12 Iuramentum non prodest iuranti, nisi statim suscipia-tur delatum.
13 Libellus in actione in factum ex iuramēto, quibus ver-bis concipi debeat.
Pretor dominiū directū ꝯferre nequit, vtile aūt poterit.

Item si quis postulante.

¶ Ubi dicitur ꝙ ex iuramento datur actio, ⁊ intelligi-
tur de iuramento delato in iudicio, non extra: nam hic
dicit per causam quam peteret, quia refertur in iudicio,
1 vt. ff. rem ra. habe. l. hoc amplius. ¶ Quero † que actio
competit ei cui iurauit, ⁊ cōtra eum qui iurauit: que er-
go actio cōpetit. Dicūt doctores, aut super reali actio-
ne, aut super personali distinguūt, aut iuratur cum cau-
sa, aut sine causa: quod al's solent dicere doctores, aut
formiter, aut informiter. Si formiter, id est cū causa, ver
bi gratia, peto actionē ex empto, defers mihi iuramen-
tum, scilicet ꝙ iurem ꝙ mihi debes equum, ego iuro mi-
hi competere vtilem ex causa ex qua iuro, scilicet ex em-
pto, vel idem ergo in alijs causis: habet ergo vtilem qui
iurat cum causa, ⁊ non habet actionem in factū. Si au-
tem iuret informiter, id est sine causa, vt si petam a te de-
cem ex mutuo, defers mihi iuramentum quo iurem de-
cem mihi deberi, non dico ex causa mutui vel alia, sed si-
ne causa iuro mihi deberi, non allegata causa mihi com
petit actio in factum, ⁊ non alia: vt. ff. de iureiurā. l. nam
postea. §. penul. ⁊. C. de reb. credi. ⁊ de iureiuran. l. actori.
sed superiori casu datur vtilis ex contractu super quo iu
ratum est, vt. ff. de iureiuran. l. si duo patroni. §. si quis iu
rauerit. ⁊. §. item Julianus. Si autem agatur actione
reali, ⁊ tunc dicunt indistincte siue cum causa allegata,
⁊ competit actio in factū, ⁊ actio vtilis, scilicet vtilis rei
vendicatio: sed videtur mirabile, dicitur ꝙ in iuramen-
to impersonali datur vtilis, licet non alleget̄ causa. Itē
vbi in personali iuratum est, ⁊ sine causa, datur in factū,
non autem vtilis, hic autem datur vtilis, licet petatur
2 res non adiecta causa. ¶ Quero † quare competit hic
vtilis, licet non alleget causam, sed iuret informiter: sed
in personali non, sed actio in factum? Dicūt ideo ex plu-
ribus causis potest nobis deberi, sed aliqua res non po-
test esse mea nisi ex vna causa. ff. de vsucap. l. sequitur. §.
lana. ⁊ ideo vt ago realiter esse, ius meum videor in iudi
cium deduxisse: vt. ff. de exce. rei iud. l. ⁊ an eadem. §. actio
nes. vnde habeo vtilem actionem ac si proposuisset cau-
sam, sed in personalibus ex pluribus causis potest nobis
deberi, ⁊ ideo non videtur aliqua esse proposita, quia si-
cut ista proponeret̄, ita ⁊ illa, quia debetur ex pluribus
causis. Item iurans cum causa in personalibus habet
actionem vtilem ex contractu allegato, non autē actio-
nem in factū: que est ratio. Respondeo, in personalibus
habet aduersarium obligatum ex cōtractu, ⁊ ideo suffi-
cit actio ex contractu ad personam cōpellendam, sed in
reali non est obligatus aduersarius: vt. s. eo. tit. §. pretor.
⁊ ideo cum ex iuramento debeat esse obligatus persona
liter, datur ideo sibi actio in factū. Item vtil'. rei vendi.
propter dominiū qd videtur exclusisse in iudiciū, propo-
nendo generaliter rem meā esse. Pe. de feli. dicit in factū
dari, ⁊ vbi petit̄ ex causa impersonali, quia bene possunt
ex eadem causa due actiones competere: argu. C. ad leg.
aquil'. l. de pecoribus. ff. ad leg. aquil'. l. quemadmodum.
§. magistratus. sed potest solui ꝙ illud verum est, sed si
reperiantur plures dari, sed hic reperitur vna sola da-
ri, scilicet vtilis ex causa ex qua iuratum est, vt. ff. de iure-
3 iuran. l. si duo. §. si quis iurauerit. ¶ Quidam † volue-
rūt distinguere in reali sicut in personali, scilicet vtrum
iuratum sit cum causa, ⁊ tunc detur vtilis ex illa causa:
si sine causa,

si sine causa, tunc detur in factum solum, ⁊ non vtilis rei
vendi. quia postq̄ sine causa iurauit in rei vendicatione
vtili succubuerunt, cum causam dominij nō proposuis-
sent, ⁊ istud supponit ꝙ in reali debeat quis allegare in
libello certam causam dominij, qđ reprobatur alibi. Di-
cunt quidam ꝙ quemadmodum in personali necesse est
causam allegare in libello, ita in reali, ideoqꝫ neminem
audit pretor sine causa: vt. ff. de transactio. l. cum hi. §. in
causa. Sed certe ego dico ꝙ dicēdo se dominū ⁊ aduer-
sarium possidere, satis bonam causam allegat quo ad
realem, licet non dicat ex qua causa sit dominus: quia
in processu cause causam dominij sui probabit, ⁊ est vti-
le. Ratio, quia causam in libello non sufficit allegare: qr
tunc actor omne ius suum deducit in iudicium. Si vero
causam allegaret ⁊ succumberet, aliam preterea posset
in iudicium deducere: sic intelligo. ff. de excep. rei iudi. l.
⁊ an eadem. §. actiones. ⁊ hoc probat de iuramento de-
lato actori. Si autem referatur reo, aut reus iurat rem
actoris nō esse, quo casu sibi datur exceptio cōtra acto-
rem petentem, nō contra alium, sed si res peruenerit ad
actorem ille qui iurauit non habet aliquam actionem
propter hoc ꝙ iurauit: si autem iurauit suam esse, sibi
datur non solum exceptio, sed etiam actio contra defe-
rentem, ⁊ nō contra alium. ff. de iureiuran. l. sed ⁊ si pos-
4 sessori. §. j. ¶ Glos. tamen dicit, si † reus iuret suam esse,
⁊ sibi tradatur res ex causa iuramenti, ꝙ habet publi-
cianam contra quemlibet, cum tradita est ex iusta cau-
sa, ⁊ ideo habet publicianam: vt. ff. de iureiuran. l. nam
postea. §. vlt. ⁊ l. quia. ⁊ l. seq. Sed opponit glo. imo bene
dicit lex, ꝙ competit contra illum solum qui detulit iu-
ramentum. ff. de publicia. in rem actio. l. eum qui. §. si pe-
tenti. Dicit glos. illud solum excludit dominum tātum,
non autem alios. q. d. publiciana competit contra so-
lum, ita ꝙ nō contra dominum, quia contra dominum
non datur: vt. ff. de publicia. in rem actio. l. penul. ⁊ vlti.
sed tamen bene datur contra alios nō dominos: solum
ergo excludit dominum, sic al's solus princeps potest fa-
cere leges ita ꝙ nemo alius solus. C. de legibus. l. vltima.
¶ Dico ꝙ verum est ꝙ vbi traditur res ex iuramen-
to, qui petit suam esse, quia ex sententia sibi re tradita
competit publiciana: vt. ff. de public. in rem actio. l. iij. §.
vltimo. ⁊ l. sed si quecunqꝫ. ⁊ l. eum qui. §. si petenti. ⁊ ff.
de iureiurā. l. sed ⁊ si possessori. §. j. sed reo qui iurat suam
esse nō datur publiciana, licet habeat rem, ⁊ velit vti ex
traditione sibi facta, quia nulla traditio facta est sibi,
sed habet quasi ex transactione tantū, euictio non com-
mittitur. ¶ Pone, ille qui si res euinceretur per senten-
tiam haberet regressum de euictione agit contra posses-
sorem, petit rem, ⁊ reus dicit suam: ille defert iuramen-
tum vt iuret suam esse, ille possessor iurat suam esse, nun-
quid committitur de euictione? Dico ꝙ pro hoc. ff. de
euictio. l. si per imprudentiam. ⁊ l. si vero. Unde dico, li-
cet habeat possessorē, ⁊ iuret suam esse delato ab aduer-
sario iuramento, non datur publiciana reo: vt not. ff. de
5 iureiuran. l. sed ⁊ si possessori. ⁊ ibi tenet glos. † ꝙ posses-
sor qui iurat suam esse, non habet publicianam. Nec ob.
ꝙ patientia pro traditione habetur. Uerum est vbi ad
hoc erat obligatus: sic loquitur. s̄. de rerum diuisi. §. in-
terdum. ⁊ no. questionē eod. §. si mutus. ¶ Quero vnde
nascitur: dicit glos. ꝙ ex sacramento prestito: quia iura-
mentum habetur pro veritate. Dico ꝙ nascitur ex con-
tractu super quo interponitur iuramentum, quod ha-
betur pro veritate: ⁊ hoc intelligo si iuratū est formiter,
id est causa posita in sacramento, arg. l. predicte. ff. de in-
terroga. actio. l. de etate. §. qui interrogatus. ⁊ intelligo
ꝙ oritur actio propter iuramentum, de quo tractatur
hic, scilicet vbi fit in iudicio ad decisionem litium, ⁊ est
delatum. Secus forte vbi iurarem me aliquid daturum
vel facturum sub pena, vel sine pena: nam ex tali iura-
mento non reperio actionem dari regulariter. Fallit em̄
in casu. ff. de liber. cau. l. vlt. ergo ego non dabo: argu. ff.
solu. ma. l. si vero negotium. §. vlti. maxime quia talia iu-
ramenta de futuro reprobantur ⁊ requiruntur, argu. l.
6 de conditio. insti. l. qui sub conditione. ¶ Quero † nun-
quid actio de constituta possit cumulari cū prima? Uer-
bi gratia, debes mihi triginta mutuo, cōstituisti te solu-
turum illa decem, ago contra te: cum non possum pro-
bare de mutuo, volo nunc agere de cōstituta, nunquid
possum? Et idem est in confessoria ⁊ iuramento. Et pri-
mo videtur ꝙ nō, quia sicut dicitur hic, ista actio oritur
ex cōtractu presumpto, si ergo tu agas ex mutuo, illam
actionem deducis in iudicium, quia reputatur eadem,
quia ex eodem contractu nascitur, propter hoc ꝙ pre-
sumitur ꝙ contractus fuerit ita sicut iuratum est: ⁊ alia
competit, qr in veritate contractus fuit ita, ⁊ sic non ob-
stat. Dominus meus dicit ꝙ non amittitur cumulatio,
⁊ dicit esse casum legis. ff. de iureiuran. l. nam postea. §. si
damnetur. nam ibi dicit: si quis mihi facit iniuriam, a-
go contra eum, defero sibi iuramentum vt iuret mihi
non fecisse iniuriam, ⁊ sic liberatur. Pone non obstante
hoc ago contra eum, non opponit exceptionē iuramen
ti, ⁊ condemnatur in. lxx. dicitur ꝙ efficitur infamis, ta-
men primo fuit liberatus per iuramentum: ⁊ sic appa-
7 ret † ꝙ sententia condemnatoria tollit effectū iuramen-
ti liberatorij, ergo multo fortius tolleret effectum conde
mnatorij si sententia esset liberatoria, id est absolutoria,
argu. quia fauorabiliora sunt iura ad soluendum q̄ ad
obligandum. ff. de act. ⁊ oblig. l. Arrianus. ⁊ sic inducit
§. si damnetur. Ars cumulatiōis est quoties due actio-
nes que ita se habent, ꝙ lata sententia absolutoria in
prima obstaret exceptio, in secunda vero admittitur.
Item licet exceptio non noceat intentandæ: tamē si pri-
mo proponatur poterit cumulari prima. Uerbi gratia,
de vtroqꝫ seruitus realis non debetur nisi domino fun-
di ⁊ a domino fundi, id est dominum ꝓpter fundum. ff.
si seruitus vēdi. l. j. ⁊ ij. pone ergo, peto fundū a te qui est
meus, pendente iudicio volo intentare cōfessoriā ⁊ dice-
re ꝙ fundus tuus debet fundo meo ex quo est cōtrouer
sia seruitutem agendi eundi, nunquid possum? Et di-
citur ꝙ non, nam causa dominij est proprie intentata,
in qua si sententia absolutoria referatur obstaret exce-
ptio rei iudicate: nam bene sequitur, non sum dominus
fundi pro quo peto seruitutem per actionem confesso-
riam, ergo mihi non debetur seruitus. ff. de rei vend. l. ij.
Sed est contra si primo petij seruitutem pro fundo meo
quem tu possides, potero pendente confessoria agere rei
vendica. nec obstabit mihi exceptio rei iudicate, licet fe-
ratur sententia absolutoria contra me, tamen nō impe-
diet rei vendi. nam non sequitur, non debetur seruitus
fundo, ergo nō sum dominus, ⁊ sic non obstat exceptio
rei iudica. quia potest esse ꝙ seruitus nunq̄ fuit constitu
ta fundo, vel forte fuit constituta, ⁊ amissa non vtendo,
⁊ sic non sequitur, non habeo confessoriam cū seruitute
8 fundi, ergo non sum dominus. † Sed vbi primo ago rei
vendicatione pro fundo, non potero cumulare confesso
riam, quia potest esse ꝙ in rei vendicatione fertur cōtra
me, ⁊ sic nō erat dominus: vnde ista sententia esset preiu
dicialis, esset confessoria proponente, ⁊ ideo non potest
cōfessoria intentari. Item due regule probantur per le-
gem. ff. de except. titu. generali. l. fundum. cum. l. seq. ⁊ l.
fundi. tunc arguo: vbicunqꝫ lata sententia absolutoria
in prima obstat exceptio rei iudicate in intentanda non
admittitur cumulatio, vt visum est. Item sententia con
demnatoria tollit effectum iuramenti condemnatorij, si
sententia esset liberatoria: cum ergo intētaui actionem
ex mutuo, primo si cumularem actionem ex iuramēto,
et esset lata sententia absolutoria in mutuo illa tolleret
effectum iuramenti obligatorij, ⁊ esset ei preiudicialis, ⁊
sic non admitteretur cumulatio, induco sic. §. si damne-
tur. cum adminiculo legis que dicit ꝙ promptiora sunt
iura ad absoluēdum q̄ ad cōdemnandum. ff. de actio. ⁊
oblig. l. Arrianus. Cum ergo sententia absolutoria tol-
lat effectum iuramenti, non potest cumulari: quia lata
sententia in actione de mutuo ⁊ absolutoria, obstaret
exceptio rei iudic. in actione ex iuramento, ⁊ sic non ad-
mittitur cumulatio, arg. ff. de exceptio. l. fundus. cum. l.
9 seq. ⁊ l. fundi. † Et qđ tollit effectū iuramenti absolutorij
sententia condemnatoria probatur. ff. de iureiurā. nam
postea. §. si damnetur. ⁊ dicit esse casum illius legis: ⁊ cer
te verum dicit si recte intelligatur, sed econtra, quia po-

test esse q non fuit iuratum, & non noceret actioni ex iuramento cumulare actionem ex mutuo: nam lata sententia absolutoria in iuramento non obstaret exceptio rei iudic. in actione ex mutuo, & ideo potest cum prima cumulari per dictam artem cumulationis, & arg. ff. de iureiuran. l. si actor. & per hoc apparet quid dicendum est de constituta, nam verum est nisi sententia absolutoria noceret in intentanda, & certum est q non admittitur cumulatio, sed dubium est q potest fieri taliter q non nocebit exceptio, vnde quia debitum fuit constitutum, & daretur actio de constituta, quia primo erat temporalis forte, vt redhibitoria que durat sex mensibus, vel quanto minoris, que durat anno ista quādo est perpetua, vt. C. de constitu. pecu. l. j. Unde cum possit esse q prima sit sublata, & ista duret, potest absolui in prima, & non nocebit actio de constituta, quia non dubium est vtrum feratur talis sententia absolutoria que noceat in proponenda, potest esse q nocebit si iudicetur q nunq̃ fuit debitum, & sic non potest constitui, quia reperitur q sit debitum saltem naturaliter, vt. ff. de constit. pecu. l.
10 qui autem. §. vlti. Item † potest fieri sententia ita q non nocebit, quia forte absoluetur, quia prima sublata est tempore, qd potest esse: vt. ff. de constitu. pecu. l. inter illa verba. §. vetus dubitatio. Unde quia potest ita ferri sententia absolutoria q non nocebit, in dubio poterit cumulari, vnde hic fiet aliquid nomine dubitationis, qd al's non fieret: ar. ff. si quis in ius voc. nō ierit. l. ij. sed vbi esset certum q noceret, non admittitur, vt dixi in actione ex iuramento. Sed quid econtra si primo intentetur actio de constituta, nō potest cumulari actio ex mutuo: quia certum est q sententia nocebit, quia ex quo nō habet constitutum, ergo non habet debitum obligatus, & ex quo iudicaretur constitutum non valere, per consequens iudicaretur non esse debitum naturaliter: vt. ff. constituta pecu. l. qui alius. §. vltimo. & ideo dicit dominus meus q prima intentata actione de cōstituta non admittitur cumulatio de actione ex mutuo, quia prima est preiudicialis si absoluatur reus. Certe dico contra. quia vt vidistis. s. vbi certum est quando sententia absolutoria fertur q obstat exceptio in proprio non admittitur cumulatio, sed vbi est dubium, quia potest ita referri prima sententia absolutoria q non nocebit in proponenda, & ita q nocebit, bene admittetur, vt ipse dicit primo. Et qd ipse dicit, si feratur sentētia absolutoria in constituta per quod dicitur non esse debitum nec ciuiliter & naturaliter simul, nec naturaliter tantum, quia ista sufficiunt ad constitutū: dic non est verum, quia per sententiā absolutoriā in cōstituta semper iudices debitū in illa causa super qua constitutum est, q potest absolui reus, quia nunq̃ constituit, ergo non potest ita ferri sententia q non noceret, & ideo q dubium est vtrū noceat, admittetur, & habetis exinde. ff. de iureiuran. l. si actor.
11 ¶ Quero † quomodo formatur libellus in iuramento. Dico coram vobis domine iudex cōtra Titium q cum ego peterem. x. libr. ab eo in iudicio ex causa mutui, detulit mihi iuramentum q iurarem per deum illas. x. lib. mihi deberi, quam delationem statim suscepi & iuraui, scz qd ipse mihi detulit iuraui q ille mihi debebat illas. x. libras. vnde peto ipsum condemnari in. x. libr. Parisi. & mihi cōdemnari: & ideo dixi, q cum peterem in iudicio, quia de isto tractatur hic cum dicit, pecuniam quam peteret, quod verbum refertur ad iudicium, vt. ff. rem rat. ha. l. hoc amplius. Item ideo dicitur in iudicio, quia ex iuramento in iudicio agitur, sed ex delato extra ius non sicut debet in confessione: dicam ergo competere in iudicio ex causa mutui, vel ex causa dominiū in reali, quia debet esse talis causa precedens ex qua posset agi si constaret de ea, nam ideo debet ex iuramento, quia iuramentum est pro veritate, vt. ff. de interrogato. actionib. l. si seruus. Unde sicut in veritate illa actio sine qua iuratur esset vt ex ea posset agi, sic ex ista. Debet ergo proponi talis causa ex qua possit agi siue ex mutuo siue ex alia, ideo dicit: detulit mihi iuramentum, quia si aduersario non deferente alius iurat non prodest ei, quia exceptio perniciosa est suo proprio iuramento sine voluntate aduersarij sibi constituere debitorem alium, vel se liberare ab alio. argumē. C. de probatio. l. exemplo perniciosum est. & ff. de iureiuran. l. iij. §. j. & hoc in postulante aduersario. Ideo dixi, quam delationē statim su-
12 scepi: † nam statim debet suscipi iuramentum, al's non prodest iurare, vnde si defero tibi vt iures me tibi debere & ita non statim suscipis, postea vis suscipere & iurare, non prodest tibi: vt. ff. de iureiur. l. non erit. §. penult. Itē dixi per deum, vt designarem religionem licitam & probatam: nam si deferatur per Iouem vel Apollinem, nō valet, quoniam est superstitiosa religio, id est reprobata. ff. de iureiur. l. non erit. §. dato. Unde requiritur q iuret per religionem approbatam, scilicet per deum vel aliū sanctū, vel per principē: vt. ff. de iureiu. l. qui per salutem. Item dixi q ipse mihi detulit, quoniam debet ita iurare sicut defertur: vt. ff. de iureiur. l. non erit. Debes ergo proponere casum habilem ad agēdum, & dicam sic, debes non dicam, debuisti, ergo debes: potest esse q soluisti, & sic non debes. s. quib. mod. tol. oblig. in prin. dicam ergo contra Titium q ipse det mihi decem libr. Parisi. ex causa mutui: quas cum ego peterem ab eo in iudicio, detulit mihi iuramentum vt iurarem istas mihi decem libr. ex tali causa deberi, qd iuramentum statim suscepi, & iuraui sm qd ipse mihi detulit q ipse dictas libr. mihi debebat, vnde peto ipsum mihi condemnari in decē lib. Parisi. & iste libellus est inutilis ex mutuo propter iu-
13 ramentum. Sed † in actione in factum ex iuramēto dico contra Titium q mihi debet decem non proposita causa &c. si mutuantur in rei vēdi. dicam me dominum si sum dominus directo, dominū vtilem si sum vtiliter, sic: dico cōtra Titium q ipse possidet rem meam, quam cum ego peterem rei vendica. tanq̃ dominus in iudicio detulit mihi iuramentum, statim suscepi, & sm qd detulit iuraui, vnde peto mihi quasi domino rem restitui: nō dicam, domino, quia pretor non dat dominum directū sed vtile. Et ideo dicam, quasi domino, si velim intentare publicianam: dicam dico contra te q tu possides talem rem quam ego petij in iudicio actione quasi mea, & ipso diferēte q iurarem per deū meam esse, statim suscepi, & iuraui sm q detulerat meā esse, & ob hoc mihi tradita fuit primo, vnde peto vt rem mihi restituas.

Summarium.

1 ☞ Quisq;, hec dictio nota continuationis est simul & relationis.
2 Actiones pretorie penales qualiter a rei persecutorijs discernantur.
3 Actiones mere penales que dicantur.
Actiones quedam ex parte actoris, rei sunt persecutorie, & ex parte rei penales.
4 Actio rei persecutoria quedam est in reo, que penalis in agente inuenitur.
5 Obligati si plures sint in actionib⁹ mistis, vnus soluēs, alium liberat.
Album pretoris quid sit, & qualiter puniebatur qui illud corrupisset.
6 Albo pretoris quid olim populo significabatur.
7 Iudices ordinarij qualiter citare possint.
Delegatus & per nuncium & per literas citare potest.
8 Corrumpens album pretoris qua feriatur pena.
9 Corrumpens vel auferens citationes a iudice factas in albo pretoris, qua debeat pena feriri: & nu. 11.
10 Pena non debet imponi a iudice vbi non est per legem expresse imposita.
12 Pena seu multa corrumpenti album pretoris inflicta, cui applicetur.
13 Accusans eum qui pretoris album corrupit, medietatem multe obtinebit.
14 Actio contra corrumpentem edictum in albo pretoris positum quibus verbis concipiatur.
Parentis nomine intelligitur mater quoq;.
15 Adam si superstes esset, sine venia a quouis in ius vocari non posset.

Parentes

Parentes adoptiui an possint ab adoptatis citra ve-
niam in ius vocari.
16 Lis nulla inter patrem ꝛ filium interuenire debet.
17 Patronus minutione capitis nõ desinit esse patronus.
18 Liberti quibus verbis licentiam vocandi in ius patro-
nos suos impetrare debeant.
19 Actio in factum vocatur, qua a liberto vel filio patro-
nus vel parens conuenitur.
Pena vocantis in ius sine venia parentem vel patronũ
est quinquaginta aureorum.
20 Libertus ꝛ filius presentatione sola libelli aduersus do
minum vel parentem sine venia an puniri debeat.
21 Vocari in ius qui non debeant.
Pretoris appellatione, omnis iudex intelligitur.
22 Filius emancipatus contra patrem agere potest, in
potestate autem nequaq̃.
23 Filiusfamilias an hodie possit contra omnes indiffe-
renter agere.
24 Minor aduersus extraneum citra veniam agere potest.
25 Iurare de calumnia quis debeat in causa filij: ꝛ nu. seq.
27 Patronus vel parens sine venia a liberto vel filio in ius
vocatus, qualiter respondere debeat.
28 Soluens debitum quando liberet correos debendi.
29 Salutis sue nemo presumitur immemor esse.
30 Actio contra eum qui vi exemit in ius vocatum quan-
do competat.
31 Actio an perpetuetur per citationem.
32 Reus in iudicium trahitur inuitus regulariter.
33 Actiones reales sola perpetuantur conuentione.
34 Libellus qualiter formari debẽt cõtra eum qui in ius
vocatum vi exemit.
35 Impossibile nõ dicitur quod, etsi vix, tamẽ fieri potest.
Coniunctus pro coniuncto admittitur ad fideiussionẽ,
licet accisis rebus.
36 Creditor recusans consanguineum debitoris accipere
fideiussorem, multa aureorum quinquaginta punitur.
Actio competens in eum qui fideiussorem recusat, an
danti, an vero recusato competat.
37 Actio cum duobus competere apparet, illi solet tribui
cuius magis interest.
38 Libellus quibus verbis conceptus porrigatur aduer-
sus recusantem idoneum fideiussorem.

Penales quoq̃. Sic continuatur. ¶ Supra dictũ est
de actione pretoria rei persecutorijs: hic autẽ tractatur
de pretorijs penalium. Et ideo post tractatum de rei
persecutorijs, sequitur videre de penalibus, ꝛ. §. iste tra-
ctat de omnibus penis, scꝫ de pena imposita filio vel li-
berto vocanti patrem vel patronum in ius sine venia.
Tertio de eo qui vi exemit aliquem in iudicium vocatũ,
dolove fecit vt estimaretur. Item dicit in fi. q̃ sunt alie
plures innumerabiles pene, ꝛ sm̃ hoc potest diuidi in
quatuor partes: quia sm̃ q̃ de tribus penis hic tractat.
Item quia in fi. subijcit de alijs generibus. Pone sic ca-
sum: Quereret aliquis, superius dictum est de pretorijs
actionibus rei persecutorie, nũquid sunt pretorie pena-
les? Dicit Imperator q̃ sic, vnde dicit: Penales quo-
1 q̃ ꝛc. quia † quisq̃ est continuatiuum ꝛ relatiuum. Di-
cit ergo Imperator: pretor ex sua iurisdictione multas
penales actiones introducit. Primo, si quis aliquid ex
albo pretoris corrupisset dolo malo. Item aduersus fi-
lium vel libertum, qui vocat patrem vel patronum in
ius. Item contra eum qui aliquem vocatum in ius vi
exemerit: sunt ꝛ alie penales ex iurisdictione pretorum
pene innumerabiles. hoc dicit. §. iste vsq̃ ad. §. prejudi-
ciales. sic ergo tractatur hic de penalibus pretorijs post
tractatum de realibus persecutorijs. ¶ Querit glos.
vtrum sit differentia inter rei persecutorias ꝛ pretorias
2 penales: ꝛ dicit q̃ multe sunt differentie. ¶ † Prima
differẽtia est, penales pretorie sunt annales preter actio-
nem furti manifesti, que durat perpetuo. j. de ꝑpe. ꝛ tẽp.
act. §. j. sed rei persecutorie pretorie sunt perpetue preter
quasdam: vt redhibitoria que durat sex mensibus, ꝛ
quanto minoris, que durat anno, ꝛ alias quasdam hic
habetis que etiam notãtur. ff. de actio. ꝛ oblig. l. in hono
rarijs. ¶ Secunda est differentia: Penales sunt odiose.
probatur: Pene sunt odiose. ff. de penis. l. inter pretorẽ.
ergo actiones sunt odiose, que cõpetunt ad consequen-
das penas. ¶ Tertia est differẽtia, nam penales trans-
eunt ad heredes, nisi aliquid ex delicto illo peruenerit
ad defunctum, vel nisi sit lis contesta. cum defuncto: vt
C. ex delictis defunc. l. j. sed persecutorie bene transeunt:
vt. ff. de actio. ꝛ obliga. l. ex contractibus. ꝛ. l. in honora-
rijs. ¶ Quarta est differentia, in penalibus meris vnus
soluens non liberat alium, sic vt. C. de condic. furt. l. j. sed
iste differentie glos. habent locum. Item mere rei perse-
cutorie ex vna parte sunt mere penales, ex alia non, aut
tangit differẽtiam inter mistas vel penales ꝛ rei perse-
cutorie: vnde tractatum est de meris rei persecutorie, vt
3 s. §. alijs. ꝛ. §. rursus. vsq̃ huc. ¶ † Item sunt mere pe-
nales, de quibus tractatur hic in duobus primis exem-
plis. ꝛ. j. eod. §. tripli. ꝛ. §. omnes. ꝛ. §. penales. ꝛ dicũtur
mere pene, cum actori non absit illud qđ petit ꝛ reo per
solũ nihil adest mere rei persecutorie, si tamẽ illud abest
qđ actori petit̃, ꝛ illud qđ adest ipsi reo: q̃r reus est vltra
hec. Quedã sunt rei persecutorie ex parte actoris, ꝛ pe-
nales ex parte cõuẽti: vt si quis occidit seruũ meũ, tenet̃
quanti plurimi fuerit anno retro, vnde illi adest de re
mea, mihi tamen per factum suum damnabile abest ser
uus, ꝛ ideo vsq̃ ad hoc seruus valebat quando occisus
fuit ex parte mea act. l. Aquil. que mihi cõpetit est mere
persecutoria, sed ex parte occidentis est penalis, q̃r illud
est pene qđ cogitur soluere, ꝛ nihil ab eo habuit, vnde
pena scilicet actio legis Aquilie datur quanti plurimi
seruus fuit intra annum occisionis, ꝛ potest esse q̃ ante
plurimum valuit q̃ tempore quo fuit occisus, ꝛ quantũ
ad hoc est mera pena ex parte vtriusq̃, scilicet quãtum
ad id quod valebat tunc cum occideretur, non est pena
ex parte mea, sed rei persecutio, ꝛ de hoc habes. j. eod. §.
sequens. versic. vi autem bonorum. ꝛ versicu. sed ꝛ legis
4 Aquilie. ¶ † Item est quedam actio rei persecutorie ex
parte cõuenti, ꝛ penalis ex parte agentis, ꝛ pauce inue-
niuntur tales, ꝛ de ista ponitur tale exemplum. Aliquis
dat Titio pecuniam vel aliam rem vt mihi faciat ne-
gotium per calumniam, vel vt mihi non faciat: ta-
men Titius nolebat esse pro me aduocatus, danti non
datur repetitio, nam dedit ob turpem causam que inhi
bet repetitionem. Item ille turpiter recepit in preiudi-
cium mei, ꝛ ideo datur mihi actio ad repetendum illud
quod datum est taliter: vt. ff. de calum. l. ꝛ generaliter. ꝛ
§. vlti. ista actio ex parte mea non est persecutoria, quia
nihil mihi abest de meo, vnde pena est quantum ad me,
quia peto id quod mihi obest, sed ex parte conuenti non
est pena, quia nihil amittit de suo, lꝫ restituit illud quod
accepit, vnde quia ei nihil abest de suo, nõ est penalis ex
parte eiꝰ: ꝛ de tali habetis. j. eo. §. tripli. nõ est solũ tracta
tum hic de penalibus, sed etiã. j. eo. §. sequẽs. ꝛ. §. tripli. ꝛ
§. oẽs. ꝛ multis alijs. Dico ergo, differentie assignate ha
bent locum tantummodo inter mere penales ex vtroq̃
latere, ꝛ non tangit mistas, sed forte posset dici q̃ sit ꝑse
cutoria rei ex parte agentis, ꝛ dabitur ei perpetuo ꝛ he-
redibus suis, ad idem qđ sibi adest propter delictum, sed
contra heredes rei nõ, cum ex parte sua penalis sit, nisi
inquantũ perueniat: si ex parte actoris est penalis, quia
mihi vel sibi abest forte erit annalis, nec dabitur suis he
redibus post annum, arg. lex dicit q̃ ex persona actoris
ius metitur, vt. ff. si pars hered. pet. l. j. Dico tamen con-
5 tra glos. † q̃ in istis mistis, que non sunt mere penales,
nec mere rei persecutorie, si sint plures obligati, vnus
soluens liberat alium: vt. ff. de eo per quem fac. est. l. j. §. si
plures. ꝛ. ff. de condictio. fur. l. si pro fure. §. furti. ꝛ istam
glos. habent. ff. ne quis eum qui in ius voc. l. penul. §. hoc
iudiciũ. Dicit litera: ¶ Pene. quidam sic exponunt, id
est fere multas, que in veritate multe sunt, ita q̃ repu-
tantur innumerabiles, vnde pene sedet proprie pro no-
mine pene. ¶ Sequitur primum exemplum, scilicet si
quis corrumpit album pretorum, datur contra eũ actio
penalis. Dicit glos. album erat quedam dealbatio posi-
ta in loco eminenti, ꝛ in illo scribebantur citationes ꝛ

quis erat citatus, vel ibi ponebatur aliquod preceptum
generale vel speciale: sicut sunt isti banni qui procla-
mantur ex parte regni. Et de istis loquitur hic: vt glos.
videtur innuere, glossa periculose loquitur. ¶ Dico
6 olim † in albo quandoq; ponebantur edicta genera-
lia pretoris, & que expediebant populo, vt pacta serua-
bo: vnde si pretor statuens aliquod ius proponebatur
in albo suo, id est in loco eminēti, forte de albo vt melius
appareret, & proponebatur istud vt esset notū cuilibet vt
si quis faceret contra nunꝗ posset se excusare pretextu
ꝙ non sciuisset ita a pretore esse edictum: vt. ff. de instit. a-
ctio. l. sed & si pupillus. §. proscribere. & propter hoc in lo-
co eminenti album pretor proponebat cum faciebat ali-
quid expediens populo, vt cū proposuisset edicta de con
stituta vel alia que proposuit ad eternam memoriam vt
essent cuilibet nota. Item quandoq; in albo pretorū scri
buntur nomina decurionum: vt. ff. de albo scrib. l. j. vt sic
appareat qui est prior in ordine, & preferatur alijs. Itē
aliquando in albo ponebantur citationes, cum quis ci-
tabatur & proponebatur in albo pretoris: talis est citatus
ad talem diem, & de ista fit mentio in auc. de liti. §. omnē.
7 Unde dico, † quandoq; citatur per edictum in albo pre
toris: & taliter possunt citare iudices ordinarij tantum.
Item per literas, item per nuncium: vt. C. vbi de cri. agi
opor. auc. qua in prouincia. vt in auc. de litig. §. omnem. &
C. quo. & quan. iud. l. consentaneum. Item per nuncium
& per literas: vt. ff. de arbit. l. diem proferre. in princ. C. de
arbit. l. cum antea. §. vlt. sed nō possunt citare per edictū,
quia soli ordinarij possunt taliter citare. ¶ Quidam du
bitauerunt vtrum delegatus iudex possit citare per nū-
cium vel per epistolam, & non debent dubitare: nam ar-
biter minus potest ꝙ delegatus, & tamen potest citare
per nuncium, ergo & delegatus qui magis potest, & po-
test per literas citare, vt. C. quo. & quand. iud. auc. qui se-
mel. vnde poterit citare & per nuncium & per literas. Si
ergo proponebantur in edicto statuta pretorum que ex-
pediebant magis nota esse vt seruarentur a populo: itē
ponebantur nomina decurionum, item & citationes cō
uentorum, de quo albo fit mētio in auc. de litig. §. omnē.
8 ¶ Quero † nunquid quia hic dicitur scilicet ꝙ corrum-
pit illud quod continetur in albo pretoris, sicut si conti-
neatur ista pena: an pena est quiquaginta aureorum,
vt. ff. de iurisdic. omniū iudi. l. si quis id quod. in princip.
¶ Dico ꝙ imo solum refertur ad id quod ponitur in
edicto, que expediunt populo esse nota, vt statuta preto-
ris: vt cum ipse constituit titulum de constituta, vel de
peculio, vel simile sed non competit probationibus vel
nominibus positis in albo, sed tantum pro eo quod po-
nitur in albo perpetue iurisdictiōis causa, vt in edictis,
que expediunt esse nota populo, & pro istis si quis corrū-
pat tenetur pena quinquaginta aureorū & vocatur ista
in factum, cum non sint nominata in edicto pretoris, vt
ff. de iurisdi. om. iudi. in. l. si quis id quod. in prin. ¶ Sed
9 quid † si corrumpat citationes factas a iudice, que sunt
in albo pretoris, vel etiā si surripiat, vel auferat: nūquid
tenetur ista pena? Quidam dicunt ꝙ sic, nam ratio pu-
niendi eos est, quia contemnunt iudicem: vnde cū eum
contemnant corrumpendo citationes suas siue in albo
siue in charta vel quacunq; alia materia, quia non re-
fert, vt dicit lex. ff. de iurisdi. om iudi. l. si quis id quod. in
princip. & idem dicunt in processu iudicij, nam ita de iu-
re canonico & ciuili, debet redigi ad memoriam in scri-
ptis proponere, vt extra de probatio. quoniam contra
falsam. & C. de appell. l. a proconsulibus. & l. nec causas.
Pone ergo processum iudicij aufert vel surripit, nunqd
teneatur? Et dicunt ꝙ sic, per eandem rationem, quia
contemnunt iudicem. ff. de iurisdi. om. iudi. l. iij. §. j. & non
solum hoc edicto tenetur qui corrūpit, sed etiam ille qui
tollit, vt. ff. de iurisdi. om. iudi. l. si quis id quod. §. penul.
Et ideo dicunt istum teneri hoc edicto, & sic ad penam
quinquaginta aureorum, quia tāta est pena huius edi-
cti, vt. ff. de iurisdic. om. iudi. l. si quis id quod. in princip.
Ego dico contrarium, nam cū hic tractaretur de pena
10 imponenda, † nos non debemus imponere penam in
casu in quo non inuenitur imposita expresse per legem,
quia pene sunt odiose, & sic restringende: vt. ff. de pe. l. in-
terpretatione legum. vnde cum non inueniatur expres-
sum ꝙ pro talibus tanta pena imponatur, nos non de-
bemus imponere talē. Preterea casus est illius. l. si quis
id quod. ſm expositionem glos. nam ibi dicitur in princ.
ꝙ si quis corrūpit id quod perpetue iurisdictionis cau-
sa positum est in albo pretoris, & dolo malo, tenetur pe-
na quinquaginta aureorū: vnde dicit litera illa, si quis
id qđ perpetue iurisdictionis causa, nō quidē prout res
incidit. Dicit gl. incidit, vt sunt citationes &c. que agun-
tur in iudicijs, que quotidie accidunt facienda, nam pro
illis non competit illa pena, & sic non competit pro cita-
tionibus corruptis vel ablatis, vel processu sublato vel
corrupto: vt. ff. de iurisdi. om. iudi. l. si quis id quod. cum
glos. que exponit, incidit. vt citationes &c. & licet isti qui
citationes vel processum iudicis corrumpunt & subtra-
hunt non tenentur pena huius edicti, tamen iudex pu-
niet eos arbitrio suo, dum tamē imponat eis minorem
11 penam, † sed illi qui corrumpunt scriptum in albo per-
petue iurisdictionis causa, & idem si in alia scriptura, vt
dicta. l. si quis id quod. in princip. & iste tenetur in quin-
quaginta aureos. Nam ista est pena pecuniaria, & tenet
siue corruperit siue abstulerit, & non corrumpit, & siue fa
ciat hoc per se, siue alius per dolum suū, & si ambo sunt
in dolo, vterq; tenetur & ille qui facit & ille qui mandat:
& si vnus soluat penam quinquaginta aureorum non pro-
pter hoc alius liberatur, qm̄ suam penam soluit, vt. ff.
de procurato. l. qui proprio. §. procurator vt in ceteris. &
probatur. ff. de iurisd. om. iudi. l. si quis id quod. §. penul.
& l. ij. Item iste corrūpens tenetur crimine. l. Cornelie, et
falsi. l. pen. & pena illius legis est in libero homine depor-
tatio & omnium bonorum amissio, in seruo vltimū sup-
plicium, scilicet mors, vt. ff. ad legem corne. de fal. l. j. in fi.
12 ¶ Datur † ergo pena quinquaginta aureorum, sed cui
datur? Quidam dicūt ꝙ datur & applicatur fisco, nam
multarum seuera compendia fisco sunt applicanda: vt
C. de modo multa. l. multarum. vnde cum dicat corru-
ptorem puniendum in quinquaginta aureos, & non di-
cat cui, fisco applicabitur. Dominus meus dicit ꝙ imo
applicatur illi qui agit, nam ista popularis actio non
datur cuilibet de populo: vt. ff. de iurisdic. omniū iud. l. si
quis id quod. in princip. & argu. ff. de sepul. viola. l. iij. §.
vlti. Et non obst. qđ dicitur ꝙ non est cuilibet debitum
qđ populo debetur: vt. ff. de popul. actio. l. penul. quia ve
rum est debitum, quia vnus faciet exactionem. Unde
ab initio, quia quilibet potest admitti ad agendum non
est perfecte debitum, sed post lit. contesta. admittitur ille
solus qui litē fuerit contestatus: & illa pena adiudicatur
sicut in ceteris popularibus, & fiscus de hoc nihil habet:
ad quid enim ageret ad istam penā pecuniariam, nam
si fiscus haberet, frustra laboraret. Item non obst. l. mul
tarum. quia ibi loquitur vbi quis accusatur & per accu-
sationem pena est accusatoris: vnde dicit hoc sibi debe-
ri, & petit eum sibi condemnari, sed in actionibus non
petitur aliquid accusatori condemnari, vt not. s. eo. pri-
mo respō. vnde aliud est in accusatione in qua petit sibi
debitum cum effectu post litis contestationem, licet non
13 cum effectu ante litem. ¶ Sed † nūquid iste habet me-
dietatem pene? Quidam dicunt ꝙ sic, & fiscus aliam: vt
quilibet habeat vigintiquinq; aureos. Et videtur ꝙ sic,
quia consiliarij iudicum & cancellarij debēt morari per
quinquaginta dies post depositam administrationem
ibi vbi administrauerunt, vt etiam respōdeant conque-
rentibus de ipsis & restituant illicite ablata: quod si non
fecerint, habentur pro confessis super eo quo appetebā-
tur & tenentur restituere in quadruplum ablata, & istius
quadrupli fiscus habet duplum, agēs autem duplum,
ergo & hic, vt. C. de offi. asses. & domesticorum & cancella
riorum iud. l. iij. que incipit, consiliarios. Item videtur
habere medietatē fiscus: vt. ff. ad silleia. l. in lege. §. ex hoc
edicto. sed ibi speciale est. ¶ Dominus meus dicit leges
illas loqui in actione, & si dicatur, etiam in. l. hac, expo-
nit. i. accusatio: vnde totum hoc applicatur agēti. Item
quandoq; vnus agit & pena applicatur fisco: vt. ff. de
termi. amo. l. vlti. in princi. & C. de sepul. viola. l. si quis se-
pulchrum. & l.

pulchrũ.⁊.l.qui sepulchra.sed ibi loquitur quando accu
satur de sepulchro violato, vnde loquitur in accusatio-
nibus:⁊ idem est.ff.de termi.amo.l.vlti. ⁊ ibi exponit gl.
actionem.i.accusationem.sed nos loquimur hic in accu
sationibus,vbi quis petit debitum. ¶Quomodo for-
14 matur libellus in actione ista? Dico sic formatur: †Di-
co coram vobis domine iudex cõtra Titium ꝙ ipse edi-
ctum perpetue iurisdictionis positum in albo pretoris
dolo malo suo corrupit, vnde peto dictum Titium in
penam quinquaginta aureorũ mihi condemnari: ideo
dico perpetue iurisdictionis, propter citationes ⁊ alia
que incidunt ⁊ corrumpuntur quãdoqꝫ. Item dixi do-
lo malo,quia in actione ista requiritur dolus,nam impe
ritia ⁊ rusticitas excusant aliquem: vt.ff.de iurisdic.om.
iudi.l.si quis id quod.§.doli autem mali.⁊ hoc verum est
nisi ipse vim fecit. Si autẽ abstulit edicta: sic dico cõtra
Titiũ ꝙ abstulit positũ ⁊c.si mandauit fieri allegabit ꝙ
mãdauit dolo malo corrũpi.Sequit in litera.¶Et eũ pa
rentem vel patronũ.Dicit glos.parẽtem accipi large,vt
mater contineatur,⁊ nõ solum pater ⁊ mater,sed etiam
15 parentes accipiuntur vsqꝫ ad infinitum,ita † qd si Adã
viueret non poterat vocari in ius sine venia: vt.ff.de in
ius voc.l.j.§.j.⁊ nõ solum si sint naturales ⁊ legitimi,sed
etiam naturales ⁊ illegitimi, ita etiam ꝙ vulgo quesi-
tus non possit matrem vocare in ius sine venia, nam li-
cet non habeat patrem certum, ⁊ sic non habet patrẽ,
cum mater certa est, vt.ff.de in ius voca.l.quia semper.
vnde siue sit pater ⁊ legitimus ⁊ naturalis,siue natura-
lis tantum,non potest eos vocare sine venia, vt.ff.de in
ius vocand.l.parentes. Item dicit Placen.in patre le-
gitimo tantum, non adoptiuo, vt.ff.de in ius vocand.
l.adoptiuum.Imponit Azo quia dicit qd hodie potest
vocari in ius sine venia,quia lex dicit ꝙ filius adoptiuꝰ
olim magis patria potestate ꝙ̃ pretoris precepto patrẽ
adoptiuum conuenire non potest: vt.ff.de in ius voca.l.
adoptiuum.in princi.⁊ hodie pater adoptiuus non ha-
bet filium in potestate vbi esset adoptans aut paternus
vel maternus,vt.C.de adopt.cum in adoptiuis.⁊ hodie
cum non habeant filios in potestate, poterũt in ius vo-
cari venia non impetrata,vt dicta.l.adoptiuũ.in princi.
ff.de in ius voc.Sed Placen.dixit,sed si filius nõ transit
potestatem patris cum debet ei reuerentiam, nõ potest
vocari in ius sine venia:vt.ff.de in ius vo.l.sed si hac lege
emi.§.patronũ. Et quod dicitur magis patria potesta-
te impeditur,ibi ponitur cõparatiue magis,nam prohi
16 betur propter patriam potestatem, quoniam †.non est
lis inter parentes ⁊ filium in potestate: vt.ff.de iudi.l.lis
nulla.ideo propter ius ciuile qd est fortius magis impe-
ditur:si tamen non esset in potestate,quia pater est,⁊ ha
bet affectionem pater, filius tenetur ei ad reuerentiam
vt non vocetur in ius sine venia, sed patris adoptiui fi-
lius patrem potest vocare in ius, ⁊ sicut filius non po-
test vocare parentes,ita nec libertus patronum,sed nec
patronum,nec parẽtes,vel liberos eorũ vsqꝫ ad infinitũ
⁊ ascendentes ⁊ descendentes, vt.ff.de in ius voca.l.iiij.
§.j. Et accipitur patronus qui manumisit seruũ,vel pro
eo iudicatum esse patronum eum in causa ingenuitatis
⁊ libertinitatis, quia in illa causa sententia facit ius: vt
ff.de statu homi.l.ingenui. Item illum qui manumittit
⁊ causa fideiuss.vel si emat tali pacto ne manumittatur
siue cõstitutio manumittit dicitur patronus, licet quã-
tum ad successionem vel impositionem operarum non
reputantur patroni qui ex necessitate manumittunt:ta
men ad hoc ꝙ non vocetur in ius sine venia iudicatur
17 patronus. † Item patronus remanet licet capite minu
tus sit,⁊ ita dicere est ponere casus legis.ff.de in ius vo-
can.l.iiij.v.⁊.vj.⁊.l.patris.⁊.l.adoptiuum.⁊.l.sequen.⁊.l.
sed si hac lege.in princip.§.patronum.⁊.§.liberos.⁊ in
pluribus legibus illius titu. Sed contra videtur ꝙ ho-
die non tenetur ad reuerentiam,quoniam hodie habẽt
ius natalium ⁊ regenerationis,⁊ sic cũ sint ingenui vi-
detur ꝙ possint patronos vocare in ius sine venia:vt.ff.
de in ius voc.l.sed si hac lege.§.patronum.versicu.sed si
ius annulorũ.⁊ hodie sunt restituti natalibus,vt in aut.
vt liberti decetero aureo annulo non indige.§.j.colla.vj.
Sed ego dico ꝙ imo verũ est ꝙ quantum ad dignitatẽ
⁊ materiam sunt ingenui, sed tamẽ ius patronis serua-
tur illesum quo ad reuerẽtiam debitã: vt dicitur.d.aut.
vt liberti decetero ⁊c.§.j. Isti ergo debẽt petere veniam
18 a iudice ita. ¶†Domine permittatis mihi vocare pa-
tronum vel patrem si est filius vocare in ius,⁊ pretor in-
quiret ex qua causa velit ipsum vocare in ius: si non est
famosa,sibi permittet,si vult intentare actionem famo
sam,non admittet eum nisi grauissime pertractetur, q2
forte patronus grauiter vulnerauit eum, vel flagellis
grauissime verberauit.Et in istis casibus permittitur a-
gere liberto contra patronum:vt.ff.de in ius voc.l.sed si
hac lege.§.pretor.Si autem cõueniat filius patrem sine
venia,vel libertus patronum: tenetur ad quinquagin-
ta aureos.ff.de in ius vocando.l.si libertus patronum.
19 ¶Querit glos.† quomodo ista actio que hic competit,
vocatur? Dico lex vocat in factum,⁊ lex licet non voca
ret ita,ex quo tamen aliud nomen non imponeret,vt vi
distis.s.eodem.§.alie.⁊ tamen lex vocat eam in factum:
vt.ff.de in ius voca.l.si libertus. ¶Ad quid competit?
Dico ad quinquaginta aureos, vt dicta.l.si libertus.
alia lex dicit quinquaginta solidos,vt.j.de pena temere
litig.§.vlti.⁊ sic aureus ⁊ solidus in iure idem reputan-
tur:⁊ non intelligas de solidis qui constant ex duode-
cim denarijs.Potest ⁊ alibi in alia moneta consueta in
prouincia, quia ita non variatur hic solidus: nam so-
lidum ita connumeratur vt septuagintaduo faciant li-
bra auri:bene accipiuntur aurei vel solidi ꝙ septuagin-
ta duo faciant libram auri, vt.C.de susceptorib.⁊ arca-
rijs.l.quoties.li.xj.Et sm hoc quidã iudex errauit, cum
filius vocasset patrẽ sine venia,iudex nihilominus adiu
dicauit ei quinquaginta solidos de moneta frequenta-
ta in regione,⁊ sic errauit:debet ergo soluere quinqua-
ginta aureos,si potest soluere, si non potest, punitur in
corpore,quia verberatur,vt.ff.de in ius voca.l.vlti.sic in
eo qui corrumpit album pretoris,vt.s.de iurisdi.omniũ
iudi.l.si quis id quod.§.in seruos. ⁊ est regula in penis
vt qui non potest soluere,luat in corpore,q2 verberatur,
vt.ff.de penis.l.j.§.⁊ generaliter.⁊.C.de furt.l.quicunqꝫ.
Aliud est in multa que propter inopiam remittitur: vt
ff.de offi.presid.l.illicitas.§.vlti.¶Dicit glos.videtur ꝙ
filius non castigetur hodie,quia nõ datur pro noxa ho-
die,ꝙ̃uis olim posset dari, ⁊ sic sicut nõ datur pro noxa
hodie,ꝙ̃uis olim posset dari, videtur ꝙ nõ verberetur:
vt arg.ff.de noxa.l.penulti.⁊.j.de noxa.in fi.Unde glos.
dubitat, ⁊ dicit forte vt in filio, dico ꝙ filius castigatur
corpore si non possit soluere penam aureorum quinqua-
ginta: nam lex dicit ꝙ si non poterit soluere penam, ꝙ
verberetur, ⁊ non distinguit filium,ergo non erit distin
guendum,vt.ff.de publici.in rem actio.l.de pretio. cum
igitur lex dicat generaliter castigari, vt.ff.de in ius vo-
cã.l.vlti. idem legemus de filio, preterea quia hec est re-
gula in penis, ꝙ qui non potest soluere, ꝙ castigetur.
20 ¶Tenet † ergo si vocet patronũ in ius sine venia: si est
libertus,vel si est filius,si vocat patrem. Pone,dat libel
lum iudici,vel principi:nunquid per hoc videatur voca-
re in ius,vt cõmittatur pena? Dicit glos.si dedit tãtum
libellum,non tamen pater fuit citatus vel patronus nõ
committitur pena:⁊ est casus legis.ff.de in ius vocã.l.li-
bertus.sed illa responsio ⁊ illa videtur multum esse con-
tra sententiam glos.que dicit ꝙ libellus ⁊c. sed hic sup-
ponit libellum esse datum,vel patronum vel patrem nõ
esse citatum.Dicit ꝙ libello oblato non committitur pe
na,⁊ sic videtur lex.ff.de in ius voc. facere cõtra senten-
tiam glos.in aut.offerat.Sed dico ꝙ nihil facit hic libel-
lus fuit datus iudici, ⁊ istud fit ante citationem, nam
anteꝙ̃ conueniat,iudex debet cognoscere ex qua causa
debet iudicare de citando: vt.C.de crimi.stel.l.vlti.⁊ sic
libellus offeretur iudici ante citationem, vt sciat quia
conueniat reum, sed libellus datur conuento post cita-
tionem,postꝙ̃ venerit ad iudicium,⁊ sic non facit cõtra
glos.Sed quid si filius facit conuenire patrem,vel liber-
tus patronum:pater citatus non venit,nunquid com-
mittitur pena? Quidam dicunt ꝙ nõ cõmittitur, quia
lex dicit,licet pretor non permittat dare istud iudicium

causa cognita, tamē iurisdictio deducta, ⁊ si patronus
non venit, in ius vocatur: vel si libertus penituit anteq̄
patronus veniret, remittitur ipso iure, q: non commit-
titur pena. Sed glos. dicit contra: ⁊ dicit ꝙ committi-
tur ipso iure, sed facilius remittitur q̄ si patronus voca
tus venisset in ius. Et intelligo, remittitur non a patro-
no, sed a iudice: nam iudex debet ei remittere, vt. ff. de
in ius voca. l. quāuis. ⁊ per illam dicebant alij contra, vt
21 dixi. ¶ † Item quedam sunt persone que non debent in
ius vocari preter patres ⁊ patronos, vt magni iudices,
qui habent merum vel mistum imperium. Item sacer-
dos, qui sacra colit, ⁊ quidam alij, vt. ff. de in ius voc. l. ij.
nunquid si isti vocentur in ius tenentur ista pena? Di-
co ꝙ non, quia pena reperitur statuta tantum in liber-
tis: vnde non est extendenda cum sit odiosa, vt. ff. de pe-
nis. l. interpretatione. sed tamen licet non teneatur, ta-
mē iudex punit eos alia pena arbitrio suo. ¶ Sed quid
si quis impetret veniam a iudice alio q̄ a pretore, nun-
quid euitat penam? Dico ꝙ sic, quia nomen pretor est
generale: vnde potest intelligi de quolibet iudice, vt. ff.
de offic. presid. l. j. §. vlti. hic loquitur cum vocatur in ius
in causa pecuniaria patronus vel parens. ¶ Querit
glos. quid in criminali? Dicit gloss. committitur pena,
multo fortius: quia maiorem facit iniuriam vocato. Hic
dicitur ꝙ filius qui vocat patrem in ius, incidit in penā
quinquaginta aureorum, de quo filio intelligitur hic.
22 Ego dico ꝙ † de emancipato, non de illo qui est in po-
testate: quia ille non potest agere contra patrem impe-
diente paterna potestate, vt. ff. de in ius vocā. l. adopti-
uum. ⁊ de iud. l. lis nulla. non intelligitur ergo de filiofa-
milias, vnde intelligitur de emācipato, qui debet impe-
trare veniam, ⁊ obtinere, vt. ff. de in ius vocā. l. quicūq;.
⁊. l. j. sed filius in potestate nec cum venia nec sine venia
potest patrem vocare in ius impediente patria potesta-
te, vt. C. de in ius vocā. l. vlti. ¶ Nunquid ergo filiusfa-
milias possit agere? Dico olim filius acquirebat sibi
quinq; actiones tantum, actione iniuriarum, quod vi
aut clam, item depositi, ⁊ cōmodati, item actione in fa-
ctum: ⁊ licet iste essent quesite filiofamilias, tamen fi-
lius non agebat, nisi cum pater erat absens, ⁊ non di-
miserat procuratorem, vel si dimisit procuratorem, non
vult agere tūc in subsidiū vel non agētibus filius agit. ff.
de iniur. l. sz si vnius. §. ait pretor. ⁊. §. filio. ⁊. l. pater. sed si
pater presens habet exercitium istarum actionum, vel si
procurator vult agere. Itē dicit gl. filius agit ex mutuo
in subsidium, vt. ff. si certum peta. l. cum filius. sed hodie
omniū actionū filiusfamilias acquirit sibi proprietatē,
nisi ex causa profectitia: vt. s. per quas pso. no. acqui. §. j.
23 ¶ Nunquid † hodie filiusfamilias agit contra omnes,
cum actiones sibi acquirit quo ad proprietatem? Dico
filius emancipatus potest agere contra patrē venia im-
petrata, si sit in potestate, non agit contra patrem: vt. C.
de in ius voc. l. vlt. nisi in castrensi ⁊ quasi castrensi, quia
in illis habentur pro patrefamilias, vt. ff. ad Maced. l. ij.
⁊ in illis aget contra patrem, dum tamen venia petita
⁊ obtenta, vt. ff. de in ius vocā. l. adoptiuum. ij. respon. ⁊
in casibus potest agere contra patrem si sit maior, si mi-
nor datur sibi curator ad litem non persone, ex quo est
in potestate patris non datur curator, vt. C. de cur. fur.
l. vlt. in princ. Si enim est maior, potest agere per se cōtra
patrem sempervenia obtenta, vt hic, aut est minor, ⁊ tūc
sibi datur curator ad litem, vt. s. de curat. §. litem inuiti.
quia nullam personam habet minor standi in iudicio si-
ne curatore ad litem si alium tutorem vel curatorem nō
habeat, ⁊ ita debet lis contestari al's nihil valet quod a-
gitur: vt. C. qui tuto. vel cura. dare pos. l. in vniuersis. qd
intelligo in eorum personam, sed in eorum commodum
bene valeret, arg. C. de procur. l. non eo minus. ⁊ not. gl.
ff. de re iud. l. acta. §. vlt. sed nō datur in rebus alijs, quia
forte pater erit fiduciarius curator, vt. s. de fiducia. pat.
tutel. in prin. Dico, aut emancipatus agit contra parē-
24 tes venia obtenta, si sit maior: † si minor, datur curator
ad litem, si contra extraneos, potest agere non impetra
ta venia. Si sit minor datur sibi curator ad litem, ⁊ hoc
vbi filius est sui iuris: si est in potestate, aut super castren
si vel quasi castrensi, ⁊ tūc aut est maior, ⁊ agit venia im-
petrata. ff. de in ius voc. l. adoptiuum. ij. respon. Si sit mi
nor datur sibi curator ad litem non persone, vt. C. de cu-
ra. fur. l. vlt. in fi. ⁊ hoc cum agit contra patrem: aut vult
agere contra extraneos, ⁊ tunc distinguitur, aut est tale
quid in quo patri acquiritur vsusfructus ⁊ filio proprie-
tas, vt in aduentitijs in quibus pater consentit acquire
re, ⁊ tūc ⁊ pater agit ⁊ conuenitur, vt. C. de bon. mater. l.
j. ⁊ de bon. que lib. l. cum non solum. §. vbi autē volūtas
eorum. Si autem totum acquiritur sibi quia pater sibi
remittit vsumfructum, vel quia non vult habere vel cō-
sentire filio adoptiuo, ⁊ tunc aut filius est maior, si tamē
pater tenet filio agenti cōsentire ⁊ dare autoritatē. C. de
bo. q̄ liber. l. cū non solū. §. necesse. Aut filius est minor, ⁊
tunc aut pater vult administrare patri, ⁊ pater agit, vel
filius autoritate patris: si autem pater non vult guber-
nare res filij minoris insolidum ⁊ quantum ad vsumfru
ctum ⁊ quātum ad proprietatem datur bonis curator,
qui defendet ⁊ aget pro illis bonis: vt. C. de bon. que lib.
l. cum nō solum. §. si autem patre recusante. Bene dico
bonis, non enim potest dari persone, quia in patris est
25 potestate, vt. C. de cura. fur. l. vlt. ¶ Sed † quis iurat de
calumnia in causa filij? Dico, aut est emancipatus aut
in potestate: si emancipatus, aut est minor, ⁊ tunc datur
sibi curator ad litem, qui iurat de calumnia, cum sit le-
gitima persona, vt. C. de iuramen. calum. l. ij. §. quod ob-
seruari. Si autem est maior filius, ipsemet iurat, ⁊ agit:
siue cōtra patrem venia petita ⁊ obtenta, siue agat con
tra alios sine venie impetratione. Si autē filius sit in po
testate, aut agit de castrensi vel quasi contra patrem, ⁊
tunc habetur pro patrefamilias. ff. ad maced. l. ij. ⁊ ideo
si filius sit maior, potest agere ⁊ iurare de calumnia. Si
autem sit minor, datur sibi curator ad litem, qui iuret:
vt. C. de iuramen. calum. l. ij. §. quod obseruari. sed non
datur persone, cum sit in patris potestate, vt. C. de cura.
furio. l. vlti. in prin. C. de bon. que lib. l. cum non solum. §.
sin autem patre recusante. ⁊ idem est in alijs bonis que
acquiruntur soli filio pleno iure, ⁊ quātum ad vsumfru-
ctum, ⁊ quantum ad proprietatem, vnde filius potest a-
gere contra patrem, vt. C. de bon. que libe. l. cum non so-
lum. §. j. versi. similiq; modo. Si autem filius agat cōtra
extraneum, aut de castrēsi, vel quasi. Si est maior, solus
agit, ⁊ iurat de calumnia, ⁊ habetur ꝓ patrefamilias:
vt. ff. ad maced. l. ij. Si est minor, datur sibi curator ad li-
tem, non persone, q: est in patris potestate: vt. C. de cur.
fur. l. vlt. §. j. Si autem de alijs bonis, vt aduentitijs, di-
26 co, † aut illa bona sunt filij pleno iure, ⁊ quantum ad
vsumfructum, ⁊ pater nihil habet, ⁊ tunc aut filius est
maior, ⁊ ipse solus agit, ⁊ ipse solus iurat de calumnia,
vt tamen prestet autoritatem agendi: vt. C. de bonis que
libe. l. cum non solum. §. j. versicu. similiq; modo. ⁊. §. vo-
cante. ⁊ compellitur propria potestate authorem officio
iudicis remedijs pretoris captis pignoribus multa in
potestate vel in corpore cedendo, vt. s. de satida. tuto. §.
vlti. Si autē filius sit minor, ⁊ bona sibi requiruntur ple
no iure aut pater vult administrare illam, ⁊ agit pater,
⁊ iurat de calumnia: vt. C. de iuramen. calum. l. ij. §. quod
obseruari. ⁊. C. de bonis que liber. l. cum non solum. §. sin
autem in secunda etate. nam ibi dicitur ꝙ si pater bona
acquisita filio in potestate non vult gubernare, datur
tutor bonis, supponit ergo si pater velit quod potest,
quia lex magis confidit de patre q̄ de alio, vt. C. de cur.
furio. l. vlt. §. j. Si autem pater absens, dicit gl. forte sicut
in veram actionem. s. qd vi aut clam, commodati, depo-
siti, filius olim ageret in absentia patris: ⁊ si procurator
patris vellet agere, ita hodie in omnibus aduentitijs si
filius sit maior, vt. ff. de iudic. l. si longius. ⁊ de iniur. l. sed
si vnius. §. ait pretor. ⁊. §. filio. ⁊. l. pater. ⁊ tunc cum ipse
agat nomine suo, iurabit de calumnia. Ista vera sunt,
si patri non acquiritur vsusfructus in illis bonis, alio-
quin ipse pater ⁊ agit ⁊ conuenitur, ⁊ facit sumptus de
suo, si filius suo nomine agat: vt. C. de bon. matern. l. j. de
bon. que lib. l. cum non solum. §. vbi autem voluntas eo-
rum. Si autem bona filiofamilias acquirūtur pleno iu-
re, aut filius est minor, nec pater illa bona vult admini-
strare, quia

strare, quia forte est filio hereditas delata, ⁊ pater non
consentit filio adeunti: quia forte implicita debitis, ⁊ ne
pater videatur consentire filio adeunti, ⁊ sic tenetur cre
ditoribus, ipse illam hereditatem non vult administra-
re, ⁊ tunc datur curator qui agit ⁊ iurat de calũnia. ⁊ .C.
de bon. que libe. l. cum non solum. Si autem patre reuo-
cante in aliis bonis que non essent suspecta pater esset le
gitimus administrator, ⁊ iurat. C. de iuramen. calum.
l. ij. §. quod obseruari. Sed quid si pater compulerit filiũ
vel filiã peccare, vel ita grauiter eos tractet, ꝙ possunt
manumitti, ⁊ ꝙ filius potest cogere per iudicem patrẽ
suum eum manumittere, si pater ad delinquẽdum eum
compellat, vel si grauissime eos pertractet: vt. ff. si quis
a pa. fu. ma. l. vlti. ⁊ . C. de episco. audi. l. si lenones. Pone
ergo, pater cogit filium vel filiam delinquere, filius vult
petere vt manumittatur: nunquid debet impetrare ve-
niam citandi eum? Dicũt quidam ꝙ nõ, nam delictum
extinguit omne priuilegium: vt. C. vbi sena. vel cla. l. j. ad
fin. Cum ergo pater delinquat, ⁊ propter delictum con-
ueniatur, amittet priuilegium, scꝫ vt filius nõ teneatur
impetrare veniam citandi eum: argu. dicte. l. Dico con-
tra, nam licet ita sit regulariter ꝙ delictum excludit pri-
uilegium, ⁊ persona que al's erat honesta, tamen ita est
in parentibus vel patronis: nam parens seu patronus
sunt reputandi honesti libertis ⁊ liberis quantumcũqꝫ
sint viles ⁊ infamate persone, vt. ff. de obseq. l. liberto. cũ
ergo semper quantum ad istos reputantur honesti, te-
27 nentur merito impetrare veniam. ¶ † Differentia est
inter casum istum ⁊ casum. s̃. scilicet quando corrumpit
album pretoris: nam ibi exigitur dolus. ff. de iurisdi. om.
iudi. l. iubere. hic non, imo ignorantia iuris non excusat,
vt. C. de in ius vocan. l. venia. dico in patrono sic, ⁊ idem
in patre. Dico coram vobis domine iudex contra Ti-
tium, ꝙ sum patronus, ipse me vocauit in ius sine venia,
vnde peto ipsum condemnari in libris quinquaginta:
item libellus probatur per legem. ff. de in ius vocan. l. si li
bertus. ⁊ . l. penulti. ⁊ vlti. Sequitur versiculus. ¶ Item
aduersus eum qui vi exemerit. in istum qui exemit ve-
nientem in iudicium, vel etiam detineri faciat, vt nõ ve-
niat, datur actio in factum ad interesse: sed ẜm hoc ma-
le sedet versi. iste hic, nam hic tractatur de penis meris
in versicu. proxi. ⁊ precedenti. sed hic non est mera pena,
quoniam agens petit interesse quod sibi abest, ⁊ sic ex
parte sua non est pena. Dicit glos. imo competenter se-
det hic: ⁊ qꝺ tu dicis, imo ꝙ ex parte actoris non est pe-
na, quia petit suum interesse, dicit imo potest esse pena,
quia in ista actione iuratur in litem, vt. ff. ne quis eũ qui
in ius voc. est vi exi. l. penul. §. j. ⁊ sic forte iurat vltra hoc
quod sibi abest, ⁊ sic quantum ad hoc qꝺ plus iurat, sua
intersit, nihil sibi abest, ⁊ sic est pena. Item ex parte rei
est pena: qꝛ nihil sibi abest, ⁊ tamen restituit ⁊ potest ve-
nire pena ex vtraqꝫ parte. ¶ Sed cum sint duo tituli in
ff. s. titulus, ne quis eum qui in ius vo. ⁊ titulus de eo per
quẽ factum est: quero de quo titulo facit hic mẽtionem.
Dicit glos. facit hic mentionem de titulo ne quis eum
qui ius voca. vi eximat. nam hic tractatur de mera pe-
na, ⁊ similiter titulus ille. Item hic fit mentio de vi que
exigitur in illo titulo, ⁊ tãtũ de illo titulo intelligitur, nõ
autem de titulo illo de eo per quẽ factũ est: quia hic tan-
tummodo venit verum interesse, dicit glos. ff. de eo per
quem factum est. l. vlti. §. j. Item ibi non requiritur vio-
lentia, sed alius dolus: vt. ff. de eo per quem fac. est. l. j. §.
dolũ. Sed que est differẽtia inter titulum de eo per quẽ
factum est. ⁊ titu. ne quis in ius vo. vi eximat. Dicit glo.
triplex differentia vel quadruplex. ¶ Prima differen-
tia est, ꝙ titulus primus. s. ne quis eum ⁊c. cõsuluit acto-
ri tantum, ⁊ nõ reo: quia dicit, si actor non poterit cõue-
nire reum in quo vocatus erat, non competit illud edi-
ctum, ⁊ sic respicit actorem, vt. ff. ne quis eum qui in ius
vo. l. ij. ⁊ . iij. §. j. ¶ Secundus titulus subuenit tam acto-
ri ꝙ̃ reo, vt. ff. de eo per quem fac. est. l. j. §. si reus. ⁊ vlti. se-
cundo respon. ¶ Item primus habet locum quando
quis eximitur vi post vocationẽ in ius ⁊ a iure satisda-
tionem, in iudicio prestat satisdationes que firmant iu-
dicium: vt rem ratam haberi, vel iudicatum solui, cum

procurator agit, vel defendit, vt. ff. de pretor. stipula. l. j.
Sed secundus habet locum post satisdationem, ⁊ patet
ex ordine rubricarũ, arguitur: nam inspicitur ordo scri-
pture. ff. de lega. j. l. si seruus plurium. ad fin. sed video ꝙ
titulus ne quis eum qui in iudicium voca. ⁊c. positus est
ante titulum, qui satisda. cogantur, sed alius post, vnde
dico ꝙ primus competit ante satisdationem, secundus
post: vt patet in ordine illorum titulorum. Item dicit gl.
primus titulus habet locum quando vi eximitur voca-
tus, secundus quãdo dolo siue vi, vt patet. ff. ne quis eũ
qui in ius vocatus. l. ij. ⁊ . l. j. ff. de eo per quem fac. est. l. j. §.
si dolo. hoc est dicit glos. ꝙ cum ille qui eximit conueni-
tur, iuratur contra eũ in litem, quia plus delinquit pro-
pter violentiam, ⁊ ideo punitur: quia actor iurabit in li-
tem forte plusꝙ̃ sua intersit, ⁊ ideo quantum ad hoc di-
citur mere penalis ex vtraqꝫ parte, vnde glos. dicit alibi
ꝙ in actione vnde soluens non liberat alium. ff. ne quis
eum qui in ius voca. l. pe. in fi. vbi dicitur, si plures vi exe-
28 merũt in singulos dabitur subauditio glos. ita † ꝙ vnus
soluens non liberat alium. Qꝺ subauditur nõ credo ve-
rum, quia credo ꝙ vnus soluens liberat alium cum pe-
tatur interesse sicut per illum edictum, de eo per quem
fac. est, non iuratur in litem, nec conuenitur vltra inter-
esse: verum, sed interesse probatur per testes, vt. ff. de eo
per quem fac. est. l. penulti. §. j. Dico ꝙ propter hoc ꝙ iu
ratur in litem non dicitur penalis, nec venit vltra inter-
esse: sed verum est ꝙ suum interesse probat iuramentum
suum, nec habet propter violẽtiam missam si actor pro-
baret per testes, scilicet in duos. s. de eo per quem fac. est.
competit ad interesse. Uerum similiter si actor non pro-
bat illud per iuramentum sed per testes, ⁊ istud est diffi-
cile: vt. ff. de pretor. stipu. l. vlti. Uerbi gratia, vi eximitur
vocatus, iurat actor in litem, ⁊ non debet plus iurare ꝙ̃
in veritate, nam interim al's deieraret: vnde non debet
propter hoc dici penalis, quia potest plus iurare ꝙ̃ sua
interesset, quoniam non est verisimile ꝙ esset periurus,
29 et † non presumitur immemor salutis eterne, vt. C. ad
leg. iuliam repetund. l. vlti. propter hoc iurauit tantum
sua interesse, presumptio est iuris ⁊ de iure, quia tan-
tum sua interest, sed non creditur penalis, propter hoc
ꝙ quãdoqꝫ plus iurat, quia ẜm hoc ita esset in testibus
iniquis ⁊ redemptis qui plus iurarent, vnde dico ꝙ a-
ctor petit suum interesse verum. Et ꝙ dicit ꝙ non id ve-
nit qꝺ in veritate est, ꝙ non iuratur in litem, ⁊ quando
probatur per testes, dicit euenire interesse: verum dico,
ideo est vbi probatur per testes, lex magis confidit de
eis, quia non est etiam verum interesse illud qꝺ proba-
tur per testes, sed illud qꝺ actor probat per iuramẽtum
non reputatur ita verum esse probatum, cum actor iu-
ret in sua causa, ⁊ popter affectionem lucri quandoqꝫ
plus iurat, vnde lex non reputat ita verum illud in ve-
ritate sua interesse debet petere ⁊ non plus, al's deierat
qꝺ non debet facere, sed tamen facilius presumitur dele
rare propter suam causam ꝙ̃ alius in alia causa que nõ
est sua, ⁊ ideo nõ debet ita verum interesse vbi quis pro-
bat per iuramentum suum sicut quando probat per te-
stes. Sic ergo intelligitur iste. §. de eo qui vi eximit: vel di
cit glos. possum intelligere etiam de illo titulo, de eo per
quem fac. est. nam licet sint tituli diuersi, tamen vnde est
edictum pretoris qꝺ deseruit duobus titulis, ⁊ ponitur
edictum in rubrica. ff. ne quis eum qui in ius voca. vi exi.
sic ergo habet istud edictum locum si in ius vocatus sit
30 exemptus, vel etiam dolo. ¶ † Opponitur, ista actio cõ
petit tunc demum cum interest actoris propter actionẽ
prescriptam vel rem vsucaptam, vel prescriptam: vt. ff.
de eo per quem fac. est. l. vlti. in princi. ⁊ ne quis eum qui
in ius voc. est vi eximat. l. sed eximendi verbum. §. j. tunc
oppono, per solam citationem interrũpitur prescriptio
et vsucapio, non potest prescribi actio actoris qui ci-
tauit reum si res eius vsucapitur quin per citationem fa
ctam per executorẽ fuit interempta prescriptio vel vsu-
capio: vt. C. de prescrip. xxx. vel. xl. an. l. cum notissimi. in
princip. ⁊ . l. sicut. §. j. cum ergo sicut interempta prescri-
ptione vel vsucapione remanet actori ius suũ saluũ, ⁊ sic
non habet locum demum cum actio perempta est, vel

res vſucapta, ꝛ ſic opponitur de illis legibus vt videtur
ꝙ non habent hodie locum cum hodie per ſolam cita-
tionem cum libello interrumpat̃, vt. C. de anna. except. l.
vlt. Item perpetuatur actio per lit. conteſta. non ſolum
iure, vt. C. de anna. excep. l. j. §. venie itaqꝫ. ſed etiam iure.
ff. de actio. ꝛ oblig. l. conſtitutionibus. ꝛ ſic non videtur
31 habere locum: † nam ꝑ illam. l. cõſtitutionibus. videtur
eſſe perpetua actio per citationem, quia dicit quaſi lis
ſit conteſtata ꝛ ſic iure veteri ꝛ nouo tam ꝑſonali ꝙ̃ rea-
li ſola citatione vidẽtur perpetuari, ſi actio fiat per exe-
cutionẽ, vt. C. de preſcrip. xxx. vel. xl. an. l. ſicut. §. j. Et pro
pter hoc gloſ. tangit hic vnam ſolutionem ꝛ dicit ꝙ hic
loquitur cum actor conuenit reum nõ per executorem,
ſed per ſuam ſolam conuentionem: quia dixi reo, cõpa-
reas tali die, ꝛ reus noluit venire in illa fuit detentus,
tunc habet locum iſtud edictum: quoniam per conuen-
tionem partis non interrumpitur preſcriptio, ꝛ ideo po
teſt eſſe ꝙ actori ſit ſcriptum, vel res vſucapta ſm leges.
Contrarie ſunt quãdo citatio ſit a iudice per executio-
nem, hoc non valet: quãuis enim actor monuiſſet reum
vt veniret ad iudicium, ꝛ reus non velit venire, ꝛ ſic nõ
incidit in edictum, ſicut cum vocat perſonam exem-
ptam, vt. ff. ne quis eum qui in ius voc. l. ij. ad fi. ꝛ. l. iij. §. j.
32 ꝛ. ij. ꝛ vlti. Preterea nõ eſt veriſimile † ꝙ reus veniat vo-
luntarius ad iudicium, quia ducitur in iudiciũ inuitus:
vt. ff. de verbo. oblig. l. inter ſtipulantem. §. j. vel dicit glo.
de iure veteri nõ interrumpitur preſcriptio per citatio-
nem ꝛ per executionem. Nec obſt. l. ff. de actio. ꝛ oblig. l.
conſtitutionibus. vbi dicit per conuentionem interrum
pi, quaſi lis ſit conteſtata, quia ibi loquitur in annali et
pretoria, ꝛ libellus principi fuit oblatus, ꝛ ſic facit lit. cõ
teſta. C. quãdo libellus principi datus litis conteſtatio-
nem faciat. l. j. ꝛ. ij. ſed iſtud eſt diuinare: quia lex illa de
hoc non facit mentionem. Et propterea alij dicũt ꝙ ibi
dicitur quaſi lis ſit conteſtata, ibi non loquitur ſimilitu-
dinarie ſed aſſertiue, quia lis erat cõteſtata: vnde quaſi,
ponitur pro veritate, ſic. ff. de tranſact. l. j. ibi: quaſi de re
dubia. l. de re dubia. Unde ſm hoc non perpetuabãtur
olim actiones, ſed hodie ꝛ ſm hoc nõ habet locum hoc
edictum: quia actio nõ poſſet preſcribi reo vocato ſi per
hoc perpetuaretur, ꝛ fieret lit. conteſt. Joan. vero diſtin
guit, ꝛ iſtam approbat hic gloſ. dicit gloſ. aut ſunt actio
33 nes reales aut perſonales: † ſi ſint reales per ſolam con
uentionem factam per executorem perpetuantur, ꝛ in
hoc corrigũtur iſta iura, ſic loquitur. C. de preſcrip. xxx.
an. l. cum notiſſimi. in princi. l. ſicut. §. j. Nec obſt. quod di
citur in princi. tantum ſic proemium illius legis genera-
lius eſt ꝙ̃ ſit proceſſus: ſic al's rubrica generalior ꝙ̃ ni-
grum. C. de reb. cred. ꝛ iureiuran. ꝛ ibi nihil de rebus cre
ditis, ſed in titu. ſequenti. Item. C. de relig. ꝛ ſump. fune.
ꝛ alee luſu. ꝛ in nigro non tractatur de luſu, ꝛ ſm hoc
quantum ad reales corrigitur, ꝛ dicitur hic ꝛ. ff. ne quis
eum qui in ius voc. vi exi. l. ſed experiundi. §. j. ꝛ de eo per
quem fac. eſt. l. vlti. in princip. Si autem ſunt perſonales,
dicit Joan. per ſolam citationem nõ perpetuantur, ſed
requiritur lit. conteſta. vt. C. de anna. exceptio. l. j. §. cum
itaqꝫ. ꝛ ſm hoc iura antiqua non ſunt correcta, cum
poſſint currere facta citatione in perſonalibus, ꝛ ſic di-
cit Jo. circa reales actiones iura iſta corriguntur per. l.
ſicut. ꝛ per. l. cum notiſſimi. ſed certe ego credo idem in
perſonalibus: nam in. l. C. de preſcrip. xxx. vel. xl. an. l. ſic
loquitur de actionibus realibus ꝛ perſonalibꝰ. Nec ob.
ꝙ poſtea loquitur de realibus, quia videtur repetere de
perſonalibus: vt. ff. de verbo. oblig. l. Titia. §. idẽ reſpon-
dit. ꝛ quia ſufficit principium eſſe generale licet perſecu-
tio ſit perſonalis: vt. ff. de iur. ꝛ fac. igno. l. regula. §. pen.
Unde dico ꝙ olim de iure Digeſtorum non perpetua-
bantur per citationem, nec interrũpebatur preſcriptio,
nec perpetuabatur, ſed bene fiebat actio tranſitoria cõ-
tra heredem, vt. ff. de actio. ꝛ obliga. l. conſtitutionibus.
ſed hodie nec perpetuabatur vſqꝫ ad quadraginta an-
nos niſi per lit. conteſt. vt. C. de anna. exce. l. j. §. nemo. ſed
preſcriptio bene interrũpet̃ per. l. ſicut. ꝛ. C. de ann. excep.
l. vlt. Gloſ. tamẽ tenet ꝙ iſta iura corrigunt̃ pro parte. ſ.
in realibus, q2 ille perpetuant̃, ſed non in perſonalibus.

34 ¶ Quomodo † formatur libellus in iſta actione. Dico
cõtra Titium domine iudex ꝙ debitorem meum feci ad
iudicium vocari, a quo eram petiturus centum, Titius
debitorem meum vi exemit ꝛ fecit quo minus veniret ad
iudicium vt ab ipſo debitum poſſem petere: vnde cum
mea interſit in centum nõ fuiſſe exemptum, peto ipſum
mihi in cẽtum condemnari. Ui ideo dixi, quia ibi requi-
ritur violẽtia: vt. ff. ne quis eum qui. l. j. Item ſi alius exe-
mit de mandato meo, ꝛ dicetur contra me, dolo tuo ma
lo feciſti vt non veniret ad iudicium, quia requiritur ꝙ
non veniat ſiue fuit vi exemptus, tamen comparuit ter-
mino aſſignato, nõ datur actori hec actio: vt. ff. ne quis
eum qui in ius voc. vi exi. l. penul. §. docere. vbi dicit ver-
ba accipienda cũ effectu, vnde ꝙ eximi, intelligitur ita ꝙ
non compareat. Reſpon. aut petit ſic: peto te cõdemna-
ri quanti iurauero in lite, argu. ff. ne quis eum qui. l. peñ.
§. j. ꝛ ſic ſupponit ꝙ iuramẽtum ſit de affectione. Sequi-
tur in fi. ¶ Et alias innumerabiles. Contra dicit gl. imo
ſunt numerabiles dicit gloſ. tamen cum difficultate poſ
25 ſunt numerari, ꝛ ideo dicuntur innumerabiles: † vnde
illud nõ dicitur poſſe fieri quia cum difficultate ſit, vt. ff.
de verbo. ꝛ rer. ſig. l. nepos proculo. Poſſunt numerari,
dicit glo. vt actio in factum de calumniatoribus que cõ-
petit in quadruplum, de qua dicitur. ĩ. eo. §. omnes. ꝛ. §.
quadrupli. Item actio quod met. cau. item furti manife
ſti, item ſerui corrupti in duplum: de quibus dicit. ĩ. eod.
§. omnes autem actiones. Item actio in factum de effu
ſis ꝛ deiectis: vt. ff. de his qui deiece. vel effude. l. ſi vero. ꝛ
plures alie quas enumerare eſſet laborioſum magis ꝙ̃
ſubtile. Et ideo dicit gloſ. plures vero cui competit: pone
fideiuſſores qui dantur pro cautione iudicio ſiſti debent
dari regulariter idonei pro qualitate rei petite, ſpeciale
eſt inter cõiunctas perſonas ꝙ in ius admittantur pro
alio licet ſit pauper, ꝛ ſi non admittatur ꝛ dicat coniun
ctionem eſſe in illos, tenetur qui recuſat in quinquagin-
ta aureos: ꝛ hec probantur. ff. in ius voc. vt eant aut ſa-
tiſd. l. j. ꝛ. ij. Et eſt ratio, quia iſti coniuncti admittuntur,
nam fideiuſſores dãtur vt ille qui dat citius moueat̃ ad
faciendum promiſſum, ꝛ promiſſor magis laboret ad
implendũ promiſſum, ꝛ ius preſumit de iſtis coniunctis
qualeſcunqꝫ ſint, ꝛ propter hoc ꝙ ſunt fideiuſſores de-
beant laborare ad implendum quod conuenit, ac ſi ipſe
dediſſet fideiuſſores ditiſſimos: quia nemo vnꝙ̃ carnem
ſuam odio habuit, vt. ff. de bonis eo. qui mort. ſibi conſci.
l. j. ꝛ propter hoc non repellitur coniunctio perſonarum
propter neceſſitatem ſanguinis ius preſumit, quia nullo
modo propter talem fideiuſſionem audet omittere qd
36 promiſit, imo pro poſſe ſuo adimplebit: ꝛ ideo † quia re-
putauit ſufficientem eſſe cautionem voluit ꝙ admitte-
retur: ꝛ qui recuſaret ſcienter, tenetur in quinquaginta
aureos actione in factum propter dictam. l. ff. in ius voc.
vt eãt aut ſatiſd. l. ij. Pone ergo, frater meus vocatur, in
ius in cautione iudicio ſiſti, vult me dare fideiuſſorẽ Ti-
tio actori: Titius ſciens nos fratres nõ vult me admit-
tere, dicẽs me pauperem, ꝛ ſic tenetur in quinquaginta
aureos. ¶ Sed cui datur actio, an mihi qui ſum recu-
ſatus, an fratri meo qui me dabat: ꝛ iſtud eſt multum
dubium. Item dicit rubrica in illo qui recuſat non con-
iunctum locupletem: vt. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſi vero pro nõ
cõdemnato. §. qui pro rei qualitate. cui ergo competeti
nunquid fideiuſſori recuſato, vel iſti qui dat fideiuſſori
locupletem vel cõiunctam perſonam? Dicit Rau. ꝙ fi-
deiuſſori recuſato, quia ei ſit iniuria. Unde dicit ſic: di-
co cõtra Titium ꝙ cum Meuius frater meus ſatiſda-
ret pro cautione iudicio ſiſti, me dedit fideiuſſorẽ, ꝛ cum
Titius ſciret nos fratres, me tanꝙ̃ non idoneum recu-
ſauit, peto ipſum cõdemnari in quinquaginta aureos,
ꝛ idem in fideiuſſore locuplete. Dico ꝙ cum me Titius
daret fideiuſſorem pro cautione iudicio ſiſti Meuio,
Meuius me recuſauit tanꝙ̃ non idoneum, vnde appa-
ret euidẽtiſſime me eſſe locupletem, peto a Meuio quin-
quaginta aureos: vel cum dubitaretur vtrũ eſſem ido-
neus fui per iudicem approbatus: vt. ff. qui ſatiſd. cog. l.
ſi vero. §. qui pro rei qualitate. ¶ Dominus meus dicit
37 ꝙ cõpetit illi qui datur fideiuſſor: nã iſta † magis debet
attribui

attribui illi cuius magis interest, nam cum ista actio sit
introducta propter iniuriā quā fecit ille qui patitur iniu
riam propter recusationē, illi attribuenda est qui magis
grauauit, qui dat fideiussorē, nam ⁊ ipse trahitur in iu
dicium multipliciter, cū forte nō habeat aliū fideiussorē,
q2 lex reputat magnā iniuriam. Item ⁊ si possit habere
alios, cū fatigat̃ in inueniendo eos, ⁊ habēdo ⁊ ꝓducen
do: sed recusatus in istis nō fatigabit̃, ꝫ tantūmodo pa
titur quodāmodo iniuriam de eo ꝙ recusat̃ vt non ido
neus, vt dicit dñs meus, cū magis interſit illius q dedit,
ille multo preferetur, ⁊ sibi dāda est actio, vt licet minus
crimen non preferatur maiori, imo ecōtra maius prefe
ratur, sed tamen illius qui minus crimen vel suorū iniu
riam persequitur, minus crimen prefertur maiori, vt. C.
qui accu. pos. vel nō. l. neganda. pro hoc posset adduci. ff.
de stat. ho. l. queritur. ¶ Preterea hoc supponit lex que
dicit, si fideiussor euidentissime locuples recusetur, sit in
iuria danti fideiussorem, qui cogetur venire, ⁊ ille potest
agere, ⁊ sic primo admittitur ille qui dat fideiussorem ꝗ
ille qui datur ⁊ recusatur, vnde supponit lex illa ꝙ dan
ti primo datur, sed secundo admittit̃ fideiussor: vt. ff. qui
satisda. cog. l. si vero pro non condemnato. §. qui pro rei
qualitate. vnde sic format libellum. ¶ Dico contra Ti
38 tium † ꝙ cum ipse me fecisset in iudicium citari, petijtqꝫ
a me cautionem iudicio sisti, dedi Semproniū fratrem
meum fideiussorē: quem ipse sciens meū fratrē, tanꝗ mi
nus idoneum recusauit, vnde peto ipsum mihi conde
mnari in quinquagita aureos, debeo enim allegare sci
ens, vt. C. de tabular. l. generali. lib. x. al's non tenetur: sic
intelligo. l. ff. in ius voc. vt eant vel satisdent. l. j. †. ij. ⁊ qui
satisd. cog. l. si vero ꝓ nō cōdēnato. §. qui ꝓ rei qualitate.

Summarium.

1 Seruiana actio cui competat ⁊ contra quem.
Pignus quo differat ab hypotheca.
2 Actio Seruiana, ⁊ quasi Seruiana reales sunt.
3 Conuētio nuda absqꝫ traditione qñ possit ius conferre.
Illata seu inuecta in fundum seu domum conductam,
tacite sunt obligata pro pensione.
4 Obligare se in dubio presumit̃ nemo sicut nec donare.
5 Locator fundi scire debet que per colonum inuecta sint
⁊ illata in fundum.
6 Conductor domus non tenet̃ locatori ostendere ea que
in conductam domum inuexit.
Caupo, nauta, stabularius, de surreptis per famulos
ab hospitibus in factum actione tenentur.
7 Caupo non tenetur de recepto, nisi sciuerit q̃ res fuerit.
Caupones vtplurimum a lege presumūtur nebulones.
8 Prescriptio possidenti non currit in pignore.
9 Pignus ⁊ hypotheca non a possessione, sed a conuen
tione denominatur.
10 Pignus a traditione dicitur, quod pugno, id est manu
tradatur.
11 Actio que metū passo conceditur, pretoria ⁊ in rē dicit̃.
Possessoria bonorū hereditatis petitio, ⁊ fideicōmissa
ria hereditatis petitio, sunt actiones pretorie, sed non
mere reales.
12 Petitio hereditatis est actio mista.
13 Seruiana ideo sic dicta est ꝙ per fideiussores ⁊ pignora
conseruentur creditorum debita.
14 Pignus quid sit, ⁊ vnde dicatur.
15 Seruiana actio quo discernat̃ a Saluiano interdicto.
16 Seruiana contra quemuis competit possessorem.
17 Interdicta ⁊ si personalia sunt, contra tamen quemli
libet possessorem in rem scripta sunt.
18 Seruiana an sit necessaria pro inuectis ⁊ illatis in fun
dum a colono.
Seruiana qua discernat̃ nota ab actiōe hypothecaria.
19 Locator an possidere dicatur inuecta in fundum suum
a colono.
20 Pignoratitia non nisi re tradita creditori competit.
21 Possidere eandem rem insolidum duo nequeunt.
22 Seruiana an concedatur pro inuectis ⁊ illatis in do
mum conductam ab inquilino.
Occupare potest autoritate propria is cui cōpetit actio
Seruiana.
23 Seruiana qua ratione fuerit introducta.
24 Seruiana locum habet in domo conducta pro deterio
ratione eiusdem.
25 Minoris bona in domum conductam inuecta an sint
tacite obligata locatori.
26 Filiusfamilias in vsus necessarios mutuum recipiens,
non iuuatur senatusconsulto Macedoniano.
27 Minor contrahens quando possit obligari.
Instrumentum sicut ⁊ nomen, pignori dari potest.
28 Chirographum non cōprehenditur in legato generali.
Seruiana actio cui competat, ⁊ cui quasi Seruiana.
29 Seruiana contra quem intentari possit.
Hypothecaria quando, cui ⁊ contra quem competat.
30 Actio qñqꝫ datur cōtra eū qui nullo iure obligatus est.
31 Hypothecaria an simul cum personali ad debitū actio
ne possit intentari.
Sententia lata in personali exceptionem rei iudicate
parit in hypothecaria.
32 Libellus in Seruiana actione qualiter formari debeat
⁊ qualiter in hypothecaria.
33 Libellus petitorius seu petitio ipsa obligationi confor
mis esse debet.
34 Obligatam rem sibi esse asserens, probare debet eum
qui obligauit, dominum fuisse.
35 Pign⁹ in re aliena cadere pōt, quēadmodū ⁊ vēditio.
Fructus an peti possint hypothecaria actione.

Item Seruiana ⁊ quasi.

¶ Imperator tractauit de realibus actionibus preto
rijs, hic tractat de duobus, scilicet de Seruiana ⁊ quasi
Seruiana: ⁊ primo de Seruiana, secundo de quasi Ser
uiana. Dictum est supra de quibusdā pretorijs in rem:
nūquid sunt plures pretorie reales? Dicit imperator ꝙ
sic: nam est Seruiana que hypothecaria vocatur ⁊ su
mitur a pretore Seruio. Sed cui cōpetit Seruiana. Di
1 co † ꝙ cōpetit locatori fundi pro rebus coloni que tenē
tur eis pro mercedibus fundi: quasi Seruiana autē ex
periuntur creditores pro pignoribus ⁊ hypothecis vt si
bi obligatis. Sed nunquid est differentia inter pignus
⁊ hypothecam? Dicit imperator quātum ad actionem
est differētia, nam de qua re conueniat inter debitorem
⁊ creditorem, vt si sit ꝓ debito obligata, semper agitur
hypothecaria: sed in alio est differentia, quia pignus di
citur proprie quod tradit̃ simul creditori, maxime si res
sit mobilis, si autem nuda conuentione tenetur sine tra
ditione erit hypothec. hoc dicit vsqꝫ ad. §. in personam.
¶ Ad repetitionem istius. §. sic procedemus. Primo ex
ponemus quedam lecturalia huius. §. Secundo quere
mus de Seruiana: ⁊ circa hāc plures actiones. Tertio
de quasi Seruiana, vt hypothecaria. Quarto formabi
2 mus libellum in vtraqꝫ. ¶ Nota † ꝙ actio Seruiana ⁊
quasi sunt reales: nam hic ponunt̃ in tractatu realium,
hic post reales subiungit. Item Seruiana que est verbū
respectiuum ad antecedentia: si ergo precedentes sunt
reales, ⁊ iste. Sed ista argumenta non concludunt, non
enim sequitur: ponuntur in tractatu realium, ergo sunt
reales, nam reuocatoria actio est personalis, ⁊ tamē po
nitur inter reales, vt. s. §. item si quis in fraudem. ⁊ actio
de peculio realis, ⁊ ponitur inter personales. j. §. in per
sonam. ⁊. j. videbitis. Item nō semper ponitur hic. Itē
ꝙ est verbum respectiuum ad precedentia: ergo omnia
respicit. Potest esse ꝙ respicit reales, nō quia reales sed
quia pretorie: vnde ista argumenta non probant ꝙ Ser
uiana ⁊ hypothecaria sunt reales, tamen non est dubiū
ꝙ sunt reales: nā pignorū persecutio est in rem, vt. ff. de
pig. l. pignoris ꝑsecutio. ⁊. C. de pig. l. pignorū. ⁊. l. ꝓ socio.
⁊. C. si vn⁹ ex plu. here. cre. l. ij. ⁊ istud satis est equū, vbi res
tradita fuit creditori, ⁊ sic ius reale acqrit̃ illi ꝑ traditio
3 nē: vt ẽ in rei vē. vt. C. de pac. l. traditiōib⁹. Sed † quō pt
habere actionē realē ex nuda ꝯuētione sine traditione?
Hoc nō vr̃ esse sicut in rei vē. vt. d. l. traditionib⁹. Dico ex

debet sequi, vel qđ sequitur ad ius presens. Unde si quis

me in libertate fundi mei impediat, ego habeo negato-
riam contra eum per quam petam ipsum condemnari
vt nõ impediat in futurum, ⁊ etiam cautionem de non
impediendo. ff. si serui. vendi. l. harum. ⁊ l. egi. ⁊ tamē iu-
dicium non accipitur de futuro: vt. ff. de iudic. l. non
quemadmodum. Unde dico ꝙ ratione iuris presentis
agendi qḋ quis habet, bene dicitur illud qḋ in futurum
ad illud potest sequi ex eadem causa. Unde cum iste colo
nus impeditur in sua libertate, sibi competit ius agendi
pro isto impedimento, si cras impediatur ex eadē causa
competet: ⁊ ideo ne habeat frequētissime consistere pro
quolibet impedimento condemnatur ne impediat in fu
turum, arg. C. de prescrip. xxx. an. l. male agitur. Conce-
3 do ergo † ꝙ officium iudicis habet locum, qḋ concurrit
cum directa preiudiciali. Non obst. argu. gloss. tractus
futuri temporis nõ pertinet ad iudicem: quia verum est
vbi actor non habet ius presens propter qḋ possit dedu-
ci in iudicium, sic loquitur. ff. de vsur. l. j. Sed vbi habet
ius presens ⁊ ex eadem causa speratur de futuro, nam
ex quo impediuit, presumitur in futurū impedire: argu.
ff. de accu. l. si cui. ⁊ ideo permittitur ratione iuris in quo
sufficit petere ꝙ condemnetur, nam aliquando propter
aliud aliquid deducitur in iudicium per aliquam actio-
nem per quam nõ posset principaliter per se deduci, vt
interdicto vnde vi, quod principaliter non competit ad
mobile, sed cum sit deiectio in mobili deducitur per in-
terdictum vnde vi res mobilis in iudicium, vt. ff. de vi ⁊
vi arma. l. j. §. plane. Item in actione iniuriarū que prin-
cipaliter competit ad vindictam, ⁊ secundario ad da-
mnum: vt. C. de iniur. l. dominum. ad finē. ¶ Isti ascri-
ptitij ⁊ coloni sunt conditionati: ⁊ sunt ascriptitij ascri-
pti glebe, vnde dominium habent in eis. ¶ Queritur
4 nunquid † pro tali iure competunt actiones, que cōpe-
tunt pro iuribus realibus, ⁊ directe? Et videtur ꝙ sic. ff.
si seruitus vend. l. ij. nam isti censentur esse partes fundi,
vt. ff. de diuer. ⁊ temp. prescrip. l. longe. sicut ergo pro pre-
diis competeret directa, si predium seruiret: ita pro isto
qui censetur pars fundi competit vtilis, ex quo petitur
ius in ipsis. Unde possunt petere domini vtilem seruitu
tem in eis, non directam: quia non sunt vere fundi. Itē
per negatoriam vtilem dicēt dominum non habere ius
talia seruitia ab eis exigendi, ⁊ eos libertate sua inquie-
tandi. Ista sn̄ia non placet glos. non eīm cōpetit cōfesso-
ria vel negatoria que competunt pro seruitutibus hic,
5 quia non est seruitus, vt probatur: quoniam † isti ascri-
ptitij sunt liberi, nā possunt fieri clerici inuito domino,
sed si essent serui, non possent, ⁊ sic apparet ꝙ non sunt
serui, vt auf. de sanctis. episc. §. ascriptitios. ⁊. §. si seruus.
Preterea seruus consistit in patientia: vt. ff. de serui. tit.
generali. l. quoties. Preter seruitutem oneris sustinēdi:
quia tunc censetur dominus parietem reficere, vt possit
onera sustinere: vt. ff. si serui. vendi. l. ⁊ si forte. in princi. ⁊
§. distant autem. ⁊ iura que habentur in colonis consi-
stunt ⁊ in faciendo ⁊ non faciendo ⁊ in ascriptitijs ⁊ in
patientia, ⁊ sic non est seruitus: vnde dicit glos. isti cōue-
niunt rebus, cum dicātur pars fundi. Item cōueniunt
personis, scilicet seruus quo ad seruitia etiam debent fa
cere: vt. C. de agrico. ⁊ censi. l. ne diutius. sed tamen ma-
gis adiudicatur personis ꝙ rebus. Illa autem preiu-
dicialis que competit pro seruis petendis bene dabitur
vtilis preiudicialis, non directa, quoniam directa cōpe-
tit pro veris seruis, et ad similitudinem ipsorum vero-
rum seruorū suorum propter similia seruitia attribuitur
istis vtilis, quia sunt liberi, sed tamen ius habent domi-
nū in ipsis tantum ꝙ etiam videnť esse pars fundi: nam
possunt dimittere nisi fierent clerici, ⁊ propter ius qḋ do
mini habent in eis datur domino vtilis preiudicialis di
6 recta, ⁊ † ipsis colonis vel ascriptitijs datur vtilis con-
traria per quā peterēt se non inquietari cum sint liberi,
⁊ nō ascriptitij vel coloni. Et sic glos. tenet hic ꝙ in vti-
li competit directa domino, ⁊ ascriptitijs contraria: ⁊
ideo quia lege non inuenitur cautum. Pone aliquis te-
netur mihi ad aliquod seruitiū, q⁊ promisit mihi ꝙ quā-
docunq; inuocarem eum in auxilium mihi veniret cum
duobus equis armatis, inuoco ipsum vt veniat mihi in

auxilium: dicit Io. de ble. ꝙ duplex est conditio illorum
qui dicuntur homines aliorum, nam quidam sunt ligij,
⁊ est magna differentia, vt videbitis. Unde dicit ipse in
homine qui promittit aliquod seruitium alij, ⁊ propter
hoc se constituit hominem ligium eius: ius reale acqui-
ritur domino in ipso homine, pro illo iure concedo. Di-
cit Io. ꝙ dn̄s potest agere preiudiciali in re vtili contra
hominem, sed hoc non probat, sed dicit hec argumento
ascriptitij: in quo datur vtilis: glos. sentit contrarium.
7 ¶ Dico † ꝙ liber homo nec per suam cōuentionem in
scriptis vel sine scriptis, nec per iuramentum, nec per
aliam cōuentionem potest se facere seruum, vt in totum
tollatur eius libertas, nisi in casu cū maior. xx. an. se pa-
titur vendi ad pretium participandum, ⁊ pretium par-
ticipat, nam iste efficitur seruus: vt. ff. quib. ad liber. pro-
cla. non licet. l. j. §. de iur. perso. §. serui. Unde in totū non
potest libertas alicuius per suam cōuentionem tolli: vt
C. de libe. cau. l. nec si volens. Item sicut non potest in to
tum tolli libertas per conuentionem, ita non potest gra
uari vel offuscari per conuentionem: nam arguitur de
vltimis voluntatibus ad contractus. ff. de pact. l. pactū
inter heredem. Item in vltimis voluntatibus conditio
impossibilis de iure remittitur, si sub tali conditione sit
aliquid relictum, vitiatur conditio, ⁊ debetur legatum:
8 vt. s. de leg. §. vlt. de here. insti. §. vlt. Unde licet † volun-
tas testatoris dicatur esse lex, ⁊ debeat seruari, vt in auf.
de nupt. §. disponat. tamen illud intelligendum est cum
voluntas sua iuri suo non repugnat: quia tunc non est
seruanda. ff. de leg. l. j. ⁊. l. si quis inquilinos. §. vlti. ⁊. l. fi
lius. §. diu. Pone ergo, testator reliquit. xx. lib. si custodiā
monumētum suum quādiu viuam: certe dicit lex ꝙ per
hoc videtur ꝙ modo sim seruus, ⁊ ideo non valet condi
tio, imo tanꝙ contra iura reprobatur, ⁊ mihi legatum
debetur, nec teneor custodire monumētum: vt. ff. de con
di. ⁊ demon. l. Titio. ergo idem erit in cōuentionibus vt
non valeat conuentio per quam grauetur libertas ali-
cuius. Istud fallit in scriptitio ⁊ colono, quia ascripti-
tius per suam conuentionem astringitur, ⁊ acquiritur
ius domino in eo: si ascriptitius conuenit ꝙ sit ascripti-
tius alicuius fundi, prima voluntas sibi non nocet, sed
vbi secundo cōsenserit ⁊ in scriptis sibi preiudicat, ⁊ tūc
erit ascriptitius, vt. C. de agrico. ⁊ censi. l. cum securus.
9 Unde de iure ciuili † certum est aliquem nō posse tolle-
re libertatem suam in totum per cōuentionem nisi cum
participat pretium ⁊ patitur se vendi ad pretium parti-
cipandū: vt. ff. qui. ad liber. procla. nō licet. l. j. ⁊. s. de iur.
perso. §. penulti. Item nisi in istis ascriptitijs ⁊ colonis si
grauatur libertatis conditio propter onus ei impositū.
Cum ergo excipiatur de istis casibus, ⁊ non excipiatur
de alijs, stabit regula ꝙ non possint se facere seruos: vt
C. de libe. cau. l. nec si volēs. Item nec libertatem graua-
re, vt. ff. de condi. ⁊ demon. l. Titio. §. Titio. quia in qui-
busdam excipit in alijs regulam sumat: vt. ff. de penu le-
ga. l. nam qḋ liquide. §. idem Labeo. ⁊ sic apparet ꝙ de
iure ciuili aliquis nō potest facere se hominem alterius,
ita ꝙ ius reale constituatur in eo, ad qḋ competit actio
realis, nam per hoc grauaretur libertas. ¶ Quid est er
go vbi facit homagiū ⁊ promittit seruire, vnde dico ex
sua promissione obligatur personaliter ad seruitium, ⁊
aget contra eū personali, sed non habet realem actionē
ad petēdū: ⁊ est effectus, quia si tu haberes actionē rea-
lem posses petere a quolibet vt ali. rei vendi. sicut ascri-
10 ptitius. Sed in personali, q⁊ † personalis respicit tantū
personam cum qua contractum est, non possessorē, non
potest peti ab alijs. C. de donat. l. cū res. vnde si sint pro-
misse opere per stipulationem, agitur ex stipulatione, si
sint incerte, si certe, certi condictione, si sint promisse per
iuramentum, agitur actione in factum: vnde nullū ius
constituitur in persona qḋ sit reale, sed persona obliga-
tur, vnde agetur actione personali, vnde sto sn̄ie glos.
¶ Supposito ꝙ aliquis possit fieri homo alterius, nun
11 quid † potest fieri sine eo ꝙ sibi aliquid detur? Uer-
bi gratia, venio ad te qui es potens, forte spero a te
bene defendi, ⁊ dico volo esse homo vester, ⁊ facio vo-
bis homagium, nihil recipio a te: nunquid valet ho-
magium?

magium? Quidam dicunt ꝙ non, quemadmodum il-
le qui est liber non potest facere ꝙ sit seruus, si se ven-
di patiatur non nocet ei nisi pretium participet: vt.s. de
iure perso.§.vlt.vel quib.ad liber.procla.non licet.l.j. Di
co contra, sicut dicitur ꝙ ascriptitius potest fieri homo
alicuius licet nihil recipiat, ita iste poterit homo fieri: vt
C.de agric.⁊ censi.l.cum scimus, nec est simile de illo qui
patitur se vendi ad pretiũ participandũ, qui si non parti
cipet nõ nocet ei vt dictũ est, qꝛ ibi tota libertas debebat
tolli, ⁊ ideo exigitur tanta solẽnitas, sed hic non tollitur
libertas sed tãtummodo ius aliquod acquiritur in per-
sona, vnde magis assimilatur ascriptitio, vt.ff. de statu
homi.l. queritur hermaphroditum. Sed si dico ꝙ non
acquiritur ius in te, ⁊ sic non procedit, nam planum est
de iure ciuili non potest fieri contra ius per suam conuẽ-
12 tionem quasi improbatam ⁊ contra bonos mores: † vn
de non potest nisi per iura feudorum, ⁊ ita dicũt aliqui
posse fieri hominem alterius, vt in auth. de feudis. coll.x.
Sed non dicunt vtrum ius constituatur cum diuerso iu
re vel non, ⁊ ideo sm iura intelligo vt obligetur homo
personaliter: ⁊ ideo vt ius reale constituatur, ne obfuscata
sit libertas vel impedita. Nam si cras dominus ab ipso
seruitia exigat, ita homo habet ius in domino vt domi-
nus eum defendat: vnde non grauatur si habet defen-
sionem a domino, ⁊ propter hoc debeat aliqua seruitia,
licet ius constituatur in re, quia poterit agere cõtra do-
minum vt dominus eum defendat, ⁊ dominus contra
eum vt ipse seruiat. Sed certe dico ꝙ licet habeat ius in
alio, tamen verum est dicere libertatem grauatam: quia
minus potest de se ꝙ primo, ⁊ ideo non valet, quia in per
sona sua quodammodo offuscatur libertas. ¶ Quero,
supposito ꝙ aliquis fiat homo, quomodo dicit Ioã. de
13 blen. per stipulationem, † nam dominus petet ab ipso:
facis tu mihi homagium, ⁊ promittis mihi fidelitatẽ
prestare contra omnem hominem si sit ligius, vel cõtra
omnem hominem preterꝙ contra Titium ⁊ Meuium
⁊ Sempronium si non sit ligius, ⁊ ille dicet, facio ⁊ pro-
mitto, ⁊ dominus dicendo ista ponet manus hominis
vasalli in manus suas, ⁊ erit flexis genibus, ⁊ recipit eũ
dominus ad osculum in signũ federis, quia signũ amo-
ris est osculũ: vt.C.de spon.l.si a sponso. manus inter ma
nus in signum subiectionis, genibus flexis, in signum re
uerentie quam debet homo domino, ⁊ ista osculũ ⁊ ma-
nus inter manus ⁊ flexis genibus sunt solennitates que
non necessario requiruntur, sed solum promissio, vt in
ascriptitio.C.de agrico.⁊ cens.l.cum sancimus. Item di-
cit Io. non solum acquiritur homagium per stipulatio-
nem, sed etiam per prescriptionem. Imponunt ꝙ dicit
x.vel.xx.anno.arg.ff.si serui.ven.l.si quis diuturna. Sed
quicquid sibi imponatur cum ipse dicit per.xxx.ann.vn-
de dicit Io.de ble. ꝙ si aliquis, pone Titius per.xxx.mã
dauit Meuio vt veniret in seruitio, ⁊ ratione seruitutis
Meuius venerit per.xxx. ann. tanꝙ homo qui acquirit
homagium: ideo dixi iure seruitutis, quoniam si mãda-
ret per amicitiã, non gratia homagij, non acquiret ho-
magium per aliquod tempus. arg. ff.quemad.ser.amit.
14 l.vlti. dominus meus hic non approbat † ꝙ ius reale nõ
potest acquiri in homine. Preterea supposito ꝙ ipse pos
set acquirere per tantum tempus. Primo requiritur tẽ-
pus quo non extat memoria, quia seruitium est quid dis
continuũ, vnde quia in omnibus momentis non potest
semper esse in seruitio domini, requirũtur centum anni,
sicut in seruitute discõtinua que acquiritur centum an-
nis, non per minus tempus: vt.ff.de aqua quoti.⁊ esti.l.
hoc iure.§.aqueductus.ff.de serui.titu.genera.l.seruitu-
tes. Sed Io. dicebat ꝙ imo, nam licet non habeat cau-
sam continuã, tamen habet quasi cõtinuam, ⁊ sic perin-
de est ac si esset continua. ff. de ser.vrb.pre.l.foramen. vbi
seruitus stillicidij acquiritur per decem annos, quia ha-
bet causam quasi continuam. Sed dico ꝙ illa Ioã. non
habebit causam naturalem, vnde plus nõ requirebatur
factum hominis: ⁊ ideo prescribitur, vnde exigũtur cen-
tum anni. Sed dominus meus dicit ꝙ non acquirit ius
reale, sed obligatur persona vasalli ad seruitium obliga
tione personali: ⁊ sic videtur ꝙ nullo tẽpore acquiritur
15 obligatio, † quia tẽpus non est modus tollẽde vel indu-
cẽde obligationis, vt.ff.de ac.⁊ obli.l.obligationũ fere.§.
placet.vel intellige.§.placet.qꝛ tempus nõ est modus ⁊c.
Uerum est minus centum annis, sed tempus cẽtum an-
norum est bene modus, quia ⁊ dominium propter tantũ
tempus amittitur: vt.ff.de acqui.rer.do.l.nunꝙ nuda.⁊
seruitus discontinua acquiritur. ff.de serui.l.seruitutes.
de aqua quoti.⁊ esti.l.hoc iure.§.ductus aque. Sed cer-
te posset dici ꝙ leges ille loquuntur in prescriptione tan-
ti temporis a quo non extat memoria, ⁊ non centum an
norum: vnde non dico acquiritur homagium per.xxx.
annos. Dicunt doctores, damus consilium per qd obti-
nebit: si enim Meuius venit in seruitium Titij per.xxx.
annos, propter hoc non acquiritur Titio, sed si Titius
alleget homagium sibi constitutum probabit per hoc ꝙ
venit in auxilium Titio per tantum tempus, ⁊ ideo nõ
presumitur donare, maxime in tam pretiosa re que sit cũ
labore corporis.arg.ff.de proba.l.cum de indebito. Sed
illa nihil facit ꝙ ibi loquitur cum tractatur de repetitio-
ne eius qd est solutum, ⁊ si presumit soluisse eum: sed non
dicit ꝙ propter hoc presumitur in futurũ debere, ⁊ ideo
probatur per.l.ff. de vsur.l.cum de in rem verso. propter
hoc ꝙ vsure solute fuerunt per decem annos, iudicatur
soluendum in futurum legitima causa debiti allegata
primo, sic intelligitur.ff.de vsuris. l.cum de in rem verso.
¶ Quero, nunquid sunt plures conditiones hominis
16 qui facit homagium? Dico ꝙ sic: † nam alius est ligius
homo, alius non ligius: ⁊ isti differunt vt videbitis. Ho-
mo ligius est qui promittit fidelitatẽ contra omnem ho-
minem, nec aliquem excipit: ille dicitur nõ ligius, qui in
promissione fidelitatis excipit aliquos, vt puta, Titio fa
cit homagium Meuius, ⁊ dicit sic, vobis Titi domine
promitto fidelitatem cõtra omnem hominem, preterꝙ
cõtra Titium ⁊ Meuium ⁊ Sempronium amicos ⁊ vi-
cinos, ⁊ sic de singulis quos excipiet, nec curo in vici-
nitate vel amicitia, vnde ligius nullos excipit, ⁊ sic certũ
est ꝙ maius ius acquiritur domino in eo, ꝙ in nõ ligio.
Sed dico quantũcunqꝫ nullum excipiat, tamẽ videtur
tacite illi excepti de quibus non est verisimile cõtra illos
expresse promisisse: nam in generali promissione non ve-
niunt ea que non esset verisimile velle expresse ⁊ speciali-
ter promittere, vnde verba intelligẽda sunt legaliter, id
est sicut lex loquitur, ⁊ lex intelligit promissionẽ genera-
lem non extendi ad non verisimilia, vt.ff.de pigno.l.obli
gatione generali.ff.de his que in fraud.credi.l.si pater.
Unde videntur excepti fratres, parentes, cognati, quia
non est verisimile ꝙ contra istos vellet aliquam promit-
tere fidelitatem, cum ius non presumat velle possibilita-
tem suam postponi: vt.C.de fideicõmis.l.cum acutissimi
ingenij. vnde licet contra istos si vellet posset iuuare do-
minum, tamen nõ presumitur ꝙ cum affectione cordis
ipsum iuuaret contra propinquos, ⁊ ideo permittitur
tutori vt non prestet suo pupillo autoritatẽ contra suos
propinquos, imo datur curator ad litem, vt.C.de excu.
17 tu.l.fraternitatis. Unde † istos potest excipere, qꝛ ⁊ si nõ
exciperet, lex illa excipit, ⁊ propter hoc non dicit homo
ligius, vel non ligius ꝙ differentia sit ex eo ꝙ vnus exci-
pit, ⁊ alius non, quia vterqꝫ posset excipere: ⁊ simul exci-
pit quos lex exciperet ⁊ non alios, nam propter hoc non
dicitur non ligius. Differũt ⁊ distinguunt penes extra-
neos non propinquos, quia qui excipit extraneos est nõ
ligius, ille qui amicos tãtum dicitur ligius: nam potius
videt excipere vt declaret ꝙ iura volunt istos teneri sub
generali promissione ꝙ facere nouam exceptionẽ, vt. ff.
de dona.inter vir.⁊ vxo.l.si sponsus.§.si quis rogatus.⁊
arg.ff.de lega.j.l.hec verba. vbi conditio expressa in casu
vbi tacite intelligebatur, non intelligitur propter hoc le-
gatum conditionale, vnde ille qui excipit illos tantum
quos lex exciperet dicitur ligius, ⁊ sic est differẽtia inter
ligium ⁊ non ligium. Item est differẽtia, quia qui habet
hominem ligium habet iurisdictionem, vnde habet cau
sam ⁊ potest conueniri coram illo domino ex quocunqꝫ
contractu, ⁊ non solum si conuenitur ratione possessio-
nis que datur sibi cum deuenit homo in feudũ, ⁊ sic ha-
bet iurisdictionẽ, vt in auth. de questore. §. si vero. coll.vj.

si sit non ligius, non conuenitur corā domino, quia non
18 habet causam. Itē † si supposito ꝙ fiant homines, nun-
quid filij hominis sint homines? Jo. de ble. dicit ꝙ nihil
habemus de istis homagijs, nisi ab ipso: aut sunt filij ho-
minis ligij aut non ligij, si sint filij hominis non ligij, filij
non sunt homines, nec tenentur nisi illi qui habent rem
datam, illi tamen tenentur qui habent rem datam pro-
pter homagiū. Si autem sint filij ligij, de iure stricto te-
tentur, licet filij sequantur conditionem matris quantū
ad statum, vtrum liber sit vel seruus. ff. de sta. ho. l. cum
legitime. tamen quo ad homines ⁊ cōditiones sequitur
patrem. ff. ad municip. l. j. ⁊ sicut filius ascriptitius: vt. C.
de agrico. ⁊ censi. l. cum scimus. ⁊ hoc de iure scripto, de
equitate tantum tenentur qui habent rem datam pro-
pter homagium, nam ſm naturam ad quem non perti-
net emolumentum, nec onus. arg. ff. de reg. iur. l. ſm na-
turam. Unde dicit Jo. de ble. aut sunt filij non ligij, aut
sunt filij ligij: si non ligij, non tenētur ad homagium vel
seruitia, sed ille tantūmodo tenet qui habet rem propter
homagium datum. Si autem sunt filij ligij omnes tenē-
tur ad illa seruitia que sunt in non faciendo: vt non in-
tentare actionem famosam contra eum, vel non ire con-
tra eum. Si seruitia consistūt in faciēdo, vt recipere do-
minum in domum suam, si sit tale seruitium, vel ire cum
domino ad bellū, vel quid simile: ⁊ tunc tenētur omnes
de iure stricto, sed de equitate ille solus qui habet rē pro-
pter homagium, nam ex quo solus habet emolumentū,
⁊ onus. argu. ff. de reg. iur. l. ſm naturam. ¶ Sed domi-
19 nus meus dicit † ꝙ in tali homine dominus nullum ius
habet reale, sed solū obligatur personaliter, vt cum de-
functus fuerit obligatus personaliter, ista personalis o-
bligatio transit in heredes pro parte hereditaria: vt. C.
de pact. l. pacto successorum. ⁊ fa. herc. l. ea que in omni-
bus. vnde a quolibet petet dominus seruum. Sed verū
est, licet duo teneantur, ꝙ ille qui habet rem propter ho-
magium datum tenetur alios heredes defendere sicut
cum prelegatur vni coheredum vt ipse soluat legatum
si velit pro sua dote: si vxor non vult petere dotem, petet
eam ab omnibus heredibus pro partibus hereditarijs,
sed ille cui est legatum debet seruare alios indemnes: vt
ff. fa. herc. l. si filia. §. penul. de leg. ij. l. cum ab vno. sic intel
ligitur. ¶ Pone ꝙ Titius concedit Meuio castrum in
feudum, qđ ius habet Titius in castro? Dicunt docto-
20 res † vtilem rei vēdicationem habet, quoniam efficitur
vtiliter dominus. Item quia possessio ordinatur ad pe-
titorium, ⁊ ciuilis possessio respicit directum dominiū:
nam mediante ciuili acquiritur per vsucapionem dire-
ctum dominiū, vt. ff. de acqui. rer. do. l. acquiritur. ad fi.
Item naturalis possessio respicit vtile dominium, quia
respicit vtilitatem fundi, ⁊ ei qui habet vtilitatem datur
⁊ vsufructuario: vt. ff. de acqui. posses. l. naturaliter. Di-
cunt ergo doctores ꝙ cum Titius dat castrum Meuio
in homagium, ꝙ Meuius habet vtile dominium ⁊ Ti-
tius dominus retinet directum, ⁊ habet dominus pos-
sessionem ciuilem que respicit dominiū directum, ⁊ Me-
uius habet naturalem, que respicit vtile dominium: vn-
de sicut superficiario qui in solo alieno de permissu do-
mini superficiem imponit, datur vtile dominiū, cum di-
rectū dominium sit domini soli, quia superficies soli ce-
dit solo, vt. s. de rer. diuis. §. qui alieno. Item datur natu
ralis possessio, sic isti: vt. ff. de rei ven. l. superficiario. cum
l. seq. ff. de superficie. l. j. in fi. j. respon. ⁊ §. qđ ait. Sed istud
non est necessariū, quia semper oportet vtile tantū trans-
ferri, ⁊ naturale potest dari. ꝙ homini acquiritur dire-
ctum dominiū ⁊ ciuilis possessio. ¶ Pone ꝙ Titius di-
cit Meuio, ego concedam tibi istum fundum ⁊ istud ca-
21 strum, ⁊ tu prestabis mihi seruitiū tale: dico † ꝙ omne
dominium transfertur in Meuiū, potest enim transfer-
re directum si velint partes. Sed verum est ꝙ in dubio
vbi datur castrum in homagium, ⁊ sic habet Titius di-
rectum ⁊ ciuilem possessionē, ⁊ Meuius vtilem ⁊ natu-
ralem. ¶ Pone vltra ꝙ Meuius illud idem castrū dat
Sempronio in homagio, ⁊ sic Sēpronius est homo Me-
uij, ⁊ Meuius homo Titij: quero qđ Meuius ius ha-
bet? Dicit dominus meus ⁊ glos. ꝙ Meuius nullū ius
reale habet in castro qđ dedit Sempronio: nam oportet
eum aliquod ius reale per concessionē transferre in Sē-
pronium, ⁊ nullum potuit nisi vtile dominiū, ⁊ sic trans-
tulit vtile dominium ⁊ naturalem possessionem, vnde ni-
hil remansit in re, vnde nullum interdictum sibi compe-
tit ad rem recuperandā si aliquis spoliaret vasallū Sem-
pronium, quoniam nullū ius reale habet, ⁊ sic nullum in-
terdictum competit ad possessionem, ⁊ possessio ordina-
tur ad dominium vel ius reale, nam datur interdictum.
22 Hinc est † ꝙ ad obligationes personales non habet locū
interdictū, cum nullū ius reale sit in eis: vt. ff. quo. bo. l. fi.
¶ Dicunt ergo ꝙ si Meuius transtulit totum ius suū,
nihil habet in re, sed solummodo habet Semproniū per-
sonaliter obligatū ad seruitium, vnde primus dominus
Titius, ⁊ vltimus Sempronius totum habent, medius
autem, scilicet Meuius nihil: sic no. glos. C. vti poss. l. vni-
ca. ⁊ istud est verū, vbi datur descensiue. Sed queramus
quis erit ascensiue? Et quidem male respōderunt in ca-
su arg. duo de quodam castro ⁊ dicebāt idem per dictā
glos. Pone ergo ascensiue pater dat castrum pleno iure
filio suo emancipato, filius vt Meuius defenderetur ve-
nit ad quendam comitem ⁊ recepit ab eo in feudum, seu
ille comes venit ad patrem dicti filij, ⁊ recepit ab illo in
feudum ⁊ homagium: queritur de iure istorum. Qđ ius
habet filius habet cōmune ⁊ pater per dictam glo. Vo-
lebāt quidam dicere ꝙ medius nullum ius reale habet,
sed tantummodo pater ⁊ filius. Dicit dominus meus
non esse verum, vnde iste comes a quo filius recipit, nul-
lum ius habebat, ⁊ ideo non potest transferre in filium
istud castrum, nisi per quandam fictionem, vt scilicet fi-
lius videatur dedisse ⁊ tradidisse castrū pleno iure, ⁊ tūc
fingitur filio dedisse homagium, ⁊ sic retinuit directum
dominium ⁊ ciuilem possessionem, ⁊ transtulit in filium
vtilem ⁊ naturalem possessionem: nam celeritate coniū-
gēdorum actuum duo actus sub vno occultantur, nam
per hoc ꝙ filius recipit a comite castrum ⁊ homagium,
videtur transtulisse possessionem in comitē, ⁊ comes ite-
rum ei in feudum rem tradidisse, sicut dicit de creditore,
quia cum debitor habet pecuniam paratam solutioni,
quia posset soluere si vellet, licet non sit presens vbi ipsi
sunt, possunt conuenire ꝙ illam pecuniam quam debet
ex illa causa, forte ex causa mandati, ꝙ habeat eam mu-
23 tuari, † ⁊ quia mutuum re contrahitur. qui. mod. re con
trahi. obli. §. j. non potest fieri sola conuētione, ⁊ ideo de-
bitor pecuniam debitam ex causa mandati videtur sol-
uere, ⁊ breui manu recipere a creditore ex causa mutui,
arg. ff. si cer. pet. l. singularia. de iur. dot. l. licet. §. quoties.
Sic ergo filius per hoc qđ recipit habet vtile dominium
⁊ naturalem possessionem, sed comes habet directū do-
minium ⁊ ciuilem possessionem: quia fingitur dominiū
fuisse translatum a comite in filium, habet ergo comes
directum dominium ⁊ ciuilem possessionem. ¶ Pone
ergo, comes venit ad patrē, quia forte indiget pecunia,
⁊ dicit ei: Domine, detis mihi mille libras, ⁊ castrum qđ
filius vester tenet a me, ego recipiam a vobis in homa-
gium, dicit pater, placet mihi, dat sibi mille libras, co-
mes recipit a patre castrum ⁊ deuenit homo suus: iste
comes fingitur transferre directū dominium in patrem
⁊ ciuilem possessionem, quia plus non habet, cum filius
habeat vtile dominium ⁊ naturalem possessionem, ⁊ sic
non potest iste comes transferre nisi directum dominiū
⁊ ciuilem possessionem, arg. ff. de acqui. rer. do. l. traditio.
Transtulit igitur directum dominium ⁊ ciuilem posses-
sionem, ⁊ statim pater fingitur illud idem dare in homa
gium, quia non habet quid aliud det, nisi directum do-
minium ⁊ ciuilem possessionē, ⁊ sic penes patrem rema-
net, vnde pater nullum ius habet in castro, sed tantum-
modo comes ⁊ filius: nam comes illud directum domi-
nium qđ fingitur transferre in pactione, illud idem sta-
tim videtur recipere, ⁊ sic nihil est quod pater retineat.
Transfertur igitur de comite ad patrem directum do-
nium, ⁊ de patre ad comitem transfertur in homagiū: ⁊
fuit necessitas huius fictionis, nam cum pater nullū ius
habuerit in castro, non potuisset dare in homagium, et
ideo cum comes vult recipere a patre, ⁊ pater nihil ha-
bet, per

bet, per consequēs videtur velle id sine quo id quod vult stare non potest, quod non debet ei aliquid in homagiū, vbi post habeat: ⁊ ideo cum comes vult recipere a patre, videtur velle ꝙ primo habeat pater castrum, et sic possit illud transferre, et ideo fuit necessaria ista fictio. Unde dico ꝙ pater nihil iuris habet in castro, ⁊ ideo ad castrum datur actio, vel interdicta que dantur ad possessionem sibi denegantur: vnde male fuit responsum.

24 ¶ Pone † Titius dat Meuio castrum in homagium vt sibi fiat certum seruitium, post annum Meuius vult omittere castrum ⁊ nō vult prestare seruitium: nunquid potest? Quidā dicunt sic, nam hic est contractus innominatus do vt facias mihi homagiū, vel vt prestes mihi seruitium: ⁊ in contractibus innominatis locus est penitentie, vt. ff. de condi. ob cau. l. dedi. ⁊ l. si pecuniam. in princi. ⁊ in pon. Jo. de ble. qđ hic dicit. ¶ Dominus meus dicit contra, ⁊ ego: quia nō est verum ꝙ semper in cōtractibus innominatis habeat locum penitentia. Itē illis casibus vbi potest penitere intelligit̄ re integra, sed re non integra nō intelligitur ꝙ possit penitere: vnde cū Titius dedit castrum Meuio vt Meuius faceret mihi homagium, datum fuit castrum ⁊ factū fuit homagiū, non erit locus penitentie, vt. C. de actio. ⁊ obliga. l. sicut.

¶ Sed pone, do tibi castrum in homagiū vt facias mihi aliquod seruitium, istud castrū perit casinate vel igne vel alio modo sine dolo ⁊ culpa tua, tu non vis prestare seruitium, dicens ꝙ non habes rem propter quam promisisti seruitium ⁊ sic nō teneris, quia cessante causa cessat effectus: causa seruitij fuit castrum, vnde cū amplius non duret, nec onus seruitij, vt. C. de episc. ⁊ cler. l. naturaliter. Quidam dicūt ꝙ imo, nam castrum pertinet ad periculum hominis ex quo in ipsum transfertur dominium saltem vtile: lex que dicit, conuenit inter me ⁊ te ꝙ ego darem tibi seruum meū ⁊ tu dares mihi alium, do tibi seruum, anteꝙ̄ tu impleas promissum seruus tuus decessit, quare tu nunꝙ̄ implere teneris promissum. Lex dicit ꝙ sic, ⁊ periculum serui quia factus fuit tuus ad te pertinet non ad me: vt. ff. de prescrip. verb. l. naturalis. §. j. ergo sic erit in proposito, vt si castrum in homagium licet perierit, tu teneris. Et facit ad questionē: dominus meus dicit ꝙ pridie fuit disputata in villa ista scʒ Aureliañ. ¶ Pone quidam dedit domū monasterio vel fundum vt ex pensionibus vel fructibus aleret, domus perijt vel fundus post aliquod tempus: nunquid tenetur alere illud? Dictum fuit ꝙ sic per. d. §. ff. de prescri. verb. l. naturalis. §. j. ¶ Dominus meus cōcedit in monaste-

25 rio, sed dicit contrarium in homine. Nam † dicit dominus meus vbi res transfertur tota ad recipientem, ita ꝙ ille qui dat nihil sibi retinet de re, tunc dico ꝙ periculum ⁊ interitus est recipientis, nam ad quem spectat cōmodum, ⁊ periculum: vt. ff. de reg. iur. l. fm naturam. sed vbi dominus qui dat, non transfert totū, sed retinet aliquid, vt in nostra questione, quia dominus retinet sibi directū dominium, ⁊ transfertur tantū vtile, periculum non est recipientis, vnde distinguitur totum vtrum castrum perijt, ⁊ tūc periculū est meum qđ dedi tibi. Si autem non perijt in totum sed pro parte, tunc periculū erit tuū, sicut dicitur im emphyteota: vt. C. de iur. emphy. l. j.

¶ Pone, Titius dat Meuio castrum vt Meuius sibi aliquod faciat seruitium, nunquid illud seruitium tenet̄ facere cum sumptu suo Meuius, vel cum sumptu Titij

26 domini? Quidam dicunt ꝙ suo, sicut † in liberto non est dubium, qui promittit operas ꝙ tenetur de suo facere de iure: vnde si sit ita diues ꝙ possit sibi facere, tenetur de suo. Si ita pauper sit ꝙ sibi nō sufficiat, tunc reus tenetur sibi dare spatium intra qđ querat sibi necessaria forte annum vel minus fm qđ indigebit, ⁊ ex quesitis se alat: vt. ff. de oper. lib. l. suo victu. ⁊ l. seq. ⁊ l. qđ nisi. ⁊ l. vl. ⁊ si nō vult patronus dare spatiū, sed vult ꝙ statim prestet operas, tenetur eum alere, quia equitas non patitur ꝙ ille operetur qđ sibi ad victum non potest sufficere, vt in dictis. ll. ⁊ idē est in quolibet alio a liberto, vt in dicta l. qđ nisi. ⁊ ita est de iure. Sed in feudis ⁊ mistis nō potest dari certa responsio propter diuersas consuetudines locorum: vnde dico in vasallis si res data in feudo non sit tanta ꝙ sufficiat sibi ad sumptus faciendos, si autem res data non sufficit quia est parua, ⁊ sumptus sunt magni, tunc illud plus non potest percipere ex re data. Feudum sibi datur a domino, vt si testator legauit libertis suis si morarentur cum vxore ⁊ essent cum ea, iste testator solebat morari Rome, vxor autem alibi, Capue forte, aut alibi: vult vxor ꝙ liberti sequant̄ eam, ⁊ suis sumptibus, nunquid tenentur? Dicit ꝙ iudex causa cognita ex qualitate personarum ⁊ quantitate legati hoc estimabit: ⁊ communiter dicitur ꝙ si legatum sit ita bonū ꝙ sufficiat pro sumptibus faciendis in loco vbi domina vadit, ipsi teneātur sequi dominam cum sumptibus ipsorum. Si autem legatū sit ita modicū qđ non sufficeret ad sumptus de suo: ⁊ ideo si domina vult ꝙ eam sequantur liberti, prestabit sumptus vltra qđ legatū non

27 sufficit. ff. de an. leg. l. Meuia. §. vlti. Sicut dicitur hic † ex qualitate personarū cōiecturatur de sumptibus ex modo rei date: vt si sit sufficiēs faciat de suo vasallus, si vero non sufficiat, qđ deest faciet dominus, al's nō tenetur sequi eum. argu. dicte. l. ff. de annu. lega. l. Meuia. §. vlti.

¶ Sed pone: Rex concedit Meuio castrum in feudo, ⁊ hanc facit Joā. de ble. in rege, ⁊ omnes alias: ⁊ sic ꝙ ita vtitur sicut ipse determinat eas, vtitur ita de facto. Unde potest rex Francie ire vltra mare cum exercitu, mandat vasallis suis vt secum proueniant, nūquid tenentur sequi sumptu proprio? Dicit Jo. ꝙ tenētur, ⁊ motus est ideo, quia opera siue seruitia inducūtur fm qualitatem ⁊ conditionem personarū prestantis ⁊ recipientis: vt. ff. de oper. lib. l. opere in rerū natura non sunt. ⁊ l. seq. vnde cum operas vasallus promittit, homagiū ⁊ seruitiū domino regi videtur promittere fm consuetudinem regis, quia videtur contrahere cum tali conditione cuius erat rex, nam respicitur consuetudo eius cum quo contrahitur, vt. ff. de pig. actio. l. vel vniuersorum. ⁊ ff. de dam. in-

28 fec. l. si finita. §. j. Ubi † quis promittit cautionē non adiecto tempore, videtur promittere vsqʒ ad illud tēpus qđ consuetū est apponi: ⁊ ideo lex dicit ꝙ qui cum alio contrahit non debet conditionem eius ignorare, quia videtur cum tali conditione cōtrahere, vt. ff. de reg. iur. l. qui cum alio contrahit. ad hoc facit. ff. de vsu ⁊ hab. l. plenū. §. equitij. Cum ergo vasallus contrahit cum rege ⁊ promittit fidelitatē ⁊ seruitiū, videtur promittere fm ꝙ rex consueuit facere: ⁊ reges Francie consueuerūt ire vltra mare cum suis vasallis, ⁊ ideo iste qui recipit a rege, tenetur ire ⁊ cum suis sumptibus. Dico ꝙ non teneretur ire fm dominū meum, quia licet rex solitus sit ire, tamē rex non est solitus compellere barones ire ⁊ ducere gratia seruitutis: ⁊ sic illa iura nihil faciunt, nam licet barones Francie quandoqʒ fuerint cum rege, nō tamen gratia seruitutis, ⁊ sic non nocet eis. ff. quemadmo. seruit. amit. l. vlti. nec iura in contrarium faciunt aliquid, quod enim dicitur consuetudo patrisfamilias inspicitur, verū est in sui preiudiciū, non alterius: sic loquitur. ff. de pign. actio. l. vel vniuersorum. Quod dicitur videntur cōtra-

29 here cum conditione regni. Dico verum, † vnde non solet aliquos cōpellere, sed ducere volentes, vnde credo ꝙ sicut volentes sunt soliti ire, ꝙ ipsi possint si velint: sed si rex solitus esset inuitos secū ducere, tunc si reciperēt feudum ab eo, tenerētur inuiti sequi regem, ⁊ supposito ꝙ tenerentur sequi inuiti regem, dico ꝙ sumptus nō tenetur facere nisi sit tanta res ꝙ certū sit posse sufficere ad sumptus. arg. ff. de an. leg. l. Meuia. §. vlti. ¶ Pone, Titius dat Meuio castrum in feudū, Titius cōmittit homicidiū in castro, si quis extraneus cōmisisset Meuius vasallus punisset eum: modo queritur nunquid poterit condēnare Titium dominū suum ⁊ punire vt quēlibet alium? Quidam dicunt ꝙ sic, ꝙ si ego sum heres illi cui ego tenebar in decem libr. ex mutuo vel alia causa, ⁊ vēdam hereditatem illam, teneor emptori cedere actiones que cōpetierunt defuncto, ⁊ non solum cōtra alios, sed etiā contra se: cum ergo ipse deliquerit, Meuius ipsum puniet. arg. ff. de here. vel act. ven. l. hereditatem. ¶ Di-

30 co cum domino meo contrariū, † quia in generali cōcessione vel sermone excipitur persona loquentis. C. de sol. l. inquisitio veritatis. Preterea Titius est superior do-

minus castri, ⁊ sic est superior iudex, quia est iudex Meuij, ⁊ inferior non potest condẽnare maiorem vel parẽ, quia non habet imperiũ par in parem: vt. ff. ad trebel. l. ille a quo. §. tempestiuũ. ff. de arbi. l. nam ⁊ magistratus. Item si posset ipsum condemnare, inde sequitur inconueniens, quia si contingeret appellare, appellaretur ad Titiũ: ⁊ sic forte idem appellaret ad seipsum, qđ est absurdũ, cum nemo debet esse in sua causa iudex. C. ne quis in sua causa ius sibi dicat. in rubro ⁊ nigro. Cum igitur istud sit inconueniens, ergo illud per qđ potest deueniri ad illud: vt. ff. de sponsa. l. oratio. vnde vasallus non puniet dominũ sed alius superior. Non obst. l. hereditatem. vbi non excipitur persona loquentis, imo contra se tenetur cedere actionẽ. Dico ibi esse ius hereditatis ⁊ transferebatur in illum emptorem, ⁊ ideo tenetur cedere contra se: vnde idem dicerem, si Titius totũ ius castri trãstulisset in Meuium, ⁊ directũ dominium ⁊ vtile, ⁊ Meuius ipsum puniret, ⁊ cessarent rationes mee. Preterea esto ꝙ sit idem ibi ⁊ hic, non obst. ꝙ ibi loquitur de cessione facienda in causa pecuniaria, vbi non est magnũ preiudiciũ: sed hic loquimur de corpore dñi puniẽdo, qđ debet alijs rebus preferri, vt. C. de sacrosan. ec. l. sancimus. ⁊ sic est hic maior ratio excipiendi personam domini: petitur sic ascriptitius preiudiciali. Dico contra Titiũ, ꝙ
31 ipse † est ascriptitius meus: vnde cum ipse neget se ascriptitium meum, peto ipsum pronunciari ascriptitiũ meũ, ⁊ ad hoc ago vtili preiudiciali. Item econtra, ascriptitius agit contra eũ ẜm gl. sic: Dico contra te ꝙ ego non sum ascriptitius, ⁊ quia tu dicis me ascriptitium tuum, peto me pronunciari non esse ascriptitiũ tuũ, ⁊ ne de cetero impedias me in libertate mea condemnari. Item potest agere actione iniuriarũ, quia fit ei iniuria, ⁊ idem in colono cẽsito. Itẽ dicit Jo. de ble. in homine: Dico contra te ꝙ tu es homo meus ligius, vnde cum tu neges hominem meũ, peto te pronũciari meũ: ⁊ sicut dixi in ascriptitio, dominus negat ius reale in homine, vnde format libellũ in personali, dico ꝙ promisisti fidelitatẽ ⁊ seruitiũ tale per talem stipulationẽ, si sit stipulatus, vel per iuramẽtũ, vnde peto te condẽnari ad seruitiũ prestandũ.

Summarium.

1 ☞ Preiudiciales actiones an sint in rẽ vel in personã.
2 Actiones reales quatuor requirũt, actorem scilicet, reũ, iudicem, ⁊ rem que petitur.
Preiudicialis actio est qua de statu hominis queritur.
3 Preiudiciales actiones quot sint.
4 Pluralis locutio duo saltem requirit.
5 Preiudiciales actiones quare sic vocentur.
6 Peremptorie an possint dici preiudiciales.
7 Libertus contra patronum ⁊ filius contra patrem agere potest impetrata venia.
8 Sententia in actionibus preiudicialibus inter aliquos, inter omnes alios ius facit.
9 Sententia tunc ius facere dicitur quando contra legitimum contradictorem profertur.
10 Sententia ingenuitatis lata contra eum qui non est dominus non nocet vero domino.
11 Sententia contra legitimũ contradictorem lata, quando inter omnes ius faciat ⁊ quando non.
12 Sententia contra eum lata cuius interest minus, quid iuris prestet aduersus alios.
13 Sententia que inter priuatos fertur non nocet ceteris.
14 Libertus omnem actionem aduersus patronum venia obtenta intentare potest.
15 Patronus cadens causa non nocet compatrono.
16 Causa minor intentari nequit maiori pendente.
Preiudiciales ideo dicte sunt quedam actiones, ꝙ ceteris sint eminentiores.
17 Status hominis rebus cunctis est preferendus.
18 Preiudiciales actiones quot sint, ⁊ que.
Petitio hereditatis olim fuit p̃iudicialis hodie non itẽ.
19 Preiudiciales an possint dici, si nulle sint q̃stiones quibus preiudicent.
20 Preiudicialis actio patri, patrono cõpetit, ⁊ etiã dño.
21 Preiudicialis actio contra seruum pro libero se gerentem datur domino.
22 Corporalia realiter apprehẽdi possunt, incorporalia autem neutiq̃.
23 Seruus dicẽs se liberũ an teneatur hoc ipsum probare.
24 Possessor presumitur iustam habere causam, nisi contrarium probetur.
25 Liberum quem olim fuisse si certum sit, presumetur hodie liber, ni seruus factus probatum sit.
26 Dominus qua forma seruum repetere debeat.
27 Filius a patre alimenta petit officio iudicis.
28 Actio de partu agnoscendo que sit, ⁊ cui competat.
29 Filium se asserens qui tamen filius non est, quibus verbis repelli debeat.
30 Preiudicialis competit ei qui se negat patrem, ⁊ ei qui se filium asserit.
31 Libertus reuerentiã ⁊ alimẽta patrono prestare tenet̃.
32 Pater quibus verbis petere possit filiũ cogi ad alimẽta.
33 Preiudicialis actio quo differat a rei vendicatione vtili.
Preiudicialis etiam contra filium non existẽtem in potestate cõpetit, rei vero vendicatio vtilis aduersus eum qui in potestate est.

Preiudiciales.

¶ Hic tractat Imperator de p̃iudicialibus actionibus, ⁊ continet tria dicta. Primo determinat preiudiciales. Secundo enumerat. Tertio dicit vtrũ sint ciuiles vel pretorie. ¶ Dic hic, preiudiciales actiones in rem esse videntur. Dicit gl. in rem videnť, ⁊ sunt: al's accipitur, vidẽtur, ⁊ non sunt: ⁊ de his pone sic exẽ-
1 plum. ¶ Quereret aliquis: † nunquid preiudiciales actiones sunt in rem, vel in personã? Dicit ipse ꝙ in rem videnť, id est sunt: ⁊ sic determinat ꝙ sunt reales. Respõdeo enumerat quot sunt, ergo ille preiudiciales p̱ quas queritur vtrũ aliquis sit liber vel seruus, libertus vel ingenuus. Item per quã queritur vtrũ filius vel non, que dicitur de partu agnoscendo. ¶ Sed quereret aliquis: iste actiones nunquid sunt ciuiles, vel pretorie? Ad hoc responde, vel etiam dic ꝙ vna habet fere legitimã causam, id est ciuilis per quam queritur vtrum aliquis sit liber vel seruus. Cetere sunt ex iurisditione pretoris, id est pretorie: hoc dicit vsq; ad. §. sic itaq;. hic dicit ꝙ preiudiciales sunt in rem. ¶ Iuxta hoc querit glos, cum tractauerit de realibus ⁊ pretorijs, vt. j. §. alie. vsq; ad. §. in personam. ⁊ de personalibus pretorijs. s. eo. §. in personam. iste sint pretorie, quare nõ reposuit eas in illis. §§. vbi tractať de pretorijs realibus: vt. s. eo. §. alie. ⁊. §. seq. ⁊ seq. vel saltem quare non reposuit eas inter personales, vt. s. eo. §. in personã. Dicit glos. ⁊ breuiter se expedit, hic tractatur de tribus actionibus preiudicialibus, quarũ vna est ciuilis: noluit eas ponere in tractatu pretoriarũ, ⁊ ideo post tractatũ de pretorijs tractat de istis. Sed nõ est bona ratio ꝙ propter vnam actionem ciuilem due pretorie impediãtur poni sub cõpetenti titulo: scilicet sub pretoriarũ. Item si sit verũ qđ dicit glos. ꝙ propter ciuilem impediantur sub titulo de pretorijs collocari, hic nõ tractatur de ciuilibus: quare ergo non reponũtur sub tractatu de ciuilibus, nec videntur esse reponende? Simile hic, propter ciuilem pretorie non ponũtur in suo tractatu: vnde videtur ꝙ propter hoc non impediuntur poni sub titulo pretoriarũ, quia hic sunt quedam ciuiles. Et dicunt doct. ꝙ superius posuit duplicem diuisionẽ actionum: scilicet ꝙ pretorie alie sunt in rem, alie in personã. Hic autem ponitur alia diuisio, scilicet ꝙ alie sunt preiudiciales, ⁊ ideo post tractatũ illarũ ponitur hic tertia diuisio: nam separatorũ separata debet esse ratio, vt. ff. de fonte. ⁊ ista bona. Alij dicunt de conditione istarũ preiu-
2 dicialium vtrũ sint in rem vel in personam: † quia in realibus actionibus ẜm solitum modum agẽdi est reperire in iudicio quatuor, scilicet actor, reus, iudex, ⁊ res petita que est separata ab eo qui petitur. Hic aũt idem est reus ⁊ res que petitur, ⁊ idem est in personalibus, ⁊ habendo respectum ad istum solitum modum agendi non videntur esse actiones reales vel personales, ⁊ ideo habẽt naturam suam

turam suam separatã ab alijs: ꝛ idcirco ponũtur in tra-
ctatu separato a realibus, nõ inter reales ꝛ personales.
¶ Preiudiciales sunt per quas queritur, an quis sit li-
3 ber vel libertus, ꝛ de partu agnoscendo. Quero † ergo
quot sunt preiudiciales. Quidam dicunt ꝙ due tantũ.
Una per quã queritur vtrum aliquis sit libertus vel in-
genuus: ꝛ qđ dicitur in litera per quam queritur an ali-
quis sit ingenuus vel libertus. Alia est preiudicialis per
quã queritur de partu agnoscendo, ꝛ sic ſm hoc de dua
bus faciunt vnam preiudicialem, an liber sit, id est inge-
nuus vel libertus, ꝛ ista est vna: de partu agnoscẽdo, est
alia, ꝛ sic ſm eos non queritur preiudiciali actione vtrũ
aliquis sit liber vel seruus. Glos. dicit ꝙ sunt tres: Una
per quam queritur vtrũ aliquis sit liber, subaudias vel
seruus, ꝛ sic est vna. Secũda an libertus, subaudi vel in-
genuus, vnde secũda est an libertus vel ingenuus. Ter-
tia de partu agnoscẽdo, queritur vtrum sint filij vel nõ:
vnde tres sunt preiudiciales, prout ego proposui, scili-
cet per quas queritur an quis liber sit vel seruus. Item
an libertus vel ingenuus. Item de partu agnoscendo,
quoniam cõmodius est singulas causas singulis appel-
lationibus distingui: vt insti. quib. mod. testa. infir. §. alio
tamen modo. Item alia ratione dicuntur esse plures ꝙ̃
due: nã in fine huius. §. dicitur ꝙ vna ex his actionibus
habet casum legitimum, scilicet illa per quã queritur an
aliquis sit liber. Sequitur: ¶ Cetere ex. ꝛ sic dicit, cete-
4 re, in plurali: ꝛ † pluralitas indiget saltem duobus. ff.
de testib. l. vbi numerus. ꝛ sic cum dicit vnam ciuilem ꝛc.
per consequens dicit tres esse, nam per hoc qđ dicit, cete
re, dicunt duas a persona que dicitur ciuilis. Sequitur:
¶ Quarum vna habet fere causam legitimam. Quare
dicit fere. Dicunt quidam ꝙ inspecta natura cõmuni
actionũ ista petatur. Itẽ iudex qui cognoscat de causa:
sic enim est in qualibet ciuili questiõe seu actione, ꝛ ideo
vere non potuit dici ciuilis actio ista, quia hic ille a quo
petitur non potuit dici actio ciuilis vere, ꝛ ideo dicitur
fere, quoniam aliquãtulum recedit a natura communi
aliarum actionũ ciuilium. Alij dicũt fere, quoniam non
est tantum vna, imo ꝛ sic parũ plus ꝙ̃ vna. Pretor enim
illam de partu agnoscendo introduxit, sed illa cõfirma-
ta est a senatusconsulto: ꝛ ideo per confirmationem dici
tur ciuilis, ꝛ propter hoc dicitur fere ꝙ confirmetur per
senatusconsultum, vt. ff. de libe. agno. l. j. §. Iulianus. sed
ibi loquitur de preiudiciali, quia ibi nõ loquitur de filia-
tione principali, sed propter alimẽta prestanda illi qui di
cebat se filium. ¶ Ultimo ad materiam preiudicialium
5 actionum querit glo. † quare dicit preiudiciales: ꝛ ista est
tota difficultas, que hic fit. G. arg. ideo dicuntur preiu-
diciales q2 proposite per modum exceptionis preiudi-
cãt questionibus proponendis: vnde si tu petis a me de-
cem ex causa mutui excipio contra te, ꝙ tu es seruus
meus, non poteris agere, imo ista preiudicialis, ꝙ tu
es seruus meus preiudicat questioni intentate, nam ser-
uus non potest agere contra dominũ, nisi ex certis cau-
sis, vt fraudati censu, ꝛ canonis, annone, ꝛ alijs, vt. ff.
de iudic. l. vix certis ex causis. ꝛ ideo hic fit preiudicium
quando opponitur ꝙ est seruus, ꝛ eadem est cõditio de
filio in potestate, quia filius non potest regulariter age-
re contra patrem, in cuius potestate est, vt. ff. de iudic. l.
lis nulla. ꝛ sic iste preiudiciales excipiendo proposite ob-
stant, quia nec filius nec seruus poterũt agere. Reproba
tur Gar. per suam rationem: Una ratio talis debet assi
gnari, que sit sola ratio dicti ꝛ non alia, sed ſm hoc si di-
ceretur preiudicialis quia proposita per modũ exceptio-
nis preiudicat, per eãdem rationem quelibet perempto-
ria diceretur preiudicialis. Item quelibet dilatoria solu
tionis, scilicet vsq3 ad tempus, vsq3 ad qđ durat illa dila
toria: ꝛ sic. §. iste sic enumerat tantũ tres, ꝛ plures essent,
ꝛ ideo approbatur Guarne. Sed respondet Guar. ꝛ di
cit ꝙ non obstat, quia ego dico preiudicialis ex vniuer-
6 sali preiudicio non exercet casibus: vnde † siue agetur ex
mutuo, vel ex vendito, vel ex alia consimili causa ista ex-
ceptio preiudicat non respiciendo etiam causam, sed in
omnibus generaliter. Sed alie peremptorie non preiudi
cant vniuersaliter, sed tantummodo quelibet in suo ca-
su, vt si fecit pactum de non petendo: in causa mutui, tu
propter hoc non excipies in causa depositi vel cõmoda-
ti, sed tantũ in eo casu in quo factum est, ꝛ sic non est pre-
iudiciũ vniuersale, sed particulare, quia priudicat in cer
to casu, sed ista preiudicat vniuersaliter in omnibus, ꝛ
sic denominatur preiudicialis ab vniuersali preiudicio,
sicut Imperator dicitur imperio vniuersali per excellen
tiam, vt no. s̃. in prox. rubri. Sed adhuc opponitur: hic
loquitur de liberto, id est de preiudiciali per quã argui-
tur an aliquis sit liber vel ingenuus, ꝛ ista est preiudicia-
lis. Unde verum est sicut dicit Guarnerius ꝙ in filio et
seruo preiudicat generaliter omnibus questionibus mo
tis ꝛ mouendis, nisi tantum inde contestetur vt perpe-
tuentur actiones: vt. ff. de liber. cau. l. ordinata. Ratio di
cti totius debet esse generalis in omnibus causis posi-
tis in dicto, cũ ergo ponatur hic de preiudiciali que cõ-
7 petit a liberto ꝛ contra libertum, † libertus autem bene
potest agere contra patronum regulariter, vel etiam fi-
lius emãcipatus, vt. s̃. eo. §. penales in eũ qui ꝛc. nec sibi
nocet ista exceptio: tu es libertus, ergo non valet ratio
Gar. qui dicit preiudiciales, quia vniuersaliter omnib9
questionibus, quia non est verum in filio emãcipato vel
liberto, quia possunt agere, ꝛ sic ratio non est generalis,
vnde non valet. Adhuc dicit Gar. verum est ꝙ libertus
potest agere contra patronum vel filius contra patrem
venia petita, al's repelleretur, ꝛ dicit pater vel patronus
si conueniatur: ꝛ ego te repello, quia tu es filius vbi erat
pater, vel libertus vbi erat patronus, nec impetrasti ve-
niã contra me, vnde repello. Unde dicit Gar. ratio mea
generalis est, quia obstat ꝛ filio emancipato ꝛ liberto ge
neraliter nisi veniam impetrauerit, sed non valet: quia
ratio dicti debet esse generalis ꝛ eadem in omnibus ca-
sibus positis in dicto, sed ratio non est eadem in filio in
potestate ꝛ seruo ex vna parte, ꝛ liberto ꝛ filio emãcipa-
to ex alia. Primus enim. s. filius in potestate, ꝛ seruus ge
neraliter in omnibus preiudicat, ꝛ semper impediẽte pa
tria potestate vel dñica potestate: vt. ff. de iud. l. vix certis
ex causis. ꝛ. l. lis nulla. ꝛ sic est peremptoria, sed in patro-
no ꝛ filio emancipato non est perẽptoria sed dilatoria,
quia impetrata venia poterit agere, ꝛ sic ratio nõ est ea
dem, ꝛ sic nõ valet, quia diuersificatur ratio inter patro
num vel emancipatum ꝛ seruum, vel in potestate filium.
Semper Gar. defendebat suam sententiam quantum
poterat. Dico ꝙ non valet sententia Gar. nam hic nos
sumus in tractatu de actionibus nõ de exceptionibus,
nam hic dicit: preiudiciales actiones. in dubio non est re
cedendum a propria significatione. ff. de leg. iij. l. non ali-
ter. Quomodo Gar. fuerit locutus bene intelligitur: ꝛ
8 posset verbis sua sententia sustineri. ¶ Quare † ergo di
cuntur preiudiciales. Dicunt quidam ideo quia senten
tia lata inter ipsos facit ius inter omnes: regulariter la-
ta sententia inter aliquos, inter ipsos tantum facit ius,
nec alios tenet. C. res inter alios lata alijs non preiudi-
cat: totum speciale est in istis actionibus vt lata sentẽtia
inter aliquos facit ius inter omnes: vt si quis iudicetur
ingenuus, cum tractaretur causa ingenuitatis vel liber
cum tractaretur causa libertatis, vel filius cum tracta-
retur causa filiationis, sic intelligunt. ff. de lib. agnoscen.
8 per quam intentatur ipsum dare oportere: cōtra, † dominus cuius res surrepta fuit, non amittit dominiū suū quia sine facto suo non potuit amittere, et nō interuenit factum suū tale qd sit habile ad dominij translationem, et sic non amisit, vt. ff. de reg. iur. l. qd nostrum. remanet ergo dominus, et sic res sua non potest amplius ei dari, vt in prin. huius. §. Non ergo potest agere condic. furt. et intentare contra furem rem suā dare oportere: nam impossibile est ꝙ fur possit dare cū iam sim dominus, et impossibilium nulla est obligatio. ff. de ver. obli. l. impossibilium, et sic videtur ꝙ non detur condictio contra furem. Multe sunt expositiones super istud contrariū: et multipliciter exponitur, cuius veritas ignoratur. Dicit quidam, dicimus ꝙ non potest dare domino fur rem surreptam: sed dicimus, licet agatur furem dare liberat̄ reddendo rem, sic non interest effectu, sed verū est ꝙ domi-
9 nus agit cōtra furem, vt ipse det. Unde † permittit̄ mentiri isti, sed non punitur, quia facit lege permittēte, vt. s. eo. §. alie. Sed non placet, quia nō reperitur ꝙ liceat alicui mentiri agendo, licet se defendendo mentiens excusetur, forte liberando amicum suum de crimine aliquo, et sic quodammodo se defendit: quia sanguinem suū licitum est defendere siue per fas siue per nefas, argu. ff. de his qui sibi mor. cōsci. l. j. nec in. §. alie. permissum est mentiri, vt vidistis. Unde dicunt alij: concedimus ꝙ non potest domino dare fur rem suam. l. ipsius dominij, sed nō est obligatus fur ad dandum, sed ad tradendum vel restituendū. Et qd dicitur hic ꝙ agitur contra furē ipsum dare oportere: dicitur per similitudinem quā ista actio habet cum obligatione dandi, sed condictio cōpetit ad rem restituendam et tradendam, et est similitudo in hoc, quia in obligatione faciēdi aliquis post moram tenetur
10 ad interesse, vnde † cum aliquis est obligatus ad tradēdū, non cogitur precise tradere, sed liberatur dando interesse. Unde natura est obligationis faciēdi ꝙ quis nō teneatur precise ad factum, imo succedit interesse in obligatione, et liberat̄ debitor facti si vult tenendo interesse: vt. ff. de re iudic. l. si quis ab alio. sed non tenet̄ precise ad factū. Aliud est in obligatione dandi: aliquis tenet̄ precise dare, nec liberatur dando interesse, qꝛ semper et post moram et ante obligationē dandi ipsum dare est in obligatione, vnde dari oportet, nec liberatur debitor si vel-
11 let soluere interesse. Et ista † est natura obligationis dādi, ꝙ cogatur ad dandum debitor, et non liberetur dando interesse: vt. ff. de ver. ob. l. vbi autem non apparet. §. vlti. et est verum, in contractibus nominatis non succedit interesse in obligatione dandi, sed semper dandū est illud qd promissum est, vt. ff. de verb. obli. l. vbi autem. §. vlti. et. l. si seruum stipulatus. §. vlti. sed in contractibus innominatis bene succedit interesse in obligatione. ff. de prescrip. ver. l. naturalis. §. j. Unde dicemus: dicunt isti, iste fur tenetur precise rem surreptā reddere et tradere, licet regulariter quis liberet̄ in obligatione faciendi dando interesse: a simili fit in obligatione dandi, quia sicut in obligatione dandi debitor cogitur precise, sic ille qui dat. argu. ff. de verbo. oblig. l. vbi autem non apparet. §. vlti. et. l. si seruum stipulatus. §. vlti. Sed tamen non tenetur dare, quia illud est impossibile, ꝙ domino detur sua
12 res: et ista non placet. Isti dicunt † ꝙ in obligatione faciēdi non tenetur quis ad factum precise, imo liberatur soluendo interesse: vt. ff. de re iud. l. si quis ab alio. ad fin. Non est verū, imo in obligatione faciendi interesse a tēpore more succedit in obligatione. ff. de verbor. obligat. l. si insulam, sed electio est creditoris, vtrum petat debitorem precise ad factum compelli, vel ipse petat inter-

esse, vnde electio est creditoris non debitoris: ⁊ fuit sentẽ
tia Azo. ⁊ vera, ⁊ probat̃. ff. de oper. no. nun. l. stipulatio.
§. siue aũt. Et qđ dicitur. ff. de re iu. l. si quis ab alio ꝙ con
dẽnatur debitor in interesse, intelligo hoc esse verum qñ
creditor petit interesse: nã si peteret factum, debitor con
demnaretur ad factum per. d. l. stipulatio. §. siue autem.
Unde est speciale in facto tradendi ꝙ non teneatur pre-
cise, sed succedit interesse si placet debitori: ⁊ solet notari
ff. de act. empt. l. j. sed in aliĳs obligationibus faciendi te-
netur precise facere, nec est speciale in fure. Sed in hoc
13 est differentia in fure,† q2 si quis tenetur tradere aliquã
certam rem, ⁊ non sit in mora, interitu speciei liberatur.
ff. de verb. obli. l. si ex legati causa. ff. de contrah. emp. l. se
pe. §. si res. sed fur indistincte tenetur de interitu, q2 sem-
per est in mora: vt. ff. de condi. furt. l. in rem furtiuam. §.
vlt. ⁊ l. vlti. Aliĳ soluunt per interemptionem, quia cum
dicitur: fur non tenetur condictione furtiua, quia non
potest dare rem surreptam domino: dicunt ipsi non est
verum, imo potest dare, ⁊ probant. Stipulatio impossi-
bilis non potest contrahi: vt. ff. de verb. oblig. l. scire debe
mus. ⁊ de reg. iur. l. impossibiliũ. Item qui promittebat
aliquid per stipulationem, tenetur dare ⁊ facere accipiẽ
tis: vt. ff. de contrah. empt. ⁊ vend. l. si ita distrahatur. §.
vlt. sed nos videmus ꝙ dominus cum surreptus est ser-
uus potest stipulari a fure seruum surreptum. ff. de ver.
oblig. l. scire. §. si. ergo fur potest dare seruum, al's stipula
tio que permittitur esset impossibilis, qđ est falsum, nam
si esset impossibilis non permitteretur. Sed hoc non va-
let, quoniam dico: seruus nõ stipulatur a domino, quia
stipulatio esset impossibilis, sicut si ita stipularetur: pro-
mittis tuum seruum Titiũ qui mortuus est, vt. ff. de ver.
14 oblig. l. si homo mortuus.† Unde non stipulatur sic: pro
mittis tu mihi seruum meum quem mihi surripuisti. sed
sic: promittis tu mihi illud in quo tu teneris mihi ex cau
sa furtiua vel condic. furtiua, ⁊ bene valet: vt. ff. de verb.
oblig. l. si seruum stipulatus. §. vlti. ⁊ sic loquitur in eodẽ
titu. l. scire debemus. ad fin. Aliĳ dicunt, verum est ꝙ do-
mino non potest dari sua res, vnde non tenetur condi-
ctione furtiua fur ad rem dandã, sed ad possessionem, ⁊
illam potest dare: nam per furtum quod fecit, amisit do
minus possessionem, vt. ff. de acqui. pos. l. rem que nobis.
Sed ista nõ placet, quia est hic speciale odio furis vt te-
neatur precise ad dandum. Sed si intelligeres de posses-
sione, non esset speciale in fure, quoniam possessio potest
condici etiam a bone fidei possessore: vt. ff. de cond. inde.
15 l. indebiti. §. sed si nummi. Et ideo gl. dicit† ꝙ condictio-
nes competunt ad dandũ, non restituendum: ⁊ ideo ser-
uata sua natura domino non posset dari cõdictio, quia
domino non posset dari dominiũ, quia iam habet: bene
reperiuntur actiones personales, que non cõpetunt ad
dandũ, sed ad restituendũ, vt actio cõmodati, ⁊ locati, ⁊
similes, ⁊ iste bene cõpetunt domino, vt. ff. de rei vendi. l.
officium. ⁊. ff. de priuileg. cre. l. si ventri in bonis mensula
riĳ. ⁊ licet sint actiones personales, tamen ille actiones q̃
adhuc cõtinent nomen condictionũ non cõpetunt nisi
ad dandũ, ⁊ sic condictiones manent seruata natura cõ
dictionum. Sed vbi competũt ad dandum, nunq̃ dan-
tur domino: sed verum est, quia licet de natura sua com
petant cõdictiones ad dandũ, tamen condictiones de-
generant hic a natura sua, ⁊ competunt contra furem
ad restituẽdam rem surreptam, ⁊ est speciale odio furis.
16 ¶ Dicit ergo glos.† nunquã datur domino actio per-
sonalis, ꝙ sibi det̃ res que sua est, licet bene possit agere
ad possessionem que sua nõ esset, licet res esset sua: sed ad
rem suam sibi dandam non datur domino actio perso-
nalis, nec contra furem datur ad dandum, imo ad resti
tuendũ. Et qđ dicitur ꝙ agitur hac actione, per quã in-
tenditur dare oportere, dicit glos. referuntur ista verba
ad naturam actionis in genere, nõ in specie: hoc est dice
re, condictiones in genere cõpetunt ad dandum, ⁊ per
istas intenditur contra aliquem dare oportere eũ, sed in
casu cum agitur contra furem, non agitur furem dare,
sed rem surreptam restituere, nõ ergo agitur vt det, sed
restituat, q2 dare esset impossibile ei, ⁊ ad impossibile ne-
mo obligatur, ⁊ licet agat̃ contra furem ad restituendã
rem cum agitur conditione, competit ad dãdum inspe-
cto suo genere, ⁊ natura conditionũ in genere, que om-
nes competunt ad dandum, licet hic cõtra furem com-
petat ad restituendum, ⁊ ideo dicit lex ꝙ nemo condicit
rem suam, referens se ad naturam actionum in genere,
que competunt ad dandum, vt. ff. vsufr. queãd. ca. l. vlti.
17 ad fi. Non est ergo speciale hic ꝙ agatur† contra furem
dare oportere, q2 non agitur contra eum ad dandũ, sed
ad restituendũ, sed speciale est in hoc, q2 licet regulariter
⁊ ẜm suam naturam condictio competat ad dandum,
hic competit ad faciendũ. s. ad restituendum, ⁊ sic est spe
ciale propter fur. condictionem: vnde qđ dicitur hic, a-
gere dare oportere, refertur ad naturam condictionũ
in genere, ⁊ non ad actum istum qui fit contra furem, sic
al's actio penalis in vno casu iudicatur non penalis in-
specto suo genere, ẜm ꝙ esset penalis inspicitur natura,
vt. ff. de pet. here. l. item veniunt. §. cum prediximus. Di-
co ꝙ bene cõpetũt domino actiones personales ad rem
suam, sed non ratione dominĳ, vt est actio depositi, loca
ti, ⁊ cõmodati, ⁊ similes, que non dantur ratione domi-
nĳ sed propter conuentionẽ: ⁊ ꝙ non teneat̃ ratione do-
minĳ apparet, quia cõpetunt etiam non domino, cõpe-
tunt ⁊ furi, vt. ff. commo. l. cõmodare. ⁊ l. seq. que incipit,
ita vt si fur. ff. de pac. l. bona fides. sed bene datur condi-
ctio ratione dominĳ, vt. ff. de cond. fur. l. j. sed non datur
ad dandum sed ad restituendum, ⁊ sic ad factũ. Sequi-
18 tur† ꝙ omnes actiones per quas agitur cõtra aliquem
ipsum dare oportere vocantur condictiones. Ideo dici
tur hic, per quas agit̃ dare oportere, quia omnes actio-
nes personales, vt actio cõmodati, depositi, locati, ⁊ si-
miles, non competunt ad dandum, sed faciendum: ⁊ sic
stricto sumpto nomine condictionum non dicuntur cõ-
dictiones, quia condictiones cõpetunt ad dandum, vt
hic dicitur. Uel dicit glos. possumus dicere ꝙ iste dican-
tur condictiones, quia competunt ad dationem deten-
tionis rei, que potest stipulari, vt. ff. de ver. obli. l. vbi au-
tem non apparet. §. id qđ in faciendo. ⁊ illa detẽtio non
est dominĳ, quia al's stipulatio esset inutilis: quia nemo
potest stipulari rem suam, vt. s̃. de inutil. stip. in prin. ⁊ sic
apparet ꝙ competunt ad dandum. Sequitur: ¶ Condi
ctiones dicuntur quasi denunciationes: nam prisca lin-
gua, id est olim condicere, idem erat qđ denunciare, illi
19 ergo denunciabant qui condicebant. ¶ Quero† ergo
que erant ille denũciationes. Dico ꝙ nos ignoramus:
sed quidam dicunt ꝙ olim ille qui volebat agere contra
debitorem suũ, denunciabat ei, soluas mihi, vel ego con
ueniam te ad seruitium, vt. ff. de ser. vrb. pred. l. quidam
hyberus. sed hoc non valet, quia ibi loquitur de vrbani-
tate, non necessitate, ⁊ ideo non placet glos. Preterea ⁊
si loqueretur de necessitate nihil facit, quia loquitur in
confessoria ⁊ negatoria q̃ sunt reales. s̃. e. §. eque. sed nos
loquimur de personalibus. Unde dicit gl. ꝙ olim a ma-
gistratibus impetrabantur actiones, ⁊ illis denuncia-
batur, quando quis volebat agere: vt. ff. de mag. autem.
l. ĳ. §. omnium. Sed hodie sublatum est, vt hic in fine hu
ius. §. C. de for. ⁊ impe. actio. subla. l. j. ⁊. ĳ. sed ego dico ꝙ
non habemus quales essent huius denunciationes. Se-
quitur ꝙ hodie abusiue condictiones dicũtur actiones:
quia licet hodie intendantur contra aduersarium eum
dare oportere, tamen nulla denunciatio fit, ⁊ sic dicun-
abusiue ⁊ improprie. Dicit glos. vere abusiue condictio
dicitur actio in personã, ⁊ nomẽ male consonat, ꝙ ideo
sit actio ꝙ facere deberet: quia nomen debet esse conso-
20 nũ rei, vt. s̃. de dona. §. est ⁊ aliud. Dico† generaliter lo-
quendo, omnis actio potest dici condictio, sed de omni-
bus illis non tractatur hic, sed in aliĳs. §§. huius tit. Sed
quidam dicunt, actiones que retinent nomen suum pri-
mũ, scilicet que vocantur condictiones: vt condictio cer
ti, ⁊ cõdictio incerti, ob causam, ⁊ indebiti, ⁊ ob turpem
causam, ⁊ sine causa, ⁊ triticaria, ⁊ condictio ex lege, ⁊ il
le retinent nomen cõdictionis, ⁊ de istis tractat̃ hic. Do
minus meus generaliter tangendo naturam cuiuslibet
ait: sunt quedam condictiones generales, alie speciales.
Generalis cõdictio est certi cõdictio, q̃ cõpetit vbicũq
est certũ dandum, ex quacunq causa, ex quocunq con-
tractu

tractu debebatur certum:vt.ff.si cer.pet.l.certi cōdictio. in princ. ⁊ ista concurrit cum specialibus ⁊ generalibus preter condictionē incerti. Sed vbicūq; certum petitur quidam volunt dicere ꝙ competit etiam vbi certum est faciendum,sed non est verum:lex est expressa. ff.de vsur. l.si stipulatus.vbi dicit incerti ex stipulatu. Item est alia generalis condictio,que vocatur incerti: vt.ff.de condi. inde.l.sed ⁊ si me putem.§.cum iter. Sed dicit Azo ꝙ illa non habet certum tractatum per se: ⁊ sicut certi condictio competit vbicunq; ad certum, ita similiter ad oppositum competit vbicunq; ad incertum, nisi vbi detur per stipulationem,quia non patitur actionem ex stipulatu,sicut nec certi condictio cōpetit cum actione ex stipulatu,vt no.s.de verb.oblig.in prin. Sed posset negari ꝙ condictio incerti non cōcurrit cum actione ex stipulatu, quia potest quis velle ꝙ concurrit,⁊ est lex expressa qͦ cōpetat:vt.ff.de vsur.l.si stipulatus.vnde iste generales cōcurrūt cum qualibet personali actione preter stipulationem. Item ⁊ cum alijs generalibus, sed nō semper. Itē ista tertia generalis condictio,⁊ ista est generalior omnibus ⁊ vocatur triticaria, non vbicūq; certū debetur preterꝙ in pecunia. Itē ⁊ est incertū petitū per triticariam ⁊ omnis res preter pecuniam numeratā peti posset per triticariam:vt.ff.de tritic.l.j.§.j.⁊ illa competit cum condictione certi generali vbicunq; illa cōpetit, preterꝙ ad
21 pecuniam.Sed † excedit certi condictio,quia triticaria competit ⁊ ad factū ⁊ ad incertum: vt.ff.de condi.in.l.j. sed certi condictio non cōpetit nisi pro certo, vt.ff.si cer. peta.l.certi condictio.⁊ sic excedit triticariam, quia triticaria non competit pro pecunia numerata,sed certi condictio sic,vt.ff.si cer.peta.l.certi condictio.⁊ de tritic.l.j.⁊ sic se habent tanꝙ excedentia ⁊ excessa,non sicut genus ⁊ species, nam ita non habēt se generales ad speciales, sicut species ad genus, ⁊ posita speciali ponatur gñalis semper ⁊ vbicūq;. Preterea genus nō dicit̃ nisi habeat plures species differētes, sed actio generalis reperit̃ nō habere plures species differētes:vt.ff.si cer.pe.l.si ⁊ me ⁊ Titium. vnde specialis non descendit ex generali, sicut species continetur in genere, sed ideo vocantur generales,q; speciales actiones semper concludunt ex vna causa,⁊ vno modo cōtractus, vt actio ex vendito cōcludit, quia vendidit,depositi,quia deposuit,⁊ sic de alijs: non enim cōpetunt ex diuersis contractibus, sed condictiones generales cōcludunt ex quolibet contractu ẜm suā naturā. Unde ex quocunq; contractu debeat certū,concludam,certū debes,certū peto:siue debeatur ex mutuo siue ex vendito,siue ex alia personali obligatione.Unde
22 dicuntur † generales,non quia sint genera actionū:sed q; in pluribus casibus competunt ꝙ speciales.Sic ergo cōpetit triticaria vbi competit certi cōdictio generalis, nisi in vno casu,quando petitur numerata pecunia: sed triticaria excedit certi condictionē in pluribus casibus, q; vbicunq; debetur incertū,habet locū triticaria ⁊ non certi cōdictio, qͦ est in pluribus casibus, ⁊ sic triticaria est generalior.Item triticaria excedit certi condictionē, quia vbicunq; certi condictio habet locum,⁊ triticaria: sed vltra incerti non cōpetit ad certum,sed triticaria sic. Item quarta est conditio generalis,imo generalissima: vt.ff.de cond.sine cau.l.j.in glos.j. ⁊ vocat̃ condictio sine causa,ex eo ꝙ quis factus est locupletior: vt.ff.si cer.pe.l. si ⁊ me.Unde si reperit̃ mea res ad te peruenisse sine causa, bonum ⁊ equū est vt eam mihi restituas, habet locū condictio sine causa:vt.ff.si cer.pet.l.si ⁊ me.ẜm Ja.Ra. Unde vbicunq; reperitur ista equitas,non est equum te locupletari cū aliena iactura ⁊c.Et ista non compatitur actio. per. l. eque habet nomen vt ex vendito, cōmodato ⁊ ceteras:sed ista cōcurrit cum specialibus condictionibus, vt ob causam, ob turpem causam, ⁊ condictio.⁊ cum generalibus.⁊ not.ff.e.l.j.in gl.Sed ita non semper
23 concurrit cum cōdictione indebiti,quia† cōdictio indebiti nō competit ad incertū: vt si credebā me teneri tibi, acceptā fero obligationem quā habeo contra te, ⁊ non tenebar cui accepto tali cōperio ꝙ non tenebar, volo vt te reponas in pristinā obligationem, cum distinctione, vtrum debitum esset liquidū, ⁊ possum petere directum aut non, ⁊ tunc necesse habeo agere vt reponas te in pristinam obligationem:vt.ff.de cond.ob cau.l.si quis accepto tulerit.⁊ sic condicam libertatē, hoc nō possum per condictionem indebiti,quia illa competit ad certū ⁊ ad dandum.ff.de condic.indeb.l.indebiti.§.sed si nummi. ⁊ istud qͦ peto factum est factū,vt se reponat in pristinam obligationem cōdictio non competit: ⁊ ideo quia equū est vt ille non fiat ditior ex re mea sine causa. Propter istam solam causam dicunt doctores ꝙ introducta fuit condictio sine causa, hoc est,ad condicendam liberationem:vt.ff.de cond.sine cau.l.j.⁊ ibi no.⁊ lex ista fuit causa inducendi condictionem sine causa, tamen illa generaliter data est in omnibus casibus in quibus aliquis de meo lucraretur sine causa,⁊ sine delicto meo, vt esset equum illud mihi restitui:vt.ff.si cer.pe.l.si ⁊ me ⁊ Titiū.
24 ⁊ de condic.sine causa.l.j.⁊.ij.Item † ⁊ est quinta condictio generalis que dicitur ex lege, ⁊ competit vbicunq; per legem nouam inducitur nec nominat eam,vel si nominat eam vocat eam dari: nam datur condictio ex lege.ff.de cond.ex lege.l.vna. ⁊ requiritur ꝙ non sit causa sufficiens ex qua regulariter posset nasci actio. Quandoq; enim accidit casus vbi lex dicit actionē dari, ⁊ tamen nos nesciremus sibi dare nomen certum, quoniam non datur ex modo regulari agendi,vt ex vendito,locato,⁊ similes: ⁊ ideo quia nos nominamus actiones ex regulari modo agēdi,vt quia regulariter agitur ex vendito, in causa emptionis, ex empto, sed in condictione que inducitur per legem, in eo casu regulari nō agitur, ⁊ ideo nō possumus nominare eā,⁊ ꝓpter hoc noīamus ab eo a quo inducitur.s.ex lege,vnde dicimus condictionem ex lege. Sed quare non dicit̃ rei vend.ex lege in casu in quo induciẗ dominiū per.l.vt.C.de sac.san.ecc.l.vlt. Dico rei vend.imperator concludit per eundem modū, nec diuersificat̃ propter diuersas causas acquirendi dominiū,quia semper petit,quia dominus:vt.ff.de rei ven. l.in rei actione. sed actiones personales diuersificantur ẜm diuersas causas debendi,que sunt plures debendi,⁊ ideo in realibus est semper vnū nomen, sed in personalibus,diuersa.Dicūtur ergo generales,quia generali mo
25 do concludūt:vt certi † condictio,quia certū debes mihi dare,certū peto.Item incerti:quia incertū debes, incertū peto.Item in triticaria concludet generalius:non dicit,certū debes, vel incertū, sed quia tu debes mihi hoc, istud peto.Nisi sit pecunia numerata,condictio sine causa:q; res mea ad te peruenit sine causa, ⁊ bonū ⁊ equum est vt eam restituas, vnde peto ⁊c. peto vt restituas. Itē cōdictio ex lege,quia lex dicit te teneri mihi in hoc,istud peto: non enim se referunt ad solū contractū, vt mutui, vel cōmodati,vel depositi,⁊ similes,sed ex omnibus contractibus semper per eundē modū agendi concludunt, ⁊ hec de generalibus. Item sunt speciales,condictio indebiti. Item ob causam. Item ob turpem causam. Itē condictio furtiua. Item cōdictio indebiti cōpetit ad indebitū solutū repetendū: ⁊ intelligunt doctores si sit certum vel non,cōpetit ad factū.ff.de cond.sine cau.l.j.not. Item est condictio ob causam, ⁊ ista est dubia, ⁊ multa exigunt̃ ad hoc ꝙ cōpetat. Et sciendū est qͦ qñq; datur ob causam preteritam ⁊ futurā causam, dicitur dari ob
26 rem. Ad † hoc enim ꝙ cōpetat cōdictio ob causam,op;. ꝙ causa non sit preterita, quia tunc habet locū cōdictio sine causa ⁊ indebiti, ⁊ non ob causam futurā qͦ peniteat dantem, vel ꝙ causa propter quā dabatur nō sit secuta, quia perfecta causa propter quā datur non est locus repetitioni: vt.ff.de condi.ob cau.l.si pecuniā.Unde requiritur ꝙ causa nō sit secuta, quia ista actio oritur ex tacita conuētione intellecta inter partes.s.quia cum dat̃ aliquid ob causam futurā,tacite videntur agere contra dentes,ꝙ si causa non sit secuta,vel peniteat dantem,ꝙ repetatur ẜm distinctionem, quia non semper potest penitere ẜm dominū meum: ꝓ hoc videtur gl. ff.de iur.dotium.l.si ego.§.j.que gl.est super verbo, fauore ⁊c. Unde si contractus celebratus est gratia vtriusq;, non potest penitere vnus sine alio:arg.C.de actio.⁊ obliga.l. sicut. Sed vbi gratia vnius tantum celebratur contractus innominatus,ille gratia cuius celebratur potest penitere:

ficut intelligit dominus meus.ff.de condi. ob cau.l.si pe
cuniam.in prin.⁊ ibi tenet glos.contrarium ⁊.ff.de pact.
27 l.si cum fundum. Unde non est verũ indistincte † quod
doctores dicunt, in contractibus innominatis re inte-
gra locum esse penitentie: quia illud verum est quando
contractus celebratur gratia vnius, ⁊ ille vult penitere
gratia cuius celebratur contractus. Et adhuc intelligo
esse verum ꝙ repetat datum non liberatione, sed libera
tionem non potest petere, sed agat prescriptis verbis ad
illud quod conuenit, nam liberationem non cõdicit: vt
C.de transac.l.quãuis. requiritur ergo ꝙ causa nõ sit se-
cuta. Item ꝙ poterit sequi de iure, nam nisi posset, non
habet locum cõdictio ob causam sed sine causa: vt.ff. de
condic.sine causa.l.auunculo nuptura. vel ꝙ penituerit
ẜm distinctionem supradictam. Item ꝙ potuerit causa
impleri propter quam datum fuerit, ⁊ de iure: quia non
erit turpis vel impossibilis. Item requiritur ꝙ causa ꝓ-
pter quam datur sit finalis, quia al's non dedisset nisi ꝓ
ter talem causam, quia si non esset finalis sed motiua, nõ
28 posset repetere: † vt si volebã dare Titio vt caneret, cali
gas, dedi sibi vt emeret caligas, non emit caligas sed fe
cit commodum suum alio modo, nũquid repetam quo-
modo si data re non secuta. Et certe si al's ego non essẽ
daturus nisi emisset caligas, repetã, quia causa finalis
facit locum repetitioni: vt.ff.de donat.l.ij.§.vlt.⁊.l.seq. ⁊
ibi not.glo.arg.l.ff.de condi.inde.l.Titio.§.j.vbi dicitur
ꝙ heres non potest agere contra legatarium sub modo
vt ipse impleat modum, si nihil sua interest. Unde si cer-
tũ est ꝙ al's non esset daturus, dic in dubio presumo cau
sam finalem vbi modus apponitur, ita ꝙ intersit dãtis:
vnde ratione eius ꝙ sua intererat videtur modus addi
tus, vt.ff.de dona.l.ij.§.vlt.⁊.l.seq.⁊ sic not.glos. ibi vbi a
ctio. non refertur modus ad eum qui dat, vel ad talem
ex quo certum est non interesse dantis ipsam impleri, vi
detur esse causa motiua, ⁊ non finalis. arg.ff.de condi.⁊
29 demon.l.Titio.e.§.i.⁊.ff.de leg.iij.l.si ita legatum. † Itẽ
requiritur ꝙ causa propter quam datur ab vtraqꝫ par-
te intelligatur, non ab vna sola. Item ꝙ animo obligan
di: si enim ille cui datur, intelligeret animo obligãdi ap-
positam, ⁊ alius non intelligit, non valet causa, debet e-
nim apponi animo obligandi. Item ꝙ vterqꝫ intelligat
causam propter quam datur, nam ex hoc ꝙ causa ap-
ponitur animo obligandi recipientem, ⁊ vterqꝫ intelli-
git causam, videnẗ conuenire si impleat causam ꝙ red-
det qđ accipit: vt.ff.de cond.ob cau.l.si repetẽdi. ⁊ ex ista
conuentione tacita oritur condictio ob causam. Itẽ re-
quiritur ꝙ causa sit in faciẽdo vel dando: nam ita est ꝙ
cum quid datur ob causam, si incepta est causa impleri,
ꝙ non potest peti quasi re integra non existente. Unde si
do tibi pecuniam ne voces me in ius, illud nõ potest ple-
ne impleri, cum eo ipso ꝙ tu non vocas me, ⁊ tu posses,
videtur incepta causa propter quam data fuit, ⁊ sic non
poterit vocari: vt.ff.de cond.ob cau.l.iij.§.j. Unde requi-
ritur ꝙ sit in dando vel faciendo: vnde istis interuenien
tibus poterit agi si causa poterit impleri de iure ⁊ de fa-
cto, si causa non sit turpis vel impossibilis, ⁊ si constat in
dando vel in faciendo. Item si datum non consistat in
liberando. Item si causa ab vtroqꝫ animo obligandi in
telligitur apposita. Item si causa propter quam datum
est, non sit impleta. Item adhuc si peniteat dantem ẜm
dominum meum: verbi gratia, fuit traditum, fuit datũ.
¶ Sed in quibus casibus cõpetit cõdictio ob causam.
30 Dicũt † doctores in duobus: in do vt des, ⁊ in do vt fa-
cias. Et est ratio, nam facio vt des, nõ repetam factum
meum, quia istud est impossibile, cum facte cause pro nõ
factis nõ possint haberi: vt.ff.de cap.⁊ postli.rer.l.in bel-
lo. Dico ꝙ imo habet locum ⁊ in do vt des, ⁊ in facio
vt facias. Non obst. ꝙ factum potest repeti, sicut in con-
dictione indebiti, quia illud quod nõ potest restitui, eius
estimatio restituitur, scilicet factum, quod potest esti-
mari: vt.ff.de condi.inde.l.si non sortem.§.libertus.ff.de
prescrip.l.si operas. ¶ Est ⁊ alia ob turpem causam cõ-
dictio specialis, ⁊ habet aliam naturam: quia condictio
ob causam habet locum causa propter quã datum est,
non secuta. Ista autem competit actio etiam causa secu
ta, ⁊ repetitur ab eo qui dedit, quando non est turpitu-
do dantis: sed quando est turpitudo vtriusqꝫ, melior est
causa possidentis, vnde donans non repetit, sed ex quo
ipse qui recepit est in turpitudine, fiscus qui succedit in
maleficijs repetet.arg.ff.de inoffic.testa.l.papinianus.§.
veterani.⁊.§.meminisse.⁊ de iur.fis.l.lucius. Si autẽ reci-
pientis nulla est turpitudo, remanet recipientis: sic intel
ligitur.ff.de cond.ob tur.cau.l.j.ij.⁊.iij. Item est differen
tia, quia vbi quis promittit ob causam vel liberationẽ,
potest condicere obligationem vel liberationem: vt.ff.de
cond.cau.da.l.si quis accepto tulerit. ẜm distinctionem,
vtrum liquide vel non, sed per cõdictionem ob turpem
causam, si promitto, mihi cõpetit exceptio, ⁊ sic non con
dictionem. Item vbi libero contra exceptionem datur
mihi replicatio.ff.de cond.ob tur.cau.l.si ob turpem, sed
credo si tollitur in totum, vel exceptio amittitur condi-
31 ctione ob turpem causam. ¶ † Item est condictio furti-
ua ⁊ est specialis multum: competit enim domino, vt.ff.
de cond.furt.l.j. si non est dominus, sed habet ius in re,
quia sibi pignorata vel fructuarius est, datur sibi incer-
ti condictio ad restitutionem iuris sui. ff.de cond.fur.l.⁊
ideo.§.fin.j.respon. Si autem nullum ius habet, sed tan
tum possessionem, tunc datur sibi triticaria: vt. ff.de tri-
ticaria.l.ij.⁊ condictio ex lege.C.de agri.⁊ cen.l.si coloni.
Si autem nec ius habent in re nec possessionem, sed so-
lam detentationem, tunc dicunt quandoqꝫ sibi subue-
nitur officio iudicis, quandoqꝫ dicunt ꝙ datur actio
in factum, quandoqꝫ ꝙ datur vtilis ex lege. C.de agric.
⁊ censi.l.si coloni.⁊ hoc dicit glos.ff.de condictio.furt.l.⁊
ideo. Credo ꝙ nullum habet auxilium ad rem vel posses
sionem: nam lex, si coloni. subuenit possessori, sed ille non
possidet vt commodatarius vel depositarius, vt.ff.com
mod.l.rei commodate.deposi.l.licet.§.rei deposite. Un-
32 de isti † tantũ detinent ⁊ sunt in possessione, sed non pos-
sident: ⁊ aliud est possidere, ⁊ aliud in possessione esse, vt
ff.de acquir.posses.l.si quis vi.§.j.⁊ sic non subuenit. Sed
credo si dominus conueniat eos tenenẗ cedere condict.
furti.contra furem, vt. C.de furt.l.vlti. Competit igitur
condictio furtiua domino, quasi tunc rei furtiue fuerit
dominus, licet nunc non sit dominus, dũtamen sine fa-
cto suo vel eius cum quo reputetur, idem dominiũ ami-
serit: vt.ff.de condictio.furti.l.siue manifestus.§.vlti.⁊.l.
libellus. Raufr.format sic: Dico contra Titium, ꝙ ipse
surripuit mihi talem rem cuius eram dominus tẽpore
quo surripuit eam, ⁊ adhuc sum, vnde peto vt mihi resti
tuat rem illam. Doctores reprehendunt libellum Rau.
dicit enim surripuisse rem cuius eram dominus, non di
cit per furtum, ⁊ sic non valet: non enim sequitur, surri-
puisti, ergo tu teneris furti. Pone enim ꝙ tu ancillã me-
retricem non animo furandi sed ob meretricandũ surri-
pis, tu non teneris furti, nam animus exigitur furandi:
vt.ff.de furt.l.verum. Item cuius eram dominus, ⁊ nũc
sum, dicit Rau. sed non requiritur ꝙ nunc sit dominus
cũ agit, sed sufficit ꝙ fuerit dominus tẽpore quo furtũ
fuerit factũ, si sine facto suo dominus desinat esse: vt.ff.
de cõd.fur.l.siue manifestus.§.tandiu. Unde dominus
33 meus format sic: Dico † cõtra te ꝙ tu surripuisti mihi
talem rem meam ⁊ per furtum, cuius adhuc sum dñs, ⁊
si non sum, dominium sine facto meo a me recessit, vnde
peto vt eã mihi restituas: ⁊ sic formatio libelli ẜm Rau.
supponit ꝙ presens obligatio allegetur in libello. Nam
dicit, cuius eram dominus, ⁊ nunc sum: de hoc vidistis
s.eo.§.j.non curo nunc.

Summarium.

1 ☞ Actio mista dicitur, que tam ad rem ꝙ̃ ad penam
conceditur.
2 Diuisio queuis species cunctas sub diuiso contentas
complecti debet.
3 Actiones in rem oẽs rei persecutorie reputande sunt.
4 Fideiussores in cautione iudicio sisti quales requiranẗ.
5 Iuramentum in litem quid operetur.
6 Actiones ex cõtractu non semper rei sunt persecutorie.

7 Pena tribus modis dici potest.
8 Actio depositi quatuor casibus mista dicitur.
9 Actio in duplum competit contra depositarium non reddentem depositum.
10 Depositum qua debeat fieri causa, vt deponenti actio queratur.
11 Actio commodati est ciuilis, bone fidei & directa.
12 Libellus in actione cōmodati qualiter debet formari. Commodatarius quando de culpa teneatur aut de dolo circa rem commodatam commisso.
13 Commodatarius cuius fauore commodatum est, de leuissima culpa tenetur.
14 Interdictum vnde vi principaliter ad immobilia conceditur.
15 Deterioratio rei commodate quibus verbis peti debeat: & nume. 17.
16 Petere possumus quandoque quod habemus. Commodatarius ideo de omni culpa tenetur, quod vt plurimum eius gratia fiat commodatum.
18 Culpa qua quis tenetur, quando in libello sit specifice exprimenda.
19 Lucrum quod quis facit ex re commodata petitur cōmodati actione.
20 Fur ideo de rei tenetur interitu, cum semper sit in mora. Questus seu lucrum quando ad eum spectet, ad quem & periculum.
21 Libellus qualiter formetur contra cōmodatariū vtentem commodato ad alium vsum. Fructus & partus etiam veniunt in actione cōmodati.
22 Commodatarius actione contraria recuperat expēsas in re commodata factas.
23 Expense facte in re commodata que repeti possint, et qua actione.
24 Commodans vas quod scit vitiosum, tenetur commodatario ad damnum quod inde prouenerit.
25 Depositum communiter deponentis gratia fieri solet, & ob hoc non tenetur depositarius de culpa leuissima.
26 Depositum quibus verbis repeti possit.
27 Deterioratio rei deposite petitur actione depositi.
28 Deponens quibus verbis reposcat lucrum quod fecit depositarius ex re deposita. Depositum fieri potest de re aliena.
29 Depositarius ideo depositi contraria actione petit expensas quas fecit in re deposita, quia in eadem nullum vsum habere potest.
30 Actio depositi contraria depositario datur ad damnū acceptum ex vitio rei deposite.
31 Obligationes due ex deposito oriuntur.
32 Obligatio in contractibus innominatis non statim cōtrahitur, sed cum res secuta est.
33 Gestor negotiorum in dubio presumitur omnia absentis gerere negotia. Redditio administrationis quibus petatur verbis.
34 Procurator de omni culpa tenetur domino.
35 Procurator qui se obtulit ad gerēda negotia aliena, tenebitur de omni culpa.
36 Medicus & aduocatus suas locando operas videntur asserere se peritos esse: ideoque de imperitia obligantur. Conditio eius cum quo contrahitur, & attendi & cognosci debet ab eo qui contrahit.
37 Gestor negotiorum qualiter expēsas in gestione factas repetere debeat. Fideiussor contraria mandati agere potest ad repetendum quod pro debitore soluit.
38 Fideiussor mandati contraria quatuor casibus ante solutionem agere potest aduersus debitorem.
39 Fideiussor qualiter a debitore repetat quod pro eo soluit.
40 Fideiussor condēnatus pro debitore tenetur appellare.
41 Fideiussor quibus verbis liberationem a debitore petere possit.
42 Agere an possit is cuius aliquid fieri interfuit, & nunc non interest.
43 Interesse quod desit an & quando a procuratore vel mandatario exigi possit: & nu. sequen.
46 Maritus expensas necessarias non faciens in re dotali vxori ad interesse tenetur.

Sequens illa diuisio.

¶ Gl. sic continuat: Visum est superius de duabus diuisionibus actionum. s. eo. §. j. quia alie sunt in rem, alie in personam, alie sunt pretorie, alie sunt ciuiles. Sequitur tertia diuisio, scilicet quod quedam sunt actiones rei persequēde causa; quedam pene tantū causa, quedam sunt miste. Hec est diuisio. Secundo exemplificat quodlibet membrum sue diuisionis, vnde dicit quod actiones in rem sunt rei persequende causa omnes: personales vero si sint ex contractu, fere omnes sunt rei persecutorie, veluti si actor petat mutuam pecuniam, vel in stipulatum deductam. Item actio commodati, depositi, mandati, pro socio, locatio, & conductio, ex vendito, ex empto. Item omnes sunt rei persequende causa. Sequitur exceptio ab eo quod dixit actionem depositi esse rei persecutoriā: plane in quatuor casibus pretor induxit causam mixtam, quia cōtinet rei persecutionem & penam, vt cum deponitur gratia incēdij, gratia tumultus, gratia ruine, & quartus gratia naufragij. In istis quatuor casibus pretor dat actionē depositi in duplum, scilicet in rei depositum, & in simplū erit pena: dummodo agatur pro dolo eius qui depositū
1 recepit, vel pro dolo heredis. Et † ista actio dicitur mista, quia competit tam ad rem quam ad penam: hoc dicit vsque ad. §. de maleficijs. Hic dicitur fere circa personales ex cōtractu sunt rei persecutorie, quasi dicat fere, dico propter quatuor casus in versi. plane. vbi sunt miste, scilicet naufragij, ruine, tumultus, & incēdij: vnde hic ponitur tertia diuisio actionum. Quarta ponitur. j. eod. §. sunt preterea & alie plures. sed non continentur in isto titulo, sed in alijs: & de hoc habebis magnam glos. Not. quod quedam sunt rei persecutorie tantum, quedam personales tantum, quedam quia sunt & partim rei persecutorie, & partim penales. Aliter dicuntur miste, quia competunt in rem & in personam: de istis non tractatur hic, sed tra
2 ctatur. j. eo. §. quedam actiones. ¶ † Opponitur contra diuisionem, quoniam ita debet esse completa, quod omnes species actionum comprehēdat, alias esset insufficiens quod esset absurdum, vnde oppono. Reperio actionem, que non obtinet rei persecutionem, & tamen est in rem, quia interdicta sunt in rem scripta, & tamen nō enumeratur hic, & sic diuisio est insufficiens, cum ista actio non contineatur sub nihilo diuisionis: & quod ita sic probo. Interdicta est actio, sed si opus fiat in loco publico vel sacro cōpetunt interdicta vt opus nō fiat in loco publico nec in vijs publicis, & vt factum tollatur. Item in loco religioso, vt in ecclesijs, in cemiterijs. Item in loco sancto, vt in muris & portis ciuitatis, vt. ff. ne quid in loc. pub. fi. in rubro & nigro. & ne quid in loco sacro vel religioso. & tamē ista actio non cōpetit ad rei sue persecutionem: quia cōpetit ad hoc vt opus factū in publico, sacro, vel religioso tollatur, & sic videtur ista diuisio insufficiens dicit gl. Sol. imo dico quod sunt rei persecutorie, quia persequūtur rempublicam, sacram, vel religiosam. Sed contra, hic loquitur de rei persecutione agentis, non alterius. Sol. dicit glos. quantum ad rem sacram vel religiosam, quia ex quo fit contra religionem, & contra deum fit: & quicquid in religionem diuinam committitur, in omniū infertur iniuriam: vt. C. de hereti. & manich. l. manicheos. & sic persequitur rem suam. Item quantum ad rempublicam, dico quod cum illud pertinet ad rempublicam, scilicet muri, & porte ciuitatis, & agens sit de populo, per cōsequens pertinet ad ipsum: hic dicit quod actiones in factū sunt persecutorie mere. Dicit gl. quod decem sunt pretorie, & certe in illis sunt due que sunt miste, scilicet bonorum possessoria hereditatis petitio, & fideicommissaria hereditatis petitio, vt vidistis. s. eo. §. preiudiciales. ¶ Dico
3 ergo † quod actiones in rem sunt omnes rei persecutorie: cōtra, quia iuratur in eis in litem si reus per dolum nō restituat, vt. ff. de rei vend. l. qui restituere. & de in lit. iur. l. in actionibus. & quandoque plus iurat actor quam sua interfit, & sic est vltra interesse, & sic penalis. Sol. dicit gl. non est penalis inspecta natura sua, quoniam actio in rem non

cõpetit ad hoc ꝙ iuretur, sed defertur ex iudicis officio,
⁊ sic non iudicatur penalis, cum ista pena non veniat iu
re actionis sed officio iudicis: vt. j. eo. §. preterea. Alij di-
cunt ꝙ non dicitur penalis actio, que ex sua origine nõ
est penalis: vnde licet iste actiones in rem crescãt per iu-
ramentum in litem, non propterea dicuntur penales, in
specta potius origine sm quam non sunt penales, ꝙ in-
specto ꝙ per contumaciam non restituentis iuratur in
litem, ⁊ forte plusꝙ interfit, nam istud est casuale ꝙ acci
dit vt iuretur, ⁊ sic non inspicitur, vt. ff. qui ⁊ a quib. ma-
4 nu. lib. nõ fiant. l. Julianus. † Itẽ fideiussores debent da
ri idonei in cautione iudicio sisti pro qualitate rei petite:
vt. ff. in ius voc. vt eant aut satisd. l. j. ⁊ qui satisd. cogã. l. si
vero pro non condemnato. §. qui pro rei qualitate. Sed
pone, fideiussor datur in tali casu in quo poterit deferri
iuramentum in litem propter contumaciam rei: nunqd
ergo debent dari fideiussores qui sufficiãt ad illud quod
iurabitur in litem? Lex dicit ꝙ nõ ideo, sed solum tales
qui sufficiant pro re petita: nec maior dicitur causa pro-
pter hoc ꝙ deferri põt iuramentũ in litẽ. ff. de in lit. iurã.
l. j. vnde inspicitur origo actiõis, ⁊ sm suam originem nõ
sunt penales. Sed glos. reprobat ⁊ dicit, ideo iudicatur
actio penalis ex eo quod accidit: actio depositi ex sua na
tura non est penalis, ⁊ tamẽ in quatuor casibus propter
dolum depositarij vel eius heredis efficitur penalis, vt
j. eo. §. ibi: plane in illis quatuor casibus. ⁊. j. eod. §. actio-
nes ille. Et ego dico ꝙ propter iuramentum in litem nõ
5 aliquis iuret plusꝙ sibi debeatur, † sed inducit vt ꝓpter
iuramentum releuetur ille cui defertur ab onere probã-
di: vt. ff. de in lit. iur. l. videamus. §. j. quia al's haberet ne
cesse probare interesse per testes vel instrumenta, quod
esset difficile, arg. ff. de pret. stipul. l. vlti. Si ergo actor iu-
ret plus ꝙ debeat ei vel sua interfit, deierat, ⁊ facit hoc
de facto non de iure, vnde non inspicitur: quia si inspice
retur ꝙ penalis potest esse de facto, iam diceremus idez
in iuramento in litem ⁊ in testibus. Potest enim esse ꝙ
testes sunt subornati, ⁊ plus iurabunt ꝙ debeant erit pe
nalis: vnde dic ꝙ hoc inspicitur vbi penalis potest esse a-
ctio ⁊ de iure, quia ius imponit penam: vt. ff. ad munici.
l. ordine. ⁊ de ver. signi. l. si qua pena. Sed in realibus ius
non imponit penã, vt plus debitor possit iurare, ⁊ si plus
iurat, iurat de facto iure non permittente, quia ius per-
mittit iurare in lite, vt nõ in plus petatur, sed vt facilius
probet actor qui probat per iuramẽtum interesse, ⁊ al's
probaret per testes qd est difficile: vt. ff. de pretor. stip. l. vl.
Unde dico ꝙ ad hoc ꝙ iudicet penalis, requirit ꝙ pena
sit promissa de iure, non ꝙ sit penalis de facto tm̃: vt. s. e.
§. item aduersus eum. ⁊ sic per iuramentum in litem nõ
est penalis. Sequitur: ¶ Fere. dicunt quidam, fere dici-
6 tur: † quia non omnis actio ex contractu rem persequi-
tur. Primo actio ex stipulatu penam promissam perse-
quitur, licet non intersit sua fieri illud propter qd pena
promittitur: vt. s. de inuti. stipu. §. alteri. non placet dicit
glos. nec aliud dicit, ⁊ certe verum dicit, nam licet pena
sit deducta in stipulatione actor petet suũ interesse. Ue-
rum est ꝙ propter illud qd pena fuit apposita, non inten
dat actoris fieri, sed bene sua interest pena: nec dicit pe-
na, sicut pena dicitur respectu illius cui apponit pena.
Uerbi gratia: Promittis mihi Titio decem, si non de-
deris intra talem diem, dabis decẽ mihi ⁊ respectu eius
cui fit datio dicitur pena: quia sicut aliquis punitur in
casu prohibito per iura, ita ille punitur per suam conuẽ-
tionem, qui soluit quod promisit, si non solueret, sed ta-
men non est pena ex quo prouenit hoc ex conuentione
partium, ⁊ non a lege. Unde alij dicunt ꝙ dicit propter
redhibitoriam que datur contra eum qui pretium reci-
pit, ⁊ accessiones rei, ⁊ non restituit, quia competit con-
tra eum in duplum: vt. ff. de edili. edicto. l. redhibitoria.
Sed illa est dubia, ⁊ ideo glossa dicit ⁊ bene, ꝙ dicit fe-
re, propter quatuor casus depositi. ¶ Plane. vbi datur
in duplum propter dolum depositarij vel heredis. Sed
contra, quia in alijs ꝙ in istis quatuor casibus dantur
iste actiones depositi, commodati, et actio ex empto,
vendito, locato, ⁊ conducto actiones: ⁊ tantum compe-
tunt ad interesse ⁊ extra rem, quia dicit lex ꝙ quandoqꝫ

interesse excedit verum pretium, ⁊ sic datur extra rem
actio, vt. ff. de actione empti. l. j. j. responso. ⁊ sic in hoc ꝙ
excedit rem est penalis, nam illud tibi non adest, vnde
tibi penalis est, ⁊ lex vocat penam. ff. de eo per quem fac.
est. ⁊. l. j. §. si plures. ⁊. l. fina. ⁊. s. eo. §. penales. Dicit glos.
7 tripliciter † potest dici pena, aut ex parte vtriusqꝫ tam
soluentis, quia nihil sibi adest, ⁊ ista dicitur mera pena.
Item est pena ex parte soluentis, quia nihil sibi adest:
pone ꝙ mihi das damnum, nihil habet lucri damnum,
potior restituitur in interesse pro damno, illud est pena
quantum ad eum, quia nihil sibi adest propter hoc, sed
non est pena ex parte mea, quia persequor interesse meũ:
⁊ ista actio que pro hoc competit potest dici rei persecu-
toria propter actionem qua persequitur quod sibi abest.
Item tertio modo dicũtur penales ex parte actoris qui
petit quod sibi adest: vt si tu accipias pecuniam vt me
accuses per calumniam, repetam a te, ⁊ cum nihil mihi
abest, sed tibi adest, ⁊ sic inspecta mea persona, est mera
pena, qr ⁊ nihil mihi abest: inspecto reo non est penalis,
sed rei persecutoria, quia sibi abest illud quod repetitur,
⁊ iste est casus mirabilis, nec reperio nisi istum, iste poni-
tur. ff. de calum. l. generaliter. §. illud erit notandum. Di
co ergo ꝙ hic dicitur ꝙ iste actiones sunt rei persecuto-
rie: dico verum est ex parte agentis, licet penalis fuit ex
parte rei, vnde in istis actionibus q̃ sint penales ex par-
te rei, non est natura data istis actionibus sed incidenti,
⁊ sic magis dicuntur rei persecutorie inspecto iure acto-
ris, quia ex parte eius ius metimur, vt. ff. si pars here. pe.
l. j. j. responso. ⁊ sm hoc dicitur mista ex parte rei. ¶ Ea-
rum vero actionum. hic tangit de actione ex mutuo, sti-
pulatu, depositi, ⁊ cõmodati, ⁊ de alijs: de quibusdam
dicam modo, de alijs dicam. j. eod. §. actionum quedam
8 bone fidei, quedã sunt stricti iuris. ¶ Queram † hic de
actione depositi scilicet quatuor casibus hic positis. Di-
citur hic ꝙ actio depositi vbi ponitur gratia tumultus
incendij, ruine, naufragij est mista, vbi redarguitur do-
lus depositarij vel heredis, quia pro dolo commisso ab
herede datur in duplum contra depositarium, sed pro
dolo commisso a depositario non datur in duplum con
tra heredem, sed tantum in simplum: vt. ff. depositi. l. j. §.
j. ⁊. §. in heredem. vnde propter dolum datur in duplum
in istis quatuor casibus. Intelligit quidam hoc esse ve-
rũ si dolus sit in faciendo: vt quia corrupit rem penes se,
secus si non in faciendo, quia datur in simplũ tantum.
Dominus meus dicit ꝙ tenetur siue in faciendo siue nõ
in faciẽdo: quia negat depositum. Et ita posuit casum,
nam iste. §. dicit ꝙ pro dolo tenetur in duplum, non di-
stinguit pro quo dolo: vnde ego dico pro dolo siue in fa-
ciendo siue in non faciendo. argu. ff. de publ'. l. de pretio.
Item probat quia lex dicit, vbi aliquis deponit ex vo-
luntate ⁊ non necessitate: si non reddat depositarius de
positum tenetur in simplum tantũ, ⁊ debet sufficere de-
ponẽti qui elegit fidẽ depositarij. Sequitur: ¶ Statim
cum non exigente necessitate deponit, crescit perfidie cri
men. Et ratio est dicti, quia in istis casibus depositi ago
in duplum propter dolum, in alio non: ⁊ sic loquitur de
dolo commisso in non faciendo, scilicet quia non red-
dit rem depositam, ⁊ tamen dicit dari in duplum, vt. ff.
9 depositi. l. j. §. merito. Item † contra depositarium ex
dolo suo datur in duplum ⁊ ad vnum simplum, quod
continet rei prosecutionem datur in perpetuũ: vt. ff. de-
positi. l. qd tumultus. Item ad hoc ꝙ ista actio compe-
tit in duplũ propter dolũ depositarij vel heredis, requi-
ritur ꝙ deponens habuerit iustam causam deponendi
propter istos quatuor casus, quia non habuit delibera-
tionem penes quem dimiteret: nam erat eminens peri-
culum ꝙ oportebat ꝙ deponeret rem, quia iam erat
ortum incendium prope domum suam, vel domus rui-
nam ita minabatur ꝙ timuit, nam si ante potuit deli-
berare apud quem deponeret, ⁊ elegit eum, non habet
in duplum sed in simplum, quia non habuit necessita-
tem deponendi penes eum, nec crescit perfidie crimen,
vt. ff. depositi. l. j. §. merito. ad finẽ. Et tu dices, ita est in
ipso actu tumultus ⁊ incendij ⁊ aliorum casuum nõ ha
bet necesse deponere penes istũ: quia potuit penes aliũ

qui forte erat iuxta se ⁊ idoneus. Dico imo ex necessitate videtur deponere penes eum quem elegit: quia iustus metus periculi sibi aufert sententiam eligẽdi, ⁊ tempus non patiatur plenius deliberandi consilium. ff. de exercito. l. j. in prin. Requiritur igit̃ iusta causa deponendi:
10 vt. ff. de re iudica. l. si quis ab alio. † Item requiritur ꝙ propter vnum istorum quatuor casuum fiat depositum, ⁊ non datur depositi ex alia causa: nam si ex alia causa deponeret, non datur depositi pretoria ad duplum, sed ciuilis ad simplum. Unde si aliquis habet animũ deponendi, anteꝗ̃ deponat incendium oritur, ita ꝙ habet necesse deponere, dico ꝙ non datur in duplum, potuit enim sibi prouidere penes alium anteꝗ̃ deponeret: sed ille qui non habet animum deponendi, ⁊ ideo propter necessitatem deponendi, quoniam prouidere nõ potest, datur sibi actio depositi. ff. depositi. l. j. §. merito. Item glo. dicit, ⁊ datur in duplum si negetur depositum: vt. j. eo. §. furti. Dominus meus dicit, siue dolus sit in negando, siue non, datur actio in duplum. In istis ergo casibus dicitur mista propter penam: sed quare alie non dicuntur miste, quia quandoqꝫ venit in eis extra rem. Dico, nunꝗ̃ petitur contra rem respectu actoris: quia licet quandoqꝫ petatur supra id qđ adest reo, tamen semper abest actori. Preterea se refert ad accidentia frequentius: accidit ꝙ non petat̃ supra id quod adest reo, ⁊ ideo propter frequentiam iudicatur esse penalis, ⁊ non sic frequenter penalis, vt. ff. de lega. ⁊ senatuscon. l. nam ad ea.
11 ¶ Sequitur videre † de actione cõmodati, ⁊ est ciuilis actio: vt. ff. cõmo. l. in cõmodato. §. sicut. ver. geritur. Itẽ bone fidei, vt. j. eo. actionũ. sed videtur pretoria: vt. ff. cõmod. l. j. in princ. vbi dicit pretor, iudicium dabo, sed dic, id est datũ per ius ciuile approbo. Est actio directa, que competit commodati contra commodatarium, ⁊ contrarium cõmodatario contra cõmodantẽ: vt. ff. cõmo. l. in rebus. §. possunt. directa cõmodati cõpetit qñqꝫ vsufructuario ad quẽ cõmodata est, ⁊ cõmodata res, tunc
12 potest reddi, ⁊ sic format̃ libellus. ¶ Dico cõtra te, † ꝙ commodaui tibi equum talem, ⁊ designabitur vt ires Parisius, completus est vsus ad quem commodaui. Unde peto vt mihi restituas ideo dico: ꝙ vsus completus est, quia ante non possum repetere: vt. ff. cõmod. l. in cõmodato. §. sicut. Item ideo dixi equum talem meum: quia non teneor dicere meum, cum aliena res possit cõmodari, vt. ff. cõmo. l. cõmodare. ⁊ l. sequen. Item quandoqꝫ competit directa pro deterioratione contingente in re propter culpã, ⁊ tunc distingue de contractu, quomodo contractus fit, quia quandoqꝫ commodatarius tenetur de omni culpa quando res commodata est gratia recipientis tantum: quandoqꝫ de dolo ⁊ lata culpa quando cõmodatum fit gratia cõmodantis tantum, vt cõmodat vestem sponse sue vt veniat magis ornata ad eum, ⁊ tunc sponsa tenetur de dolo ⁊ lata culpa, que dolo comparatur. ff. depositi. l. quod Nerua. ff. cõmoda. l. si autem. §. sed interdum. Item quandoqꝫ tenetur de dolo ⁊ leui ⁊ lata culpa, sed non de leuissima, quia commodatum fit gratia vtriusqꝫ: vt probatur. ff. commo. l. si vt certo. §. nunc videndum. ⁊ §. interdum. versi. plane. ⁊ habet istud locum non solum in re cõmodata, sed etiã in accessionibus, vt. ff. cõmod. l. si vt certo. §. vsqueadeo.
13 Dico † ergo, si commodatarius ob cuius gratiam cõmodatum fit tantum, fecit deteriorem: etiam per leuissimam culpam ipse tenetur. Item si gratia cõmodantis tantum, si commodatarius fecerit deteriorem dolo vel lata culpa. Item si gratia vtriusqꝫ, ⁊ commodatarius commisit leuem culpam, vt. ff. commoda. l. si vt certo. §. nunc vidẽdum. ⁊ §. interdum. ⁊ §. si de me petisses. ⁊ ista deterioratio venit iure actionis, ⁊ hoc est certum: vt. ff. cõmo. l. iij. §. si reddita. sed distinctio est in modo petendi deteriorationem. Dicũt quidam ꝙ deterioratio potest peti quãdiu res cõmodata nõ est reddita, sed post non: quia deterioratio est accessorium rei cõmodate, ⁊ sublato principali tollitur ⁊ accessorium. ff. de regu. iur. l. cum principalis. ⁊ l. principale. sed per redditionem commodati tollitur obligatio, ⁊ si non potest compellere ad deteriorationem, vt. C. deposi. l. iij. Dico contra, nam hec deterioratio venit iure actionis, cũ omnia veniant que equum est venire, vt. s. de oblig. ex cõsen. §. vlti. non ergo tollitur licet tollatur principale, vt. ff. de eo qđ certo loc. l.
14 centum capue. Preterea video simile, † interdictum vnde vi competit principaliter ad immobilia. ff. de vi ⁊ vi armat. l. j. §. plane. pone, aliquis ductus est vi de domo, amisit plures res mobiles: pro mobilibus interdictum principaliter non daretur, sed propter expulsionem factam in re mobili veniunt secundo mobilia per interdictum vnde vi. Pone ergo ꝙ domus restituta est: nunquid poterit agi pro mobilibus? Lex dicit ꝙ sic, ⁊ tamẽ sublatum est principale propter quod dabatur interdictum. s. domus: vt. ff. de vi ⁊ vi arma. l. j. §. cum fundus. ⁊ est sententia glos. vnde petetur iure actionis. Sed dissensio est inter Joan. ⁊ glos. nam Joan. dicit ꝙ deterioratio solummodo petitur, non autem res ipsa que sibi tra
15 dita est. Unde formatur sic libellus: ¶ Dico † cõtra te, ꝙ ego commodaui tibi talem equum vt ires Parisios, vsus completus est, tu fecisti equum deteriorem in decẽ libris, ⁊ per tuam culpam, vnde peto te mihi cõdemnari nomine deteriorationis. Credo ꝙ Joan. dicit verum: ex quo enim deterioratio venit iure actionis, quare non potest separatim peti? Uidetur ꝙ sic, vt. ff. de eo certo loco. l. centum capue. Sed Jo. dicit contra, ⁊ dicit ꝙ deterioratio venit in petitione per se separatim, sed petetur res nomine deteriorationis, ⁊ sic estimata re deducetur illud quod res nunc valet: ⁊ illud quo minus valet propter deterioratonẽ iudex iubebit restitui, ⁊ ad hoc condemnabit postmodum, ⁊ dicam sic: ¶ Dico contra Titium ꝙ ego commodaui sibi equum meum vt iret Parisi. equum fecit per culpam suam deteriorem, sc3 decem lib. Parisi. equum sic deterioratum mihi reddidit, vnde peto vt equum illum mihi restituat: ratione deteriorationis iudex condemnabit in deterioratione, ⁊ sic rem habeo, ⁊ rem peto, quia non habeo sicut debeo, ⁊ sic ha
16 bere non videor. † Item al's rem habeo, ⁊ rem peto, ⁊ debetur mihi ex vno testamento, quia mihi legata fuit res nõ testatoris, ⁊ emo rem, mihi abest pretium pro re, ⁊ sic non videor habere rem: vt. ff. de verbo. signifi. l. Labeo ⁊ Sabinus existimant. vnde possum petere rem legatam. s. de lega. §. si res legata. Item res mihi soluta est, ita ꝙ potest mihi auferri: possum petere vt mihi soluat. ff. de solutio. l. si rem. ⁊ l. si res. primo respon. Item si mihi deficiat aliquod ius ad rem, vt cautio de euictiõe: vt. ff. de solutio. l. etiam. ⁊ ff. de verbo. obliga. l. Julianus. §. ij. Item quasi res facta est deterior per dolum, in contractu stricti iuris petitur actione de dolo res per deteriorationem, nisi stipulatio per deteriorationem esset interposita: vt. ff. de dolo. l. eleganter. §. non solũ. si sit actio bone fidei, agitur actione ex eo cõtractu, vt hic dicitur ff. cõmod. l. iij. §. ⁊ notatur. s. de leg. §. si res legata. vnde in istis actionibus s'm glos. rem habeo ⁊ rẽ peto, sed illa iura non videntur valere, quia ibi pro iure quod aberat tota res poterat abesse, vt in cautiõe de euictione, nam ibi est periculum totius rei, vt. ff. de verbo. oblig. in. l. ij. §. tamen. Glos. sic intelligit ꝙ res petatur, ⁊ non deterioratio, sed liberatur dando deteriorationem: sic quandoqꝫ agitur ad vnum, ⁊ consequitur aliud. C. de transactio. l. siue apud acta. ⁊ de pact. l. si pacto quo penam. Et dicit
17 glos. † ꝙ cõmodans debet concludere, ꝙ appareat iudici ꝙ non petit rẽ propter seipsam, sed propter deteriorationem. Unde si diceret simpliciter, peto rem, male peteret, quia aliud intelligitur si petit propter deteriorationem: vt sic iudex videat quomodo debeat estimare rem, vt in id in quo res deterior facta est, condemnare possit commodatarium, vt non dicam simpliciter, peto rem, si peto rem propter deteriorationem, al's pro deteriorationis nomine dicit glos. peto rem factam deteriorem per culpam tuam. Quidam dicunt ꝙ libellus non valet q2 obscurus probatur: dicit enim generaliter per culpam, non dicit, latam, vel leuem, vel leuissimam, cum sint plures culpe, ⁊ sic incertum est ex qua culpa. Dicũt doctores, regulariter commodatum fit gratia commodatarij: ⁊ sic tenetur de omni culpa. ff. commo. l. si vt certo. §. nunc videndum. Dicimus ergo, doctores dicunt

18 vbi † aliquis in aliquo contractu tenetur de omni cul-
pa, sufficit allegare culpam, non requiritur ꝙ dicat de
qua, quia ex quacunqꝫ culpa ipse tenetur: sed vbi ipse
non tenetur de omni culpa, sed de dolo tantum ⁊ lata
culpa, vel etiam de leui, tenetur dicere quam culpam, si-
cut in deposito ⁊ in contractibus qui gratia vtriusqꝫ ce
lebrantur. Et est ratio, quia ibi est reperire culpã ex qua
si commisisset, non tenetur vt leuissima est, ⁊ sic interest
aduersarij vt dicat quam culpam. Unde cum glo. dicit,
per culpam: refert se ad regulare commodatum, in quo
omnis culpa venit, sicut intelligunt doctores. ff. cõmo-
19 da. l. si vt certo. §. nũc videndum. ⁊. §. interdum. † Item
actione commodati petitur lucrum, qđ fecit commoda
tarius, vt dicunt doctores: nam ipse locando facit fur-
tum, quia vtitur ad alium vsum q̃ ad quem res est cõ-
modata, quia commodaui equum vt equitares ⁊ duce-
res Parisios, ⁊ tu locas eum. Dicunt doctores ꝙ tu te-
neris ad quesitum: quoniam qđ recepisti lucrum nõ de-
bet tibi remanere: nam locando cõmittis furtum, vt. ff.
cõmod. l. si vt certo. §. quinimo. Unde dicunt doctores:
dico contra te ꝙ commodaui tibi equum, tu locauisti
equum, lucratus fuisti in locatione decem, vnde a te pe-
to decem. Iste libellus probatur per. l. ff. cõmoda. l. si is
qui cõmodatum accepit. §. j. sed contra, sicut ille. §. dicit,
ille debet habere questum ad quem pertinet periculum
rei, vt. ff. cõmo. l. si is qui cõmodatum. §. j. ad fi. §. sed peri
culũ pertinet cõmodatario, ergo ⁊ molumentũ: vt. ff. de
reg. iur. l. ſm naturã. Qz periculũ sit cõmodatarij pbat,
qz locando facit furtũ: vtitur eñ ad aliũ vsum q̃ sit res.
20 ff. commo. l. si vt certo. §. quinimo. † ⁊ fur tenetur de inte
ritu, quia semper est in mora. ff. de condi. furt. l. in re fur-
tiua. §. vlti. cum igitur sit periculum suum, ergo ⁊ quest⁹
seu commodum. Respondent doctores, cum periculuꝫ
rei pertinet ad aliquem ex causa licita, tunc questum de
bet habere, vt. ff. de reg. iu. l. ſm naturam. sed vbi aliquis
sustineat periculum rei propter delictum suum, quia est
ex illicita causa, non habet commodum questus vel lu-
cri, licet ad eum pertineat periculum: vt. ff. de fur. l. itaqꝫ
fullo. Sed ista sententia periculosa est ꝙ cõmodatarius
committit furtum eoipso ꝙ locat, quia forte locando vti
tur ad vsum ad quem dominus commodauit: vnde cõ-
modo Titio equum meum vt ducat eum Parif. dũ Ti
tius iret Parif. vel dum ipse vult ire inuenit aliquẽ qui
dat sibi pecuniam, dico ꝙ nõ tenetur mihi, nam ex quo
vtitur equo ad vsum ad quem cõmodaui, scilicet vt du-
ceret Parif. nõ facit furtum nec delinquit, nisi ita esset
ꝙ equus plus grauetur per conductionem q̃ per com-
modatum, sed ex quo in nihilo grauatus est plus per cõ
ductionem q̃ fuisset per commodatum, dico ꝙ fecit pe-
cuniam suam, nec restituit. Unde dico quando commo
datarius locat equum ad vsum sibi concessum, retinen-
do pecuniam pro vsu equi, ipse videtur vti: nã re vtitur
qui pretio vtitur, sicut fructuarius vtitur vsufructu si lo
cauit ⁊ vtitur pecunia, ⁊ ideo quicquid cõductor faciat
siue vtatur siue non vsufructuarius non amittit vsum-
fructum non vtẽdo, quia vti videtur re cum vtatur pre-
tio. ff. de vsufruc. l. non vtitur. §. vlt. ⁊. l. seq. que incipit: qz
qui pretio vtitur. nam in principali videtur vti, ⁊ sic non
vtitur ad alium vsum, nam vsus erat suus ad eundum
Parif. vnde dico ꝙ qui repetet lucrum factum ex equo
comodato, dicet equum locari ad alium vsum q̃ sit cõ-
21 modatus, vnde commodator sic dicet: † Dico cõtra te
ꝙ ego commodaui tibi equum talem vt ires Parif. tu
locasti vt iret Carnotum vel Senonis pro decem, vnde
peto illud quod lucratus fuisti in locatione equi. Uel si
vult petet certum quid si certus est quanti locatus fuit
equus, ⁊ dicet: locauisti pro decẽ, vnde peto vt illos decẽ
solidos mihi restituas. Item fructus ⁊ partus etiam
veniunt in ista actione, quia est bone fidei, vt. ff. deposi.
l. j. §. hanc autem actionem. nisi cõcessisset ꝙ gratia vsus
habet fructus, vnde petet fructus ⁊ partum, vnde di-
cet, commodaui tibi equum meum vel equam meam ad
talem vsum, vt traheret ad caruchã tuam, habuit pul-
lum, vnde cum vsus sit finitus peto vna cum pullo
22 mihi restitui, ⁊ idem de fructibus. Uenio † ad contrariã
cõmodati actionem, que competit commodatario, licet
habeat retentionem rei, ⁊ competit pro expensis quas
facit in re sibi commodata, ita ꝙ sint expense magne,
nam modicas tenetur facere: vnde si habet equum, te-
netur eum pascere de suo, ⁊ est rationabile, nam cum
ipse habet vsum equi gratuito, mutua vice tenetur ad
pastum equi, ⁊ ad expensas modicas, vt ad ferreos et
clauos, ⁊ capistra, ⁊ similia modica, sed ad magnas
expensas non tenetur, ⁊ ideo recuperat a domino, vnde
si equus cadat in infirmitatem sine culpa damnabili, ⁊
in sanando equum fecit expensas non modicas, aget
contra dominum, ⁊ repetet sic actione commodati con
23 traria: ¶ Dico contra te Titi, ꝙ † cum commodasses
mihi equũ talẽ, sine dolo ⁊ culpa mea damnabili equus
cecidit in infirmitatem, ego ad curandum illum equum
feci expensas non modicas, scilicet centum solidorum,
vnde peto vt centum solidos mihi restituas. Iste libel-
lus probatur per. l. ff. cõmod. l. in rebus. §. possunt. Item
petuntur expẽse in requisitione serui cõmodati, vel equi
si fugerint sine culpa cõmodatarij. Item in reducendo
expensas factas recuperat: dico contra te commodasse
mihi equum tuum, vel seruũ, sine dolo ⁊ culpa mea da-
mnabili seruus ille fugit, ⁊ fugierunt sine culpa commo
datarij. Item in reducẽdo expensas feci non modicas,
scilicet centum solidorum Parisiensium, ideo dixi non
modicas, quia propter vsum tenetur ad cibaria, ⁊ ad
modicas expensas: vt. ff. commod. l. in rebus. §. possint.
Item competit contraria ad id qđ commodatarius
amisit propter vitium rei, si cõmodator fuit sciens, al's
24 non tenetur, vnde pone: tu † commodasti mihi vnum
dolium ad ponendum vinum vel oleum, sciebas illud
dolium esse vitiosum, imposui vinũ, propter vitium do-
lij vinum corruptum est, potero agere contra te, ⁊ pete-
re qđ amisi propter vitium vasis qđ cõmodasti scienter:
quia si ignoranter, tu non teneris, ⁊ idem est in alijs re-
bus cõmodatis qđ in dolio, ergo dicitur in libello meo:
¶ Dico contra te ꝙ tu cõmodasti dolium ad ponendũ
vinum ⁊ sciebas illud vitiosum, ⁊ posui vinum meum,
vinum vitio dolij corruptum est propter quod damnifi-
catus sum in centum solid. Parif. ⁊ probatur. ff. com-
moda. l. in rebus. §. item qui sciens. ⁊. l. penulti. ad finem.
25 ¶ Quero de deposito: ⁊ † depositũ regulariter fit gra-
tia deponentis tantum, ⁊ tunc tenetur depositarius de
dolo ⁊ lata culpa tantum, vt. ff. depositi. l. quod Nerua.
nisi depositarius se deposito offerat, ⁊ nisi conueniat
qđ teneatur de leui culpa ⁊ leuissima, qz tunc tenetur de
omni culpa, vt. ff. depositi. l. j. §. si conueniat. ⁊. §. sepe. ff.
commod. l. si vt certo. §. nunc videndum. Item potest vi-
tari depositum cum deponenti placet, vt. ff. depositi. l. j.
§. cum autem apud Julianum. nisi depositarius habet
iustam causam quare non restituatur: vnde quia ali-
bi erat res deposita sine dolo ⁊ culpa sua, ⁊ sic differt a
cõmodato, quod non potest recipi nisi vsu completo. l.
in commodato. §. sicut. datur ergo ad rem petendam, ⁊
26 dicet sic: ¶ Dico † contra te Titi, ꝙ ego deposui penes
te rem talem, quam tu detines, vel dolo tuo, vel lata cul
pa desijsti possidere, vnde peto vt tu restituas: probatur
per. l. ff. depositi. l. quod Nerua. vbi dicit teneri de dolo ⁊
lata culpa, si autem teneatur de omni culpa, non est ne-
cesse dicere ꝙ culpa cõmisit, vt in commodato. Unde di
ces, detines talem rem quam penes te deposui, vel per
culpam tuam desijsti detinere, vnde peto vt illam mihi
restituas: vt. ff. cõmoda. l. si vt certo. §. nunc videndum
est. ⁊. ff. deposi. l. j. §. si conueniatur. ⁊. §. sepe. Item quan-
doqꝫ tenetur de lata culpa ⁊ leui tantum, non de leuissi-
ma, ⁊ tunc dicere debet ex qua culpa, dicẽdo: quam de-
sijsti dolo malo tuo, vel culpa lata ⁊ leui, vt dixi. s. in cõ-
27 modato. Item † competit actio depositi ad deteriora-
tionem rei, sicut in actione cõmodati: vt. ff. depositi. l. j. §.
si res. Et formatur libellus sicut dixi in commodato, ſm
glos. sic: ¶ Dico contra te, ꝙ deposui penes te equum
talem, fecisti eum deteriorem in decem libr. Parif. per
dolum malum tuum, vel per latam culpam, vbi tenetur
tantum de dolo ⁊ lata culpa, vnde cum tu reddideris
mihi illum deterioratũ, peto illum equum mihi nomine
deteriorationis,

deteriorationis, vel pro deterioratione, vel si tenetur de omni culpa non dicet quam culpam, imo generaliter: ¶ Dico cōtra te, q̄ deposui penes te talem equum, quē tu fecisti deteriorem per culpam tuam, vnde cum mihi deterioratum reddideris, peto vt equum mihi restituas pro deterioratione: vel s̄m Joan. dicam, peto deteriorationem, vt vidistis. s̄. in actione cōmodati. Item cōpetit ad lucrum qd depositarius fecit ex re deposita, sicut dicitur in commodato: vt. ff. comoda. l. si is qui commoda
28 tum. §. j. vnde dicet: ¶ Dico † contra te q̄ deposui penes te rem talem, quam tu locauisti, ꝛ lucratus es tantum, vnde peto mihi restitui: nec teneor dicere ad alium vsum, quia depositum non conceditur ad vsum, ꝛ sic differt a cōmodato. Item non est necesse q̄ dicam, deposui rem meam: quia res aliena potest deponi, ꝛ habet locum actio depositi. ff. depo. l. j. §. si predo. ꝛ. l. bona fides. Item si petatur species, debet designari melius q̄ poterit: si consistat in auro ꝛ argento, debet dicere ꝛ formam seu speciem. Item si pōdus, vt scyphum aureum talis forme ꝛ tanti ponderis, s̄m qd ponderabat: vt. ff. depositi. l. j. §. si quis argentum. sed tamen si incertus sit agens debet iurare q̄ ignorat quanti ponderis sit, vt. ff. depositi. l. ei apud quem. Dictū est de directa, sequitur de contraria, ꝛ ea fere que venit in contraria cōmodati
29 ꝛ in ista, † vnde ista competit ad expensas quas fecit depositarius in re deposita, nō solum magnas, sed etiā modicas, ꝛ alimenta: nam depositarius non habet aliquē vsum rei, sicut cōmodatarius, ꝛ ideo omnes expensas repetit, quia cessat vitio cōmodatarij, vt. ff. cōmoda. l. in rebus. §. possunt. ꝛ depos. l. ei apud quem. ꝛ si non tenebatur nisi de dolo ꝛ lata culpa dicet: ¶ Dico contra te q̄ tu deposuisti penes me equum, feci expensas ipsum pascendo ꝛ ferrando ꝛ capistra emendo, vnde expendi tantum, ꝛ ideo peto tantū. Vel si in curatione dicet: Cū tu deposuisses penes me seruum tuum, sine dolo ꝛ malo modo ꝛ lata culpa cecidit in infirmitatē, ꝛ ad ipsum curandum expendi centum solidos, ꝛ idem vbi fugit:
30 argu. ff. cōmoda. l. in rebus. §. possunt. Item † competit ad damnum datum per rei deposite vitium: vt si depono penes te seruū qui tibi surripit res tuas, vel dat tibi damnum, vel in vasis vitiosis, ego teneor ad damnum illatum tibi per seruum, vel vasis vitium, siue sciam vitium cum depono, siue ignorem, vt. ff. de furt. l. si seruus communis. §. q̄ vero ad mandati actionem. Et in hoc differt a cōmodante, qui tenetur demum si sciat vitiū, ego autem indistincte: vt. ff. commod. l. penult. Et est ratio, q̄ commodati tenetur demum si scit: q2 commodatarius habet vtilitatem ex commodato q2 habet vsum rei, ꝛ ideo propter beneficium sibi collatum a cōmodāte non ita astringitur. Sed secus in depositario, quia nullum cōmodum habet nec sperat nec habet beneficium a deponente, sed ipse prestat officium custodie: qd non debet esse sibi damnosum. ff. quemadmo. testa. ape. l. sed si quis ex signatoribus. ꝛ ideo plus astringit̄ deponens, vt teneatur siue sciam siue ignorem. Unde dicam, sic: deposuisti penes me seruum talem qui mihi surripuit res meas, ꝛ sic damnificauit me in tantum, vnde peto tantum: argu. ff. commoda. l. in rebus. §. possunt. ꝛ. ff. de furt. l. si seruus cōmunis. §. quod vero ad mādati actio-
31 nem. Item not. † q̄ ex deposito nascuntur due obligationes. Una primitiua que ex re nascitur, vnde statim cum depositarius recepit depositū, fuit ipse obligatus ad rem reddendā: vt. s̄. quib. mod. re contrah. oblig. §. preterea. ꝛ. l. ei apud quem. ꝛ ista est primitiua obligatio, que re contrahitur, vt dicto. §. preterea. ¶ Est ꝛ alia obligatio depositi, que non nascitur, sed demum dolo cōmisso, vt lata culpa, vel leui, si tenebatur depositarius, ꝛ idem de leuissima, ꝛ ista vocatur doli ꝛ culpe: non in re contrahitur ista obligatio, sed ex delicto cōmisso in contractu propter dolum commissum in contractu. Unde primitiua statim nascitur, quod patet: quia si dedit fideiussorem, fideiussor tenetur anteq̄ depositarius sit in dolo vel in culpa, ꝛ sic apparet q̄ est obligatus: vt. ff. depositi. l. j. §. idem Pomponius. §. j. versi. plane si fideiussor. Sed obligatio doli vel culpe que pertinet ad deteriorationem rei ad lucrum ꝛ damnum nascitur demum cōmissa culpa, non nascitur ex contractu secuto dolo vel culpa: vnde ab initio est obligatus ex contractu sub conditione, si dolo vel culpa cōmisse fuerint, nam tunc demum nascitur obligatio ex contractu, ꝛ cum non contrahitur re. Unde ista obligatio competit ad interesse, ꝛ
32 petit tūc demū cū incipit interesse, ꝛ non ante: sicut † dicunt iura in contractibus innominatis, nō statim nasci obligationem, sed demū re secuta, vt. C. de rerū permu. l. ex placito. Item sic est in contractu mandati, qd due nascuntur obligationes, vt primitiua: vt cum quis mandat alij negotia sua gerenda, ille qui suscipit statim est obligatus ad gerendum, vt. ff. manda. l. si remunerandi. §. j. Item est alia obligatio que cōpetit ad interesse, vel cum debet reddere rationem: vt. ff. manda. l. si procuratorem. §. mandati. Uenio ad actionem mandati, ꝛ not. q̄ alia cōpetit directa, scilicet illa que datur procuratori contra dominum: vt. ff. manda. l. si vero non remunerandi. §. contrario iudicio cōperitur. ¶ Quero, quare dicit actionem mandati specialem: cum aliquis possit mandare omnia negotia gerēda, ꝛ tamen lex dicit eam specialem, ꝛ negotiorum gestorum actionem vocat generalem, vt. ff. pro socio. l. pro socio arbiter. Dico q̄ lex se refert ad accidentia, nam frequentius accidit q̄ ille qui presens est non mandat omnia negotia sua, imo vult gerere ea que potest per se: sed in negotijs accidit frequentius, q̄ quis accedit animo gerendi, cum ille cuius negotia sunt non possit negotijs suis superesse. Et ideo amicus qui accedit ad aliena negotia, p̄sumitur omnia gerere velle vt plenius consulat absenti: vt. ff. de nego. gest. l. ij. ¶ Concedo tamen q̄ ꝛ nonnunq̄ in negotijs, vnde potest geri tantum, vt. C. de nego. gest. l. tutor. ꝛ in mandato aliquis posset mādare omnia sua negotia: quia in re sua est arbiter ꝛ mandator. C. mand. l. in re mandata. ꝛ sic lex, pro socio. ff. pro socio. se refert ad sequentia ex eo
33 quod frequēter accidit. † Unde in dubio presumitur negotiorum gestor omnia gerere, si mandator non mandat alia per se velle gerere, vt melius agat: sed hoc verū vbi esset certum de voluntate, ꝛ vtrūq3 potest esse generale ꝛ vtrūq3 speciale, actio mandati quandoq3 cōpetit ad interesse, eo q̄ mandatarius non fecit qd debuit per culpam, vt. ff. manda. l. si procuratorē. §. mandati. Item competit quandoq3 vt procurator reddat administrationē, ꝛ ea que debuit ex administratione: vt. ff. de procurato. l. qui proprio. §. procurator vt in ceteris. Unde sic formatur libellus vt reddat administrationē: ¶ Dico contra te q̄ mandaui tibi vt gereres negotia mea, fecisti: vnde peto vt reddas administrationis tue rationē, ꝛ reliqua. Et ideo ponitur, ꝛ reliqua: quia ponitur in actione negotiorū gestorū, que est illi similis: vt. ff. de nego. gest. l. ij. Sed forte nō est necesse dicere, ꝛ reliqua, q2 sufficit dicere rationē, q2 reddere rationē, h3 interpretationē a iure vt reddat reliqua: vnde si testator iubet seruum esse liberū si reddat rationē, intelligitur ꝛ reddiderit reliqua. ff. de cōdi. ꝛ demō. l. cū seruus. Unde cū ratio incipit a facto, ꝛ desinit in datione: in facto incipit, q̄ cōputat, in dationem desinit, q̄ reddit aliqua. Item in actione mandati venit vt procurator restituat qd habet de administratione, sicut ꝛ negotiorū gestorum. Item ꝛ in illa veniunt que procurator per dolum vel culpam male administrauit, quia non emit qd emere debuit: vt. ff. de nego. gestis. l. ij. ꝛ. ff. manda. l. si procuratorem. §. penulti.
34 ¶ Item † doctores dicunt q̄ procurator tenetur de omni culpa: vt. ff. mand. l. a procuratore. vbi dicit q̄ a procuratore exigenda est omnis culpa. Sed Mar. dicit, aut contractum est mandatum gratia illius mandatarij, ꝛ tunc tenetur de omni, aut gratia vtriusq3, ꝛ tenetur de dolo ꝛ lata culpa ꝛ leui sicut in ceteris cōtractibus: aut contractū est mādatoris gratia, domini scilicet, ꝛ tunc tenetur de solo dolo ꝛ lata culpa, ꝛ sic intellexit Mar. argu. ff. cōmoda. l. si vt certo. §. nunc videndū. ꝛ. §. interdum. vnde q̄ dicit omnem culpā exigendam. C. man. l. a procuratore. intellexit Mar. si est s̄m naturam, scilicet si conuenerit, vel gratia sui tantum. ¶ Doctores intelligunt contrarium, ꝛ fuit sententia Guil. alij dicunt, aut

cum dominus vellet mandare negotia sua, quidam ac-
35 cessit ⁊ dixit ꝙ diligenter administraret, † iste procura-
tor affirmat se multum gerere bene, ⁊ sic dicit se diligen-
tissimum: vnde dicunt ipsi de omni culpa tenebitur, sic
loquitur. C. manda. l. a procuratore. si autem se non fecit
diligentissimum, sed ego tanꝙ fatuus, non inquisita
eius conditione mando sibi negotia mea, est minus dili
gens, tenetur de dolo, ⁊ lata culpa, sic loquuntur iura
Mar. ff. cõmoda. l. si vt certo. §. nunc videndũ. ⁊ manda.
l. si procuratorem. §. vlt. Et est ratio, quoniã in primo ca-
su aliquis se facit diligentissimum, talis se debet presta-
36 re: sicut † medicus vel aduocatus qui locando operas,
tali officio dicunt se esse peritos, ⁊ ideo tenẽtur de impe-
ritia, vnde inspicienda est conditio persone cum qua cõ-
trahitur, vt. ff. locati. l. si quis fundum. §. si quis vitulos.
Sed vbi nõ facit se peritũ, dominus fuit in culpa eligen
do istũ, ⁊ ideo nõ tenetur nisi de dolo ⁊ lata culpa: quia
licet dominus sit in culpa causa eligendi negligẽtem, ⁊
videtur qđ sibi esset imputandũ, tamẽ alius est in dolo,
⁊ dolus preponderat culpe, vt. ff. ad le. aquil. l. itẽ si obste-
trix. ad fi. In contraria mãdati venit expensa quã pro-
curator fecit gerendo negotia. ff. man. l. si vero nõ remu
nerandi. §. cõtrario. ⁊ l. vterqꝫ. §. Labeo idem. ⁊ cõpetit
procuratori, cui mandata sunt negotia gerenda vnũ vel
plura, nã ⁊ vnũ potest cõmitti: vt. ff. man. l. si vero nõ re-
munerãdi. §. cõtrario. ⁊ cõpetit ad impẽdia, vñ dicit sic:
37 ¶ † Mandasti mihi vt ego gererem negotia tua vel ta
le negotium vbi est vnum: ⁊ ego gessi ⁊ expensas feci in
gerendo centum solid. vnde peto a te centum solid. mihi
reddi, ⁊ ad centum solid. peto te mihi condemnari. Iste
libellus probatur per. l. si vero non remunerandi. §. con-
trario. ⁊ l. idemqꝫ. §. idem Labeo. ff. mandati. Item cõ-
petit fideiussori contraria mandati ad id repetendũ qđ
soluit pro debitore. Item sumptus quos iuxta rationeꝫ
fecit: vt. ff. manda. l. inter causas. §. abesse. ⁊ l. Lucius. ⁊ l.
si mandato meo. §. si fideiussor. ⁊ regulariter ante solutã
pecuniam fideiussor non agit mandati contra dominũ.
38 Fallit † in quatuor casibus si fideiussor fuit condemna-
tus pro illo debito pro quo fideiussit. Fallit secundo si cõ
uentum fuerit inter ipsos dominum ⁊ fideiussorem ꝙ fi-
deiussor posset agere anteꝙ solueret. Fallit tertio si debi
tor dilapidabit bona sua, qꝛ fideiussor expectaret ꝙ iste
dilapidasset omnia bona sua ⁊ solueret: nam posset con
sequi ꝙ solueret, quia debitor esset non soluendo. Item
fallit quarto si fideiussor diu stetit in obligatione, sed re-
gulariter anteꝙ soluat non potest agere, nam propter
hoc dat debitor fideiussorem vt per ipsum habeat dila-
tionem ⁊ securus sit creditor: sic intelligitur. ff. manda. l.
Lucius. ⁊ l. si mandato. vnde sic formabit libellum: Di-
39 co † contra te ꝙ ego fideiussi pro te de mandato tuo pro
decem libr. Parif. erga Titium, quas decem lib. ego sol
ui, ⁊ in solutione procuranda iuxta rationem sumptus
feci centum solid. Parif. vnde peto te mihi condemna-
ri in. xv. libr. Parif. Iste libellus probatur. ff. manda. l.
si mandato meo. §. si fideiussor. Si autem non soluit sed
condemnatus est, vel diu stetit in obligatione, vel conue
nit ꝙ vt ageret, vel debitor dilapidabat bona sua, potest
agere ⁊ sic condemnatus dicet sic: Dico cõtra te ꝙ ego
de mandato tuo pro decem libr. sum Titio condemna-
tus, peto a te decem libr. Rau. voluit dicere: ⁊ condẽna-
40 tus appellaui, al's non concludit libellus: † nã fideiussor
tenetur appellare. ff. manda. l. si procuratorem. §. si igno
rantes. versic. ceterum. Dicunt docto. ꝙ non teneretur:
quia forte pauper est. Item non tenetur appellare, quia
ex quo sententia lata est contra ipsum, debet reputare
in dubio iustam: ⁊ ideo si non appellat, quia presumitur
pro sententia ꝙ sit iusta, erit excusatus: vt. C. ad legẽ iul.
repetun. l. vlt. ⁊ sic non tenetur appellare. Preterea dico
ꝙ si diceretur in libello suo: ⁊ condemnatus appellaui,
non procedit ꝙ fideiussor non agit anteꝙ soluerit, nisi
in vno istorum quatuor casuum. Pone ergo ꝙ non fuit
diu in obligatione, nec dilapidat debitor bona sua, nec
conuentum sit ꝙ possit agi, ⁊ sic non potest agere nisi
quia condemnatus est, quia non soluit, ⁊ dicit in libello
suo: fui condemnatus, ⁊ appellaui, per appellationem
extinguitur pronunciatũ, vnde habetur ac si modo esset
ante condemnationem, ⁊ quãdo non posset agere, ergo
nec nunc, vnde non potest dicere, appellaui, potest ta-
men dicere, condemnatus sum, ⁊ credo quod iuste, ⁊ sic
apparet ꝙ non tenetur appellare, vt. ff. mand. l. si procu-
41 ratorem. §. si ignorãtes. versi. ceterum dolo. † Aut con-
cludet, fideiussi pro te ⁊ te mandante, vel te presente non
contradicente, qđ idem est. ff. mandati. l. qui patitur. pro
decem libris Parisiensibus erga Titium, ⁊ diu fuit in
obligatione, cum diu fuerit, vel dilapidabat bona sua,
eque debitor dilapidabat, vel conuenit inter me ⁊ te ꝙ
ego possem agere anteꝙ soluerem, cum talis conuentio
intercessit, vnde peto vt me liberes erga Titium ab ista
obligatione: non enim petet debitum, quia non soluit.
Et propter hoc dicit lex, quoties ante solutam pecu-
niam agimus non dandi, sed faciendi obligatio conti-
net: vnde non aget fideiussor contra creditorem vt sibi
soluat pecuniam debitam: ⁊ sic debet, cum ille qui soluit
in obligatione dãdi teneatur dare. ff. de solutio. l. si sint.
sed agit ad faciẽdum. s. vt creditor liberet eum, quod est
factum: sic loquitur. ff. manda. l. si mandato meo fundũ
emeris. §. quoties. sic ergo per actionem mandati domi
nus potest petere interesse, si procurator non fecit man-
datum sicut suscepit, vt. ff. manda. l. si procuratorem. §.
42 mãdati. ¶ Iuxta hoc querit dominus meus. † Pone,
mea interfuit aliquid esse factum, sed nunc mea non in-
terest: nunquid possum agere? Glos. distinguit in pluri-
bus locis, sed non inuenitur alicubi perfecta: dicit glos.
aut tu loqueris in realibus actionibus, aut in persona-
libus. Si in realibus dicũt doctores ꝙ si mea nõ interest
modo, licet mea tũc interfuit, nõ agam indistincte: vt si
agatur ad exhibendũ. ff. ad exhiben. l. tigni. §. vlti. Si lo-
quamur in personalibus, aut ex delicto, aut ex contra-
ctu: si ex delicto, pone, surripui rem tibi quam intererat
tunc non surripi, quia pertinebat forte ad tuam custo-
diam, non interest modo tua, quia non est plus sub cu-
stodia tua: nunquid tu ages, ex quo desijt tua interesse?
Et certe sic, vt. ff. de fur. l. inter omnes. §. j. si autẽ loqua-
mur in contractibus, dicit gloss. aut interest modo mea
ꝙ fuerit factum in preiudicium, sed non interest ꝙ fiat
modo vel in futurum: aut non interest mea quia fuerit
factum ⁊ ꝙ fiat modo vel in futurum, si nõ interest mo-
43 do ꝙ fiat, sed interest ꝙ fuerit factum. Pone, † sum mer
cator, mandaui tibi vt faceres mihi locum in nundinis
Parisiensibus, non fecisti, interest mea ꝙ tu non fece-
ris in preteritũ, quia si tu fecisses mille libras tũc fuissem
lucratus si habuissem locum, ⁊ licet non intersit mea ꝙ
facias modo, quia nundine sunt elapse, potero tamen
agere, quia interest mea ꝙ non feceris in preteritum: vt
ff. si quis caut. l. qui autem. §. vlti. ⁊ ff. de edendo. l. vbi. §.
vlti. si autem interesse desijt ⁊ ꝙ fuerit factum, ⁊ ꝙ fiat.
Verbi gratia, mando tibi vt emas mihi equum, qui mi-
hi necessarius est: tu non facis, teneris mihi ad interesse.
¶ Pone, alius emit mihi, ⁊ ita cõmode sicut tu emisses:
non interest mea ꝙ tu emeris, quia non refert quis eme-
rit ex quo eque cõmode alius emit. Item non interest ꝙ
ematur, quia iam habeo: ⁊ sic non interest pro preterito
tempore vel presenti, nunquid agam? Dicit glos. ꝙ nõ,
ff. manda. l. si procuratorem. §. mãdati. ¶ Doctores di-
44 cunt hic per alia verba: † aut interesse non desijt, ⁊ non
agitur. Dominus meus in realibus tenet gloss. argu. ff.
ad exhib. l. tigni. §. vlti. sed in personalibꝰ distinguit: aut
factũ est qđ fieri non debuit, aut factum non est qđ fieri
debuit, si factum est qđ fieri non debuit, ⁊ agitur, licet
desinat interesse ⁊ pro preterito ⁊ pro presenti, glos. est. ff.
de furt. l. inter omnes. §. j. ⁊ adduxit per hoc quedã alia,
que fecit per eandem rationem. Pone, incendio orto in
villa aliquis qui habebat domum suam remotam ab
incendio multum diruit domum vicini propter timorẽ
incendij: si incendium esset prope, ⁊ non posset petere li-
centiam diruendi a iudice, posset eam licite diruere, sed
erat remotus ab incendio, ⁊ sic non iuste timuit, vnde te-
netur. Pone, ꝙ incendium venit vsqꝫ ad domum vicini,
ita ꝙ combussisset eam: nũquid propter hoc excusatur,
dicens ꝙ desinat interesse? Certe lex dicit ꝙ non: hoc est

falsum,

falsum, imo ibi dicitur q absoluit in totũ, imo tenetur,
vt. ff. qd vi aut clã. l. si alius. §. est & alia exceptio. Aut nõ
45 est factum qd fieri debuit, & tunc distinguit, † aut redar
guitur culpa aut mora, si redarguitur mora, mora est
delictum, & ideo tenetur morosus: sic intelligit glos. ff. si
quis cau. l. qui autem. §. vlt. & ff. de eden. l. vbi. §. vlt. Aut
redarguit culpa, & distinguit, aut non interest modo q
non fiat, sed interest q non fuerit factum, & q modo nõ
fiat, sed non interest qr non fiat, sed bene interest q non
fuerit factum in preteritum, & tunc agitur, quia hodie
interest, vt dicunt doctores: aut non interest non fuisse
factum in preteritum nec modo in presenti, etiam non
agitur in glos. ff. manda. l. si procuratorem. §. mandati. &
probat Mar. tenetur facere expensas necessarias & vti-
les etiã in re dotali, si non fecit, tenetur ad interesse vxo-
46 ri. ff. de impen. in re. do. fac. l. j. & ij. Pone † ergo, maritus
non fecit expensas necessarias in domo dotali: sic tenet
ad interesse. ¶ Pone q dom⁹ cõsumpta est casmate vel
incẽdio, & sic nõ interest vxoris q expẽse ille fiant modo,
quia domus diruta est. Item non interest pro tempore
preterito, quia si maritus fecisset expensas, essent cõsum
pte, quia eas cum ipsa domo amisisset: nunquid ergo
vxor poterit agere contra maritum? Dico q non, vt. ff.
de impens. in reb. do. fac. l. iiij. Videatis literam, adde qd
est. j. eo. §. quedam actiones.

Summarium.

1 ☞ Actio furti solius pene est persecutoria.
Actiones miste que sint.
2 Furtum quoddã manifestũ est, & quoddã nõ manifestũ.
Fur manifestus quis sit, & quis non manifestus.
3 Fur manifestus non efficitur quis solo visu.
4 Surripiens rem alienam furti non manifesti tenetur, etiam si postea deprehensus sit.
5 Furti vna tantum actio est, que & ciuilis est pro quouis furto competens.
Actionem furti pretoriam esse, qualiter intelligendum.
6 Actio furti duplex est, vna ciuilis, altera pretoria.
7 Fur in ipso deprehẽsus furto manifestus dicitur, & furti manifesti in quadruplum actione tenetur.
8 Libellus qua forma in furti actione sit formandus.
9 Fur manifestus ideo grauius punitur, quia palam deliquit, eo qui clam furatus est.
10 Tutor palam in vsus suos pecuniam pupilli cõuertens leuius punitur, q si clam.
11 Contrahens scienter cum sua consanguinea grauius delinquit, q si nesciret eam sibi sanguine iunctam.
Raptor qua sit pena feriendus.
12 Raptor quibus verbis conuentus damnari petatur.
13 Predia vrbana quo signo discernant a prediis rusticis.
14 Inqsitio rei furtiue quando in domo aliena fieri possit.
15 Fur condemnatus in criminali an ab eodẽ iudice possit in ciuili condemnari.
16 Actio legis Aquilie cui cõpetat, & cõtra quẽ, & ad quid.
Imperitia, culpe est connumeranda.
17 Damnum de corpore in corpus & de corpore in nõ corpus, de nõ corpore in corpus datũ, punit lege Aquilia.
18 Actio legis Aquilie datur pro damno de non corpore in non corpus dato.
19 Seruus occisus an debeat estimari quanti plurimi fuit anno precedenti.
20 Agens ad damnum quibus verbis debeat concipere libellum.
21 Actio ex testamento cõtra eum competit qui legata vel fideicõmissa prestare est grauatus.
Actio vtilis ex testamento contra quem detur.
22 Negans legatum, si tandem cõfiteatur, an sit nihilominus in duplum damnandus.
23 Heres non negans legatum, sed ratione allegata soluere differens, an debeat in duplum puniri.
24 Legatum nõ soluens non petitum, an teneat in duplũ.
25 Heres non soluens legatum reipublice relictũ, punitur in duplum.
26 Legatum deo relictum aut alicui sanctorũ, cui debeat.
27 Vsure legatorum locis venerabilibus relictorũ currunt ex mora.
Priuilegia que sint locis concessa venerabilibus.
28 Legatum piis locis relictũ quibus verbis petit debeat.

Ex maleficiis.

¶ Iste. §. prosequitur diuisionem factam. s. eo. §. sequens. visum est in. §. sequẽs diuisio. vtrum actiones in rem sint penales, vel rei persecutorie. Item de actionibus personalibus ex contractu vtrum sint persecutorie vel penales: prosequitur aliud membrum, scilicet actionum personalium ex delicto, & dicit q quedã sunt penales, quedam miste, quedam ad rem, quedã ad penam. Item que persecutorie tantum prosequitur ex causa cuiuslibet membri diuisionis: & ideo de penalibus tan-
1 tum, que sunt penales tantum. † Dicit q actio furti penam solam prosequitur, siue sit furtum nõ manifestum ad duplum, siue manifestum ad quadruplum. Ponit secundo exemplum de rei persecutoria ex delicto, & dicit q condictio furti competit ad rem, & non ad penam: sicut actio vi bonorum rap. que competit ad quadruplũ, sed vnum simplum erit rei persecutio, & aliud triplum est pena. Item actio penalis Aquilie est mista, quia cõpetit cõtra inficiantem, sed interdum & si actor agat ad simplum: nam si quis hominem claudũ aut luscatum, qui minimi pretii est tempore occisionis, occiderit, & fuerit ille homo magni pretii in anno retro, occisor tenetur quanti plurimi fuit in eo anno, & sic pro illo qd plus fuit tempore mortis est penalis, & sic actio est mista. Item est actio mista cõtra eos a quibus sunt relicta legata vel fideicommissa sacrosanctis ecclesiis, vel aliis venerabilibus locis, & ipsi differunt soluere vsqueadeo q vocẽtur in iudicium: tunc enim tenentur & ad legatum soluendum & ad aliud tantum pro pena, & sic cõtinet rei persecutionem. Item penam, & ideo est mista: hoc dicit vsq ad. §. quedam sunt actiões. hic tractatur de actionibus ex delicto penalibus, & de istis tractatur in. §. tripli. & §. quadrupli. Sed nos dicemus hic glos. male tractat hic de actione furtiua, & vi bonorũ rapto. & l. Aquilia: nam de istis nihil dicit, sed multum bene prosequitur actionẽ ex testamento, que competit ad duplum, hic tractemus
2 ergo de actione furti. ¶ Et notandum † q furtum aliud manifestum: aliud non manifestum. Videamus quid sit furtum manifestum, & per hoc sciemus quid sit furtum non manifestum: nam cognito vno contrariorum, cognoscitur & reliquum, vt. ff. qui sunt sui vel alien. iur. in prin. sic arguit lex. ff. de furt. l. si quis. §. fin. & l. seq. Qd ergo vocatur furtum manifestum. Dicit Placen. fur manifestus vocatur ille qui inuito domino rem surripuit fraudulenter, & anteq portet eam ad locum destinatum, occursum est ei, & deprehensus est vna cum re furtiua, vel saltem rem surreptam propter timorem dimiserit incorruptam, sicut intellexit Placẽ. ff. de fur. l. ij. & iij. & iiij. & l. si quis in seruitute. §. vlti. & penulti. & l. seq. & ff. de condic. furt. l. siue manifestus fur. in princi. sed glos. imponit Ioan. qd dixerit q per solum visum efficeretur fur manifestus. Verbi gratia: fur surripuit rem meam, video eum, non occurro ei, nec deprehendo ipsum, nec ego nec alius: Ioan. dicit per hoc q ego vidi ipsum surripientem, vel anteq portaret ad locum destinatum, ille erit fur manifestus, arg. ff. de furt. l. si quis ex domo. Nõ
3 est verum † q solus visus faciat furem manifestũ: nam lex dicit, si vidi furem surripientem res meas, abscondi me propter timorem furis, q propter visum non erit fur manifestus. ff. de furt. l. si qs in seruitute. §. vlti. Preterea raptor esset sm hoc fur manifestus, nam bene videtur cum rapit: cum rapere sit de manibus eripere, vt. ff. ne quis eum qui in ius vocat. vi exi. l. iij. §. j. & tamen non est manifestus nisi deprehendatur, vt. ff. vi bono. raptor. in princi. & ibi not. glos. vnde visus non facit furem manifestum. ¶ Quidam volunt sic distinguere, aut occursum est furi, aut nõ: si occursuz sit furi anteq veniret ad locũ destinatum, licet non fuerit deprehensus, erit fur manifestus, sic intellexit Ioan. Si autem visus fuerit, sed nõ

fuerit ei occursum: nõ erit fur manifestus. Sed hic non
obst. l. que dicit: visus non facit furem manifestum. ff. de
furt. l. si quis in seruitute. §. vlti. qr verum est ꝙ solus vi-
sus non sufficit, sed visus ⁊ occursus sufficit. Item non
obst. qd dicitur ꝙ raptor non est fur manifestus: ꝙ licet
sit visus, non est ei occursum. ¶ Credo Placentinum
verius dicere: qr iura que loquuntur de fure manifesto,
semper dicunt furem deprehensum, vel rem dimissam:
vt. ff. de furt. l. si quis in seruitute. §. penulti. ⁊ vlti. ⁊. ff. de
condict. furt. l. si non manifestus. in princ. nisi litera per-
uertatur. Item pone, ille cui res surripit̃ habet potesta-
tem persequendi furem, ⁊ apprehendendi, nisi fur ante
res furtiuas ad locum destinatum detulerit: vt. ff. de fur.
4 l. iij. §. vlti. cum. l. sequen. ¶ Pone, Titius † surripit rem
meam: nunquid tenetur furti nõ manifesti, licet postea
deprehẽdatur anteꝗ̃ veniat ad locum destinatum? Vi-
detur ꝙ sic, quia contrectat inuito domino, ⁊ sic facit
furtum: vt. ff. de furtis. l. j. ⁊ non potest dici manifestum,
ergo erit non manifestum, quia non sunt plures species
furti. Sed cõtra hoc, vbi aliquis cõmisit semel furtum,
ex contrectatione continua nõ potest magis teneri, sed
tenetur actione furti tantum, vt. ff. de furt. l. ei qui. ergo
videtur ꝙ non deberet teneri furti manifesti, qd est fal-
sum, quia tenetur si fuerit deprehensus: vt. ff. de furt. l. si
quis in seruitute. §. vlt. ⁊. l. seq. ⁊ sic videtur incõueniens,
quia tenebitur duabus actionibus fur pro eadem con-
trectatione, tamen pluries nõ facit furtũ. ¶ Dominus
meus dicit ꝙ non est manifestus, nam contrectat rem
inuito domino, vt. ff. de furt. l. j. vnde tenetur actione fur-
ti non manifesti: ⁊ ꝙ tu dices, ergo nõ debet teneri alia
ratione pro furto, ex hoc competit actio furti non mani-
5 festi. Dicit dominus meus † ꝙ nõ est nisi vna actio fur-
ti, scilicet ciuilis, ⁊ competit siue fur sit manifestus, siue
non manifestus: sed differẽtia est in hoc, quia vbi est fur-
tum non manifestum, pena est in duplum tantũ, sed vbi
est fur deprehensus in furto, quia ibi est magis euidens
suum delictum, pretor induxit ꝙ illa ciuilis que compe-
tebat in duplum tantum, competeret ad quadruplum.
Unde dicit ipse, superest vna actio furti, sed pena dupli
actioni illi additur, cum agitur contra furem manife-
stum, propter euidentiam sui delicti: vnde qd dicitur,
actio furti est pretoria, verum est per extensionem, quia
extenditur per pretorem in casu dupli, sic intelligit do-
minus meus. j. de perpe. ⁊ tempo. actio. in princi. ⁊. s. de
6 obliga. que ex delic. §. vlti. † Ego credo contra, scilicet ꝙ
sint due actiones furti, vna ciuilis, alia pretoria: nam le-
ges distinguunt eas, per quod vna sit ciuilis, alia preto-
ria, vt. j. de perpe. ⁊ temp. act. §. j. ⁊ quod dicit Jaco. tene-
bitur duabus actionibus fur, quia primo tenebit̃ actio-
ne furti non manifesti. Dico ꝙ est verum ꝙ tenebitur,
quia illa actio furti non manifesti fingitur non nata, ex
quo fur deprehensus est in furto: sic dicitur vbi numero
pecuniam, ⁊ eam stipulor mihi reddi, illa pecunia nume-
rata fuit mihi obligatus est ex mutuo qd re cõtrahitur,
sed per stipulationem sequentem fingitur non nata, ⁊
agitur ex stipulatione tantum, non ex numeratione, ⁊
stipulatio non sequeretur, vel si sequatur inutilis ageret̃
ex mutuo, vt. ff. si cert. peta. l. certi condictio. §. quoniam.
licet quidam intelligant ꝙ ibi non est nata obligatio ex
numeratione. Dico ergo simpliciter hic ꝙ sit furtũ non
7 manifestum, ⁊ nascitur actio furti non manifesti: † si fa-
cta deprehensione efficitur fur manifestus, ⁊ tenet̃ furti
manifesti actione in quadruplum, ⁊ est pretoria, ⁊ pri-
ma ciuilis fingitur nunꝗ̃ fuisse nata. Quero de forma-
tione libelli, ⁊ est facilis, ⁊ ad hoc ꝙ competat actio fur-
ti, requiritur ꝙ habeat fur animum furandi: si enim ob
aliam causam surripitur, forte propter libidinem, vt in
meretrice, ancilla surrepta propter libidinis causam nõ
datur actio furti, vt. ff. de fur. l. verum. nam voluntas ⁊
propositum distinguũt maleficia, vt. ff. de furt. l. qui iniu-
rie. dicam sic s̃m Plac. qui requirit ꝙ sit deprehẽsus, vel
ꝙ rem surreptam dimiserit propter timorẽ occursionis.
8 ¶ † Dico contra te ꝙ surripuisti rem meam talem per
furtum, ⁊ anteꝗ̃ retulisses ad destinatum locum vna cũ
re deprehensus fuisti, vel propter timorẽ occursionis ti-
bi facte rem dimisisti: vnde peto te mihi condemnari in
quadruplum s̃m glos. Dico contra te ꝙ per furtum sur-
ripuisti talem rem meã, ⁊ fuisti visus vna cum re anteꝗ̃
detulisses ad locum destinatum: vnde peto te mihi con-
demnari in quadruplum. Secũdum illos qui dicunt ꝙ
exigitur occursus, dicet̃ furi fuisse occursum: sicut prius
dictum est de visu. Iste libellus probatur pluribus legi-
bus. j. eod. §. quadrupli. s. de obliga. que ex delic. §. vlt. ff.
de condic. fur. l. siue manifestus. in prin. ff. de fur. l. si quis
in seruitute. §. penul. ⁊ vlt. ⁊. l. seq. ¶ In furto non mani-
festo dicã sic: Dico contra te ꝙ tu surripuisti rem meam
mihi talem per furtũ, vnde peto duplum: arg. ff. de furt.
l. verum. ⁊. j. eod. §. duplum. ¶ Opponit glos. hic magis
punitur furtum manifestum ꝗ̃ non manifestum: primũ
in quadruplum, secundum in duplũ. Contra, magis pu-
nitur illud quod clam factum est, ꝗ̃ quod palã: vt. ff. de
administ. tut. l. non existimo. sic econtra. C. de sum. trinit.
9 l. nemo. Sol. † fur manifestus plus delinquit quia delin-
quit palam, quod est grauius ꝗ̃ clam: vt. ff. de rit. nup. l.
palam. ⁊ ideo plus punitur, vt arg. ff. de interd. ⁊ releg. l.
relegatorum. ad fin. sed adhuc remanet arg. Uerum est
ꝙ glo. bene dicit ꝙ plus delinquit, ⁊ sic plus puniendus
est fur manifestus: sed propter hoc non sequitur ꝙ palã
facta grauius punienda sint, ⁊ istud est brocardũ. Que-
dam iura dicunt clam facta magis puniri, vt. ff. de ad-
minist. tut. l. nõ ex mutuo. ff. de iure fis. l. non intelligitur.
in prin. quedam iura dicunt palam magis. C. de sum. tri-
nit. l. nemo. ff. de ritu nup. l. palam. ⁊ hic, nam plus delin-
quit palam ꝙ sit improbissimus fur, vt. s. vi bono. rap. §.
j. ¶ Doctores dicunt brocardum istud sic dissoluendũ,
⁊ glos. quandoqꝫ prosunt quedam facta que non habẽt
presumptionem delicti, vt recipere pecuniam mutuo, ⁊
tunc in eo casu quandoqꝫ presumitur dolus ex eo ꝙ fit
10 clam: vt † si tutor conuertat pecuniam pupilli palam in
vsus suos, non tenetur ad grauissimas penas, si clam,
presumitur fraudare pupillum, ⁊ tenetur ad grauissi-
mas: vt. ff. de administr. tut. l. non existimo. Item idem
in eo qui rogatus est restituere non capaci: si emi clam,
presumitur heres scire fraudem, si palam, presumitur
ignorare. ff. de iure fis. l. non intelligitur. ⁊ sic ex eo ꝙ non
habet factum suspicionẽ delicti, si fiat clam, presumitur
delictum, si palam, nõ, quia presumitur habere bonam
fidem. Quãdoqꝫ est factum tale qd habet in se suspicio-
nem delicti, vt disputare de fide: quia presumitur animo
peruertendi fidem facere, ⁊ ideo magis punitur palã. C.
de sum. trini. ⁊ si. catho. l. nemo. Item in adulterio, nam
tale factum habet suspicionem delicti, ⁊ ideo magis pu-
nitur palam, ꝗ̃ clam, quia illud quod reputatur delictũ
per presumptionem, non debet facere in publico, ne res
sit magis mali exempli alijs: nam sicut bona exempla in
iure admittuntur, vt. C. de precib. imper. offer. l. j. ita per
oppositum mala exempla repelluntur. C. de probatio. l.
exemplo. C. de emen. propin. l. vnica. vnde cum tale factũ
est ex quo presumitur delictũ, magis punitur palam. ff.
de ritu nupt. l. palam. sed si factum esset tale ex quo deli-
ctum non presumitur, non magis punitur clam ꝗ̃ pa-
11 lam. Et ideo gl. no. alibi † ꝙ si quis contrahat cum con-
sanguinea sua: delinquit si scienter contrahat. Pone,
certum est ꝙ est consanguinea, ⁊ ꝙ ipse bene scit suam
consanguineam, contrahit cum ea, glos. dicit ꝙ magis
punietur palam ꝗ̃ clam, qr istud factum habet suspicio-
nem delicti: sic not. glos. ff. de ritu nupt. l. vlti. ⁊ sic intelli-
gitur. s. vi bono. rapt. §. j. Sed s̃m hoc contra, raptor est
improbissimus fur, vt. s. vi bono. rapt. §. j. ⁊ facit palam,
ita etiam ꝙ habet animum palam faciendi, vt no. glos.
s. vi bono. rap. in princip. ⁊ tamen minus punitur ꝗ̃ fur
manifestus: quia in quadruplum ⁊ vnum simplum est
rei persecutio, sed furtum manifestum ad quadruplũ,
qd est tota pena. s. de oblig. que ex delic. §. vlti. ⁊ hic ⁊. s.
vi bono. rapt. §. j. Sol. imo magis, quia certũ est ꝙ plus
punitur ꝗ̃ fur non manifestus: quia solum pro pena te-
netur in duplum: raptor autẽ in triplũ pro pena. Item
si sit raptor deprehensus, adhuc magis tenetur, actione
scilicet vi bonorum raptorũ tenetur, ⁊ actione furti ma-
nifesti: vt. s. de furt. l. si quis ex domo. aut non est depre-

hensus in

hensus in rapina, & tunc non tantum delinquit: aut est deprehensus, & plus punitur, quia actione vi bonorum raptorum tenetur, & actione furti manifesti, vt.ff.vi bo. rapto.l.j. Item in hoc, quia facilius probatur q fit raptor, q q sit fur manifestus: quia oportet probare in fure q fuit occursum, & q fuit deprehensus, sed non sic in
12 raptore. Formatur sic libellus: ¶ Dico cotra te † q tu rapuisti mihi talem rem meam, & designabo vt melius potero. Item peto te mihi codemnari in quadruplum. Iuxta hoc querit dominus meus. Pone, surripitur mihi res mea, habeo aliquem suspectum q ipse habet in domo sua, vnde volo vt permittat me querere rem meam in domo: nunqd cogetur pati q ego requiram eam in domo sua? Quidam dicunt q sic: sicut datur potestas requirendi seruum fugitiuum, vt.C.de seruis fugiti.l.ij. & ff.de ser.fugiti.l.j.§.hoc autem senatusconsultum. Item dico, si habeo pecuniam absconditam in fundo vicini, possum agere ad exhibendum vt ipse patiatur me auferre pecuniam meam & requirere, dumtamen iurauero q animo calumniandi non quero hic: vt.ff.ad exhibend.l. thesaurus. Doctores dicunt q no inuenitur cocessum, bene concederent q in fundo rustico posset bene requirere pecuniam absconditam, vt.ff.ad exhiben.l.thesaurus. sed in predio vrbano & in domo non concederent q
13 possint: nam † differentia est q in rusticis predijs inuecta & illata sunt demum locatori obligata si ipse sciuerit hoc scilicet illata esse in fundo locato, non si ignorauerit. Et est ratio, quia potest locator accedere & videre q sunt res que inferuntur, quia in istis predijs non inferuntur res quas conductor non velit cuilibet apparere, cum rusticitas omnia palam habeat, sed aliud est in predijs vrbanis: cum enim permissum est locatori accedere ad domum conductam, & videre que res inferuntur, quia plerunq isti inquilini important res quas non vellent sciri ab alijs. Et propterea graue est & iniquum paupertatem rei familiaris detegere, & auaris patere diuitias. C.qn & quib.quar.pars in bonis decurionis.l.ij. & ideo quia dominus vel locator non potest accedere ad domum vt videat que res inferuntur, lex prouidit locatori domus vt ipso ignorante inuecta & illata essent tacite obligata: vt C.locati & conduc.l.certi iuris est. vnde ratione eius dicunt doctores q no permittitur requirere rem in domo vel predio vrbano, sicut non permittitur locatori accede
14 re ad domum vt videat inuecta & illata. † Unde pro re surrepta no permittitur inquirere, in domo nisi sit suspectus ille in cuius domo petitur fieri inquisitio, sed specia le est in seruo q permittitur fieri inquisitio, vt seruus requiratur & reducatur: nam seruus dignissima creatura est, vt.ff.de edil.edic.l.iustissime. & ideo propter eius dignitatem permittitur, secus in alijs rebus, vnde corpora hominum sunt preferenda rebus. C.de sacrosan.eccl. l.sancimus. ¶ Dominus meus adducit quandam legem que facit in procuratore metallorum, dicit q metalla sunt in domo alicuius: nunquid ad denunciationem eius debet admitti vt querantur metalla in illa domo? Lex dicit q non, ergo a simili non permittitur inquiri res surrepta in domo vicini: pro hoc inducut legem. C.de metal. & me. & procur.eoru.l.vlti.lib.xj. sed illa lex nihil facit, quia ibi dicitur q non permittitur inquirere metalla in domibus. Sequitur ratio: nulla lege coteruntur domus, sed hic si perquireretur res, non propter hoc contererentur fundamenta domus, & sic nihil facit: quonia ibi permittitur denunciare metalla ne subuertatur domus. Quidam distinguunt, & hoc concedunt doctores, aut ille, in cuius domo petitur fieri inquisitio est suspectus q res sit in domo sua, & tunc permittitur, al's non permittitur: sic intelligunt arg.ff.qui satisda.cog.l.si fideiussor.§.vlti. & C.de his qui ad eccle.confug.l.presenti. §.sicubi. & eque bene vel melius.l.quauis.ff.ad le.rho.de
15 iactu. ¶ Iuxta hoc querit dominus meus. † Pone, fur accusatur de furto criminaliter, accusator probat crimen furti, iudex condemnat eum in crimine furti, qd potest, quia potest accusari criminaliter: vt.ff.de furt.l.vlt. Iudex pretextu huius quod probatum est in criminali vult ipsum reum in criminali condemnatum codemnare in ciuili: querit dominus meus, nunquid possit? Quidam dicunt q sic, quia sententia habetur pro veritate: vt.ff. de regu.iur.l.res iudicata. & sententia dixit q comiserat furtu, & sic sm hoc iudex possit eum punire in pena pecuniaria. Dico contra q iudex non debet condemnare in alio q petitum sit: vt.ff.coi diuidi.l.vt fundus. C.de fideico.liber.l.vlti. cum ergo non sit petita pena pecuniaria, non poterit eum condemnare. Nec obst. quia sententia lata est contra reum in criminali: quia forte melius se defenderet in ciuili, inuenit probationes suas, quas tuc non habebat. Item forte iudex codemnauit eum in criminali, & habebit iudicem bonum qui iudicabit, eu absoluet, & ideo non debet condemnari in pena ciuili, cum possit habere bonam defensionem: argu.ff.ad lege iul. de adulter.l.denunciasse.§.expectabit. ¶ Sequitur vi
16 dere de lege Aquilia, † & lex Aquilia competit hero, id est domino directa: vt.ff.ad legem aquil.l.item mela.§.legis. & ideo lex dicit q actio.l.Aquilie non datur homini libero pro damno dato in corpore suo: hoc est verum, directa, sed vtilis datur, vt.ff.ad leg.aquil.l.homo liber. in princi. Item vtilis datur vsufructuario qui est quasi dominus. Item illis qui habent ius in re: vt.ff.ad legem aquil.l.item mela.§.vlti. & in.l.aquilia. venit dolus & lata culpa, leuis & leuissima, vt.ff.ad leg.aquil.l.lege Aquilia. vnde competit pro damno dato iniuria, id est non iure, etiam si leuissima culpa datur: si autem erat aliquis pro perito & per imperitiam dedit damnum ipse tenetur, qr imperitia culpe adnumeratur, vt si quis dicat se medicum, & det malum medicametum, vt.s.ad leg.aquil.§.j. & in princi. & §.preterea. & §.imperitia.ff.de regu.iuris.l. imperitia.ff.loca.l.si quis fundum. & §.Celsus. & §.si quis vitulos. & ff.de suspec.tuto.l.tutor quoq.§.vlt. Tenetur igitur si det damnum iniuria, id est non iure, secus si iure: vt.ff.ad leg.aquil.l.iij. & l.v.§.iniuria occidere &c. Item requiritur q cosumatur non ad vsum ad quem illa res destinata est: vt.ff.ad legem aquil.l.si seruus.§.si oliuam.
17 ¶ Ecce vnum de quo dubito. † Pone, quadoq datur damnu de corpore in corpus, & tunc datur directa legis Aquilie actio, al's non, vt si quis occidit hominem, vel al's eum proijciendo in aqua et suffocatus sit, gladio occidit: quia dat damnum de corpore suo in corpus hominis, tenetur directa actione.l.Aquilie.ff.ad leg.aquil. l.si seruus alienus.§. si quis alienum seruum. & ff.ad legem aquiliam.l.qua actione.§.penul. Quandoq datur damnum de non corpore in corpus, vt si inclusi pecora tua, & fame perierunt, vel si persuasi seruo vt arborem ascenderet, & ipse precipitatus est, vel vt descenderet in puteum persuasi: non enim de istis do damnum de corpore meo, sed quia ego do occasione damni, teneor vtili Aquilie, vt.ff.ad lege aquil.l.qui occidit.§.in hac quoq actione. & etiam cum ista datur in factum, que cum ea currit, quia vtraq datur ex equitate, & ideo se compatiuntur, vt.ff.ad leg.aquil.l.item si obstetrix.§.si quis hominem. Item quandoq datur damnum in no corpus: vt cum tu teneres numos ego percussi te super manum, & sic excussi nummos de manu, & perierunt, quia ceciderunt in aqua, cum nos essemus supra aquam, dedi damnum de corpore meo excutiendo numos. Item dedi in non corpus, non propter hoc perierunt nummi in se, quia sunt in aqua, sed cu deficit tibi pecunia ac si perijsset in totum, ideoq damnificatus es in pecunia amissa competit vtilis actio legis Aquilie, vt.ff.ad leg.aquil.l.si seruus seruum.§.si quis de manu. & in istis duobus casibus datur actio in factum: quia ibi competit vtilis in factum, vt.ff.ad legem aquil.l.quemadmodum. & ff.vi bono.rap.l.ij.§.si publicanus. & no.glos.C.ad leg.aquil. l.de pecoribus. & actio in factu habet eam naturam que in ista, vt in auf. vt cum de appella.cogno.§.hoc quoq
18 studium.ad fi. † Item quandoq datur damnum de no corpore in non corpus: vt si vicinus habeat seruum ligatum, quia erat seruus fugitiuus, & ego ductus misericordia dissolui eum, & ipse fugit, non compeiit actio legis Aquilie directa, quia no est datum damnum de corpore in corpus, vel econtra, de corpore in non corpus: sed quia dedi damnum per hoc q ego dissolui copetit actio

in factum subsidiaria actionis legis Aquilie, nec datur
vtilis.s.ad legē aquil.§.vlti. ⁊.ff.ad legē aquil.l.si seruus
seruum.§.j.vnde fui in culpa, ꝙ fui ita misericors, quia
debui cogitare ꝙ erat compeditus ad custodiendum, si
autem sine misericordia soluissem propter dolū teneor
actione furti, vt.ff.de dolo.l.⁊ eleganter.§.idem Labeo.
⁊ certe istud exemplum in.l.ponitur, vt.s.ad legē aquil.
§.vlti.⁊ de hoc ibi notat̃. Itē actio legis Aquilie habet
duo capita, primū ⁊ tertiū: scdm recessit ab aula. Ex pri-
mo capite agit̃ ꝑ hoie vel quadrupede vel numero peco
rum, sicut expsse etiā habet̃ ratio ex primo capite quāti
pluris fuit anno retro a tempore damni dati: vt hic ⁊.s.
ad leg.aquil.in prin. ex tertio autē capite agūt, si homo
sit vulneratus, vel al's que congregatim pascūtur in nu
mero pecorum sunt. Itē ꝙ omni dāno alio contingente
per culpam, ⁊ fit in tertio capite estimatio damni quan-
ti plurimi res fuerit a tēpore.xxx. dierum retro, quo da-
num est datum: vt.s.ad legē aquil.§.illud palam. Item
in vtroqꝫ capite crescit per inficiationē: vt hic ⁊.C.ad le.
19 aquil.l.contra negantem. Sed pone† ꝙ vsufructuarius
agit ex primo capite pro seruo vsufructuario occiso: nū
quid ille seruus estimabitur quanti plurimi fuit anno re
tro, ⁊ adiudicabit̃ totus vsufructuario? Verbi gratia:
Titius habet seruum vsufructuarium qui modo totus
valet centum solid. Parit̃. anno retro valuit.xx.lib. Pa
rit̃. Meuius istum seruum occidit iniuria, ⁊ sic vtilis a-
ctio legis Aquilie competit Titio vsufructuario: quero
ergo nunquid Meuius condemnabitur quāti plurimi
fuit anno retro iste seruus, ⁊ sic iste in.xx.libr. Parit̃. vsu
fructuario? Dico ꝙ non, nam pena nō debet egredi de-
lictum: vt.C.de penis.l.sancimus.sed contra vsufructua
rium non delinquit nisi in eo ꝙ potuisset ipsum grauas-
se eo tempore occidendo quanti plurimi fuit, ⁊ in eo ipso
quando seruus erat maioris pretij non ledetur nisi in
vsufructu quem amisit per mortem serui.s. de vsufru.§.
finitur. Estimatur ergo seruus quanti plurimi valuisset
anno retro, nā aliter si aduocaretur, tota estimatio ser-
ui quāti plurimi fuerit ille seruus, iste vsumfructum ha-
beret in quātum dominus pleno iure, quod est inconue-
niens, quoniā minus habet, ⁊ sic sua minus interest ser-
uum non occidi: arg.ff.de verb.oblig.l. qui vsumfructū.
Unde dico ꝙ fiet estimatio serui quanti plurimi fuit: po
ne.xx.libr.estimabitur ius vsufructuarij, quod forte illo
tempore valuisset.x.libr.condēnabitur Meuius ipsi Ti-
tio ⁊ domino proprietario in alijs.x.lib.⁊ sic ius vtriusqꝫ
estimetur vt non plus faciat proprietarius nudus ⁊ vsu
fructuarius q̄ solus dominus pleno iure, quia ipse ha-
bet proprietatem ⁊ vsumfructum casualem, licet nō for-
malem: vt.ff.si vsuf.pet.l.vti frui. ⁊ cum duo iura occur
runt in eadem persona, cēsentur ac si essent in diuersis,
vt.ff.si cer.peta.l.singularia.ff.de his quib.vt indig.l.tu-
torem.sic enim fit estimatio iuris qd quis habet.s.vi bo.
rapt.§.vlt. ff.quod met.cau.l.si mulier.§.qui possessionē.
20 ⁊ idem est in tertio capite.† Item ille qui agit si vult po-
test estimare damnum, ⁊ petere certum, tātum dicet sic:
Dico ego Titius contra Meuium ꝙ ipse occidit seruū
pleno iure, ⁊ per iniuriam suam: quia seruus valuit in
anno retro occisionis facte.xx.libr. Parit̃. vnde peto
ipsum condemnari in.xx.libr. Parit̃. ⁊ si neget se istud
damnū dedisse mihi, peto ipsum in duplum condemna-
ri. Usufructuarius sic: Dico cōtra Meuium ꝙ ipse per
iniuriam occidit seruum talem, ⁊ designabitur, in quo
habebam vsumfructum tempore quo occidit, vnde pe-
to ipsum mihi cōdemnari quanti vsusfructus meus va-
luit facta estimatione serui quāti pluris fuit anno retro
a tempore occisionis: ⁊ idē dicitur in tertio capite preter
hoc solum qd proponitur de anno retro, at hic de.xxx.
diebus. Item in primo venit animal occisum quod nu-
mero pecorum sit: sed in tertio capite venit damnum
quodcunqꝫ aliud. Sequitur: ¶ Item mista ⁊c. vbi tra-
ctat de actione ex testamento, ⁊ multum bene prosequit̃
21 glos. ista, † actio ex testamēto competit contra quēcūqꝫ
qui potest grauari ex testamento vt prestet legata vel fi-
decōmissa pecuniaria: vt.C.de fideicommis.l.ab eo.ff.de
leg.l.plane.§.vlti. codicilli ad instar testamentorum sunt
redacti.ff.de iur.codicil.l.ij. ⁊ no.glos.s.de codicil.§.vlt.
¶ Tertium caput est, quia vtilis ex testamento compe-
tit contra eum, qui omittit adire ex testamēto, ⁊ adit ab
intestato, ⁊ sic directa non habet locum: quoniam he-
reditas non aditur ex illo testamento, ⁊ sic reputatur
intestatus, vt.s.de hered.ab intest.in princip.sed quia in
fraudem legatorum adiuit tenetur vtili ex testamento,
vt.ff.si quis omis.cau.testa.l.j.§.j. ¶ Item habet quartū
caput, quia vbi rogatur vt alicui vel alij restituat, vt exe
cutor habeat actionem in factum ad petendum lega-
tum: vt not.C.de sacrosanc.eccles.l.illud.⁊.C.de episco.⁊
cle.l.nulli licere.⁊.ff.de leg.ij.l.si quis Titio. ¶ Dicit hic
ꝙ si relictum venerabilibus locis nō soluatur: si ille qui
debet faciat se vocari ad iudicium, tenetur in duplum,
⁊ propter hoc dicitur mista. Item datur in duplum cō-
tra inficiantem: in simplum vero contra confitentem.
¶ Glossa querit hic plures questiones, ⁊ sunt faciles.
22 Pone, quid si ille tenet̃ venerabilibus locis.† Itē pone,
quid si ille qui tenetur ad legatum primo negat aliquid
esse legatū, deinde cōfitetur. Quidam dicunt ꝙ tenetur
in duplū, nec penitentia sua propter hoc ꝙ confitet̃ desi
net esse nocēs: vt.ff.de furt.l.qui ea mente.ff.de edil.edic.
l.quis sit fugitiuus.§.j. Glos.dicit ꝙ imo nō, nam etiam
primo habebat probare sibi fuisse relictum, ⁊ modo re-
leuatur per confessionem aduersarij ab onere proban-
di, ergo grauatur vt non petat duplum, sed simplum,
iuxta illud: qui in vno grauatur in alio releuatur, vt.ff.
de iureiurā.l.eum qui. Glos.intelligit multum genera-
liter: bene facit illa quantum ad casum istum, quia sicut
ista dant contra cōfitentem in simplum, contra negan-
tem in duplum, sic ⁊ ibi, argu.C.ad legem aquil.l.contra
negantē.⁊ tamen illa lex dicit, si actor releuetur ab one-
re probandi. Sed pone ꝙ actor nō curat de sua cōfessio-
ne, ⁊ non vult se iuuare ex ea: quia habet testes vel in-
strumēta per quos probet. Dico ꝙ petet duplum, q: nō
releuatur per confessionem, nec habet locū regula, qui
in vno grauatur, in alio releuetur, quia non releuatur
per confessionem, quoniam de ea nō curat: sic intelligo.
ff.de iureiurand.l.eum qui.in princi.⁊.ij.respon.nec hec
negat lex illa. ¶ Quid si primo confitetur ⁊ secundo ne-
gat? Et dicit glos.tenetur in duplū, q: vltima mora no-
cet.ff.de pericu.⁊ commo.rei vend.l.illud.dico aut eccle-
sia iuuatur ex prima confessione, ⁊ non petet duplum:
aut non, sed aliunde probat, ⁊ petet duplum: arg.dicte
23 legis.ff.de iureiuran.l.eum qui. ¶ Querit glos. † heres
non inficiatur relictum, sed dicit ꝙ testamentum nō va
let, vel aliam rationabilem causam allegat, ⁊ sic differt
soluere: nunquid tenetur in duplum? Quidam dicunt
ꝙ sic, ne per hoc excogitetur via per quā negantes exer
cent suam malitiam: arg.s.vi bono.rapt.§.quia tamen.
Glos.tenet cōtra, ⁊ bene credo si habet iustam causam
credendi qd non debet, ꝙ non punietur: vt.ff.si cer.peta.
l.quod te.⁊.ff.de vsur.l.sciendum.⁊.l.si quis solutionem.
nō tenetur ergo in duplum, nisi causa probetur iniusta.
¶ Querit glos.nunquid istud intelligatur tam de gene
rali fideicommisso, vel legato, q̄ de speciali? Dico ꝙ sic,
quoniam vtrūqꝫ appellatione legati vel fideicōmissi con
tinetur: vt.s.de fideicōmis.hered.§.vlt.⁊.C.de fideicom-
miss.l.vlti. ¶ Querit gloss.non potest soluere ille qui te-
netur ad legatum, negat legatum, ⁊ sic tenetur in du-
plum, quid erit? Dicit glos.punit̃ in corpore, ⁊ ista est re-
gula: vt qui nō potest in pecunia, luat in corpore.ff.de pe
nis.l.j.§.generaliter.⁊.C.de seruis fugi. l.quicunqꝫ.ff.de
in ius voc.l.vlti. ¶ Hic dicitur: si ille qui tenetur ad lega
tum venerabili loco, patiatur se vocari in iudicium, pu-
24 nitur in duplum. Pone, † ecclesia non petit, sed debitor
cum posset non soluit: nūquid tenetur in duplum? Qui-
dam dicunt ꝙ sic: quia fuit in mora, ⁊ sic delinquit in so-
lutione facienda, ⁊ ideo duplicatur. Glos.dicit contra,
quia hic dicitur, si distulerit dare vsqueadeo vt vocetur
in iudicium, ⁊ pene sunt molliende.ff.de penis.l.interpre-
tatione: quid ergo fiet? Dicit glo.in istis relictis ad pias
causas vsure current, ⁊ fructus debentur a tēpore more,
⁊ cōmittitur mora re ipsa in istis relictis sine interpella-
tione facta ab homine, quia debent statim soluere quod
possunt:

possunt: vnde currūt vsure ⁊ fructus ad instar minorū. C.in quib.cau.resti.non est neces.l.in minorum persona. quia ecclesia minori comparatur. Si sit relictum alicui priuato, vsure non currunt re ipsa, sed post lit.contest. sic intelligit glos.C.de vsur.⁊ fruct.leg.l.j. ¶Dico contra, quia legata quātum ad hoc haberent instar bone fidei, vt.C.in quib.cau.rest.non est neces.l.in minorum.⁊ in iudicio bone fidei veniunt vsure post moram lite nondum contestata: vt.ff.de lega.ij.l.titia.§.vsuras. sic intelligo.C.
25 de vsur.rei iud.l.j. ¶† Item quid si relictū sit fisco vel rei publice: nunquid committatur ista pena? Et videtur ꝙ sic, quia respublica est similis ecclesie: vt.C.de sacrosanc. eccle.l.vlt.in auc.de nō alie.aut pmu.reb.ecc.§.si minus. Glos.dicit cōtra, quia licet quo ad quedam respublica ⁊ ius diuinum sint similia, tamen in multis differunt: ⁊ ideo cum pene sint molliende, nō extenditur ad rempublicam vel ad fiscum.ff.de penis.l.interpretatione. Item quid si in redemptione captiuorum? Videtur ꝙ idē qđ in ecclesia: quia rei venerabili relictum. Glos. tenet contra: quia pene sunt restringende. Certe credo idem dicendum, cum sint fauorabiliores isti captiui ꝙ ecclesia: vt argu. C.de sacrosanc.eccle.l.sancimus. quia anima prefertur ceteris rebus, vt ibi. ¶Item dicit, quid si deo sit relictum vel vni sanctorum: vt sancto Martino. Dico
26 ꝙ debetur, quia † cum relinquitur deo, debetur maiori ecclesie: si vni sanctorum vt sancto Martino, si sint plures sancti Martini in villa illa in qua fit testamentū, debetur pauperiori.C.de episc.⁊ cleri.l.id quod pauperibus. si tamen vnus sit in ecclesia sancti Martini, ibi debetur si nulla sit maior ecclesia, ⁊ sic semp reperit̄ relictū in ministeriū ecclesie, ⁊ sic venerabile, ⁊ sic haberet locū iste.§. Item mista, nam relictū sacerdoti, intelligitur relictum ecclesie: vt.ff.de ann.leg.l.annua.§.Attia. Venerabilia loca sunt que enumerantur.C.de sacrosanc.eccle.l. illud.⁊ auc.de non alie.reb.eccle.§.nos igitur.⁊ de eccle.
27 tit.§.fin autē. ¶Est igitur † priuilegium istorum venerabilium locorum ꝙ vsure currant ex mora, etiam ante lit.cōtest. sed idem dico in alijs. Item est priuilegium: vt si negetur relictū eis, petitur duplū, vt hic. Item tertiū est, ꝙ si sit solutū indebitum ecclesie vel venerabili loco, qđ nō repetitur.s.de ob.ex quasi cōtrac.in fi.licet videat̄ inconueniens ꝙ ecclesia locupletetur cū aliena iactura: vt.ff.de cōdic.inde.l.nam natura. ¶Formatur sic libel-
28 lus, dicet administrator ecclesie: Dico † ego Titius administrator ecclesie sancte crucis Aurel̄. nomine dicte ecclesie, ꝙ Meuius reliquit Sempronio sancte crucis quinquaginta libr. Parisi. vel alicui rem que erat legata, qđ potuit facere, quasi dictū Semproniū honorasset taliter. Sic ab eo relinqui poterit istud legatum: peto ecclesie nomine dicte ꝙ Titius soluat mihi nomine eccl'ie legatū, ⁊ si negauerit legatum esse, vel distulerit soluere quousqꝫ vocatus erit in ius, peto nomine ecclesie ipsum in duplum condemnari: probatur hoc.C.de fideicō.l.ab eo.⁊.ff.de leg.j.l.plane.§.vlti. Vel si iā vocatus est in ius anteꝙ detur libellus dicet sic: quia legatum relictū ecclesie sancte crucis distulisti soluere, ⁊ super hoc passus es te ad iudicium vocari, peto nomine ecclesie duplū: vnde anteꝙ veniat in ius petetur condemnari in duplum si differat soluere quousqꝫ vocatus sit, ⁊ admittatur talis libellus, quia ordinatur ad legatum tale, vt dicitur.C.loca.⁊ conduc.l.conductores.

Summarium.

1 Actiones miste in rem ⁊ in personam, ⁊ ob id mistam habentes causam, que sint.
2 Hereditas ideo diuidi nō potest, quia incorporalis quedam res est.
3 Mista actio dr̄, que duorū diuersorū naturā in se cōtinet.
4 Familie herciscunde actio ad dandum ⁊ tradēdum cōpetit in rebus que diuidi possunt.
5 Actio finium regūdorum ⁊ ad prestationes ⁊ etiam ad traditiones competit.
6 Actiones personales, ⁊ que in rem ⁊ personam miste sunt, annos durant triginta.
7 Actio finium regūdorum pro quibus rebus locum habere dicatur.
8 Actiones miste que sunt, ⁊ quare sic dicantur.
9 Actio noxalis an sit personalis.
Actio ex vendito vēditori, ⁊ ex empto cōpetit emptori.
10 Actio ex vendito cōpetere potest ex quinqꝫ capitibus.
11 Actio noxalis ad repetendum, vbi contractus ipso iure nullus fuit.
12 Vsure pretij non soluti iure canonico possunt peti.
13 Expense facte in re vēdita repetunt̄ p actionē ex vēdito.
14 Actio ex empto emptori competit contra venditorem varijs ex causis.
Venditor tradens rem vitiosam de omni interesse tenetur emptori.
15 Emptor actiōe ex ēpto petere pt sibi de euictiōe caueri.
16 Arre nō loco pretij date repeti possunt ex empto actiōe.
17 Emens rem vitiosam a vēditore vitium ignorante qua releuetur actione.
18 Venditor qui emptorem induxit ad pluris emendum, tenetur restituere.
19 Emptor qualiter formet libellum contra venditorē qui non tradit rem quam vendidit.
20 Libellus quando sub alternatione sit formandus.
21 Actor nō tenetur alternatiue petitionē suā proponere.
22 Actio prima non tollitur, nisi expresse actū sit vt tollat̄.
23 Libellus ꝯm naturam obligationis est concipiendus.
Posse facere is dicitur, qui quod poscit, facere potest.

Quedam actiones. ¶Supra dictum est de actionibus mistis, aut eis que competūt tam ad rem ꝙ ad penam, ⁊ quia quedam sunt actiones miste, nō ad penam ⁊ ad rem, sed quia competunt tam in rem ꝙ in personam, ideo subijcit de his: sunt ergo quedam actio-
1 nes, que habent mistam causam, ⁊ † sunt iste, familie herciscunde act.⁊ cōmuni diuidundo. Item si regitur mista est in rem ⁊ in personam que competit inter eos qui habent agros confines, ⁊ in his tribus iudicijs permittitur iudici ex bono ⁊ equo adiudicare rem, ⁊ si alia pars grauetur, iudex in certa pecunia eidem partem cui fecit adiudicationem condemnare: hoc dicit vsqꝫ ad.§.omnes autem actiones. Nota hic loquitur de alia mistione ꝙ.s.in.§.sequens. qꝛ ibi loquitur propter rem ⁊ penam: nos loquimur hic de mistione propter hoc ꝙ iste actiones competunt ad dādum, ⁊ sic in personam, ⁊ ad tradendum, ⁊ sic in rem. ¶Litera ista infert: nam dicitur igitur, ⁊ non multum bene sequitur ad precedentia, vnde potest poni inceptiue ⁊ non illatiue, ⁊ sic non habebit respectum ad precedentia: vel si vis dicere ꝙ ponitur illatiue, continua sic: Supra dictum est de mistione actionum tam in rem ꝙ in personam, ideo subijcitur de huiusmodi mistione. ¶Dicit glos.hic ponitur tertium membrum diuisionis posite.s.eo.§.j.nam ibi dicitur ꝙ omnes actiones sunt aut in rem, aut in personā tantū: quia aut sunt in rem tantū, bene quidem, aut in personam tm̄, aut miste. Si miste, aut cōpetunt ad rem, ⁊ sunt in illo casu reales, aut ad pstationes.s.ad dādū, ⁊
2 nō ad hoc creatis his verbis, † qm̄ hereditas nō potest diuidi, qꝛ ea sunt diuisibilia, q̄ sunt tangibilia, ⁊ hereditas nō potest tāgi per naturā, cū sit ius, ⁊ sic res incorporalis: qđ not.s.e.de re.cor.⁊ incor.§.incorporales. Sed tamen licet hereditas sit ius incorporale, tamē plures res cōtinet corporales tāgibiles, que possunt diuidi, vt fundos, domos, ⁊ similia: vt.s.de re.cor.⁊ incor.§.j.⁊ ideo p hereditate diuidenda intelligas.i.hereditarijs diuidendis, ⁊ sic exponit̄.ff.fami.hercis.l.j.in prin. sic dicitur petitio hereditatis cōpetit heredi.ff.de peti.hered.l.j.petitio hereditatis, id est, rerū hereditariarū, vt.ff.de peti.here. l.regulariter. ¶Dicit gl.bene dicit familie herciscūde: familia enim multis modis sumitur, ⁊ in vna sui significatione familia accipit̄ p hereditate.ff.de verb.sig.l.pronunciatio.§.familie. ¶Itē hercisco herciscis, idē est ꝙ diuido dis.⁊ ideo dicitur, familie herciscūde actio, id est actio hereditatis diuidende: ⁊ est antiqua grammati-

ca herciſcunde, vnde familie herciſcunde, id eſt heredi-
tatis diuidende, intelligēde, id eſt rerum hereditarium.
3 Quare dicuntur miſte. Illud † dicitur miſtum, qđ ha-
bet naturam duorum diuerſorum, ſic eſt in iſtis actioni-
bus miſtis: nam competunt perſonaliter ad dandum, ꝛ
ſic ille qui dat, tenetur facere accipientis. ſ. §. ſic itaq̄ꝫ. ꝛ
ſic habent naturam perſonalium. Competunt etiam
ad tradendum, quia cōpetunt coheredi ad res corpora-
les: petitq̄ꝫ partem rerum corporalium ſibi tradi ꝛ aſſi-
gnari, non dari, quia iam habet dominium, dicit gloſ. ꝛ
ideo dicitur realis quātum ad hoc. Item dicitur perſo-
nalis, q2 ſi vnus percipit fructus ſolus ꝛ bona fide, forte
ſe credens ſolum heredem, fecit fructus ſuos: tamen co-
heres poteſt petere, ꝛ ſic eſt perſonalis, quia petit ſibi da
ri. Item ſi vnus facit impenſas ſolus, ipſe petit ſibi ſolui
expēſas pro parte a coherede ſuo, ꝛ ſic ſm hoc eſt perſo-
nalis: vt. ſ. de obli. que ex quaſi contra. §. item. ꝛ propter
hoc dicit lex: Familie herciſcunde iudicium conſiſtit ex
duobus, ex preſtationibus, ꝛ ex rebus, ꝛ ſic eſt realis, ꝛ
preſtationibus que ſunt perſonales, vt. ff. famil. herciſ. l.
item labeo. §. familie. ꝛ. l. his conſequenter. §. ſumptus. ꝛ
§. Celſus autem. Sed non eſt neceſſarium querere extra
4 nea exempla, quia † cum res corporales diuiduntur, in
illis rebus cōpetit actio familie herciſcunde ꝛ ad dan-
dum ꝛ ad tradendum: nam cum duo habent aliquam
rem per indiuiſionem, non poteſt ſignari aliqua pars
diuiſa in qua quilibet non habeat partem. Pone ergo
Titium ꝛ Meuium coheredes huius hereditatis diui-
dentes res corporales, Titio ſignatur media pars, ꝛ
Meuio alia pars media, ante diuiſionē Titius in parte
quam Meuius habebat partem idem Meuius in par-
te quā modo habet, quedam pars iure ſuo, id eſt quaſi
ſua, quia in illa parte quā modo habebat partem data
fuit pars ſibi quaſi ſua: item quia in illa parte Meuius
habuit partem, data fuit pars a Meuio, habuit ergo
Titius illam partem quā habet modo partem ex perſo
na ſua, ꝛ quantum ad illam non competit ad dandum,
nam illa pars per diuiſionem fuit facta Titij, ſi erant
veri coheredes, ꝛ idem eſt in perſona Meuij. Competit
ergo ad dandum ꝛ tradendum in qualibet re corporali
hereditaria, quam non eſt ſignare pro diuiſione in qua
quilibet non habeat partem: vt. ff. de rei ven. l. Pompo-
nius. ꝛ ideo quia Titius dat partem Meuio, dat partē
Titio, dicitur quedā permutatio, ꝛ agitur preſcriptis
verbis vbi aliquid eſt faciendum, vt. ff. famil. herciſ. l. his
conſequenter. §. ſed ꝛ cum monumentum. ꝛ in diuiſione
iſta, que fit rerum corporalium. Tertio ſemper eſt miſta
actu ꝛ aptitudine: quia quilibet partem a ſe ꝛ partem a
ſocio, ꝛ ſic pars quam habet a ſe ſibi traditur, ꝛ ſic in rē,
ſed quia pars quā habet a ſocio ſibi datur, ꝛ ſic in per-
ſonam: vt. ſ. eo. §. j. ꝛ eadē habet locū in actione cōmuni
diuidundo, vt. ff. cōi diuidun. l. per hoc iudicium. §. ſicut
autem, quando res aliqua eſt cōmunis duorum ſine cō-
tractu ſocietatis, quia tūc haberet locū actio pro ſocio,
5 vt. ſ. de oblig. que ex quaſi cōtrac. §. itē. Et idem † eſt in
finium regūdorum actione, quia cōpetit ꝛ ad preſtatio-
nes, ꝛ ad traditiones, vt. ff. finiū regun. l. j. eſt perſonalis,
ſed ſequitur, vt. ff. fin. reg. l. j. ſunt ergo miſte iſte actiones
quāto tēpore durant: ꝛ q2 actioni nondū nate nō preſcri
bitur, quero quando naſcitur. Dicit Mar. naſcitur ꝛ
cōpetit cum ille qui habet hereditatē cōmunē vel rem,
ꝛ poſſit diuidere, tunc naſcitur: vt. ſ. de obl. que ex quaſi
contrac. §. item ſi inter aliquos. ꝛ. §. item is. ꝛ eſt effectus
quando naſcitur, quia actioni nondum date nō currit
preſcriptio, vt. ff. de preſcrip. xxx. vel. xl. an. l. cum notiſſi-
mi. §. in his. ſi ergo naſcatur ex voluntate non currit
preſcriptio, niſi demū cum voluit diuidere. Unde pone
ꝙ duo fratres habent hereditatem patris vel alterius
cōem per quadraginta annos, ſi nunq̄ voluerint diui-
dere, poterunt diuidere, q2 adhuc nō currit preſcriptio,
ꝛ poterunt agere familie herciſcunde iudicio: ſed ſi nos
dicamus ꝙ naſcitur ex quaſi contractu, qui fuit in cō-
munitate, non poſſent diuidere, cum per tantū tempus
omne ius tollitur, vt. C. de preſcrip. xxx. an. l. ſicut in rem.
ꝛ. l. omnes. vnde magna eſt differentia vtrū naſcatur ex
6 voluntate vel ex contractu. ¶ † Quero quāto tempore
durat. Dico ꝙ iſte ſunt pſonales: vnde magis inſpecta
perſonalitate q̄ realitate durant tanto tempore quāto
durant perſonales, ꝛ ideo durant triginta annos. C. de
an. except. l. j. §. ad hoc. ſic enim dicitur petitio heredita-
tis, vt. C. de peti. heredi. l. hereditatis. Si ergo duo ſtete-
runt in cōmunione per. xxx. an. nō poterunt poſtea diui
dere vnus alio inuito: arg. C. de an. except. l. j. §. ad hoc. ꝛ
licet ſit preſcriptio actioni familie herciſcun. ꝛ coheres
nō poteſt petere diuiſionē, illud enim nō tamē pſcriptis
propter hoc reb⁹, q2 vterq̄ꝫ remanet dn̄s. ¶ Sequitur
de actione cōi diuidundo que multū eſt ſilis familie her
ciſcunde, vnde idē eſt in ea. ¶ Sequitur de actione finiū
regundorū que cōpetit pro finibus agroꝝ diuidendis: ꝛ
cōpetit pro ruſticis predijs. ff. finium regund. l. ij. in prin.
7 ¶ Sed quid ſi ſint † due domus, nunquid habet locū?
Dico ꝙ nō, quia nō ſunt cōfines, vt. ff. fini. reg. l. ſed ꝛ lo-
ci. §. penul. al's eſt ſub. l. nec vtile. al's, idē Pōponius. ſed
quid ſi ex vna parte ſit ager, ꝛ ex alia domus. Dico ꝙ
non habet locū directa actio finiū regundoꝝ que datur
pro agris tantū, tamē nō valet: habet autē vtilem, quia
non refert vtrum quis ponat arbores in confinio fundi
mei, vel lapides, vel etiam tantum, ꝛ ideo cōpetit vtilis,
vt. ff. fi. regū. l. ij. in prin. ſunt igitur tres iſte miſte. ¶ Sed
nunquid eſt alia miſta? Dicit gloſſ. ꝙ ſic, petitio heredi-
tatis, vt. C. de peti. heredi. l. hereditatis. nam illa cōpetit
ad res hereditarias cōtra poſſeſſores: cōpetit etiā cōtra
debitorem, qui improprijſſime poſſidet, competit contra
eum ad dandum, ſcꝫ vt ſoluat pecuniā quā debuit, ꝛ ta-
men illa pecunia non fuit defuncti, ꝛ ſic cōpetit ad dan-
dum, ꝛ tradendum, ꝛ ſic dicūtur miſte. ¶ Querit gloſſ.
quid de noxalibus actionibus, quia tādiu cōpetunt con
tra poſſeſſorē ſerui delinquētis, quādiu poſſidet, ſi deſi-
nat poſſidere, deſinit cōpetere. j. de noxa. §. oīs. ¶ Item
de tigno iniuncto nō tenet̄ quis niſi poſſideat, ſed iſtud
non eſt multum certum: alias gloſ. do. ff. de tig. iniunc.
l. j. ad fin. ¶ Item quid de interdicto quod vi aut clam,
qđ cōpetit contra poſſeſſorem: vt. ff. quod vi aut clam. l.
cōpetit. §. vlti. ¶ Item quid in actione ad exhibendum
que datur cōtra poſſidentem ſicut alie ſuperiores, ꝛ ſic
vidētur in rem. ¶ Quid ergo quidam dicunt eas ano-
malas, nec in rem. Gloſ. dicit eas perſonales ſicut actio
que eſt ad exhibendum perſonalis eſt, vt. ff. ad exhiben.
l. iij. §. eſt autem. j. eo. §. ad exhibendum quoq̄ꝫ. vnde iſte
ſunt in rem, non enim dicuntur miſte, quia illa actio di-
citur miſta in rē, que equaliter inducitur ꝛ propter rem,
ꝛ propter perſonā: vnde magis nō habet cauſam indu-
8 ctionis propter vnum q̄ propter aliud. † Ideo dicūtur
miſte, quia habent miſtā cauſam introductionis in rem
ꝛ in perſonam, ſed iſte actiones magis introducte ſunt
propter perſonas, q̄ ꝓpter res: vnde quia principaliter
habent cauſam a perſonis, dicuntur perſonales, ſed ex-
tenduntur ad rem, ſm rationem rei extenduntur cōtra
poſſeſſorem, ꝛ ideo dicuntur in rem ſcripte, vnde q2 pro-
pter perſonas principaliter introducta contra metum
inferentem, ſed tamen de equitate datur contra poſſeſ-
ſorem, vt. ff. quod met. cau. l. metū. §. vlt. cum. l. ſeq. in prin.
ꝛ. l. metū. §. j. ꝛ idē in interdicto qđ vi aut clam, q2 primū
fuit inuentū contra eū qui fecit vi aut clam. ¶ Itē in in-
terdicto ne quid in loco publico, ꝛ ſic de alijs. Primo cō
tra perſonā delinquētē fuerūt introducta: ſed ne poſſeſ-
ſor faceret lucrū in alterius preiudicium extenſa ſunt ad
poſſeſſores, ꝛ ideo dicunt̄ interdicta perſonalia in rē ſcri
pta. ff. de interdic. l. j. §. vlti. ſed de actione ad exhibēdum
nō video que fuit cauſa introductionis contra perſonā,
nec video legē que dicit; ſꝫ forte petebatur exhiberi res
a poſſeſſore, ꝛ erat obligatus ad hoc, ſꝫ tamē poſtea hic
ad exhibēdum extenſa fuit cōtra quēlibet poſſeſſorem, ꝛ
ideo q2 principaliter fuit data cōtra perſonam obligatā
iudicatur pſonalis a primo introducente, al's niſi fuerit
data in perſonam nō video quare dicat̄ perſonalis ma
gis q̄ realis, q2 datur cōtra poſſeſſorē, vt. ff. ad exhiben.
9 l. de eo. §. vlt. ¶ † De noxali nō videt̄ quare ſit pſonalis,
q2 ſemp poſſeſſorē ſequitur: vt. j. de noxal. §. omnis. vnde
dn̄s meus dicit eam realem, ſicut actio de peculio. ff. de
pecul. l.

pecul.l.quesitũ.z.l.eo tẽpore.z.§.§.omnes. ¶ Redeo ad
illud quod ego omisi.s.eod.§.sequens.z quero de actio.
ex empto z vendito,z cui competant. Apparet q actio
ex vendito cõpetit venditori.ff.de act.emp.l. Julianus.
§.ex vendito. Ex empto competit emptori.ff.de act.em-
pti.§.Julianus.§.j.z.l.ex empto. Actio ex vendito vt di
cunt habet quinqz capita: id est competit ex quinqz ca-
10 pitibus. ¶ † Primũ caput est qd cõpetit ad pretiũ rei vẽ
dite:vendidi tibi equũ pro decẽ libr. z post tradidi, vnde
peto vt tu soluas,vt.ff.de act.emp.l. Julianus.§.ex ven
dito. ¶ Secundum caput est,qr cõpetit ad accessiones,
vt ad ruta z ea que sunt in fundo vẽdito que non cedũt
venditioni ex quo non adherent fundo, vnde petaz sic:
Dico contra te q vendidi fundum talem pro centũ libr.
Paris. z tradidi, ibi erant tempore venditionis ruta et
ea que adhuc sunt in fundo,vnde peto vt illa mihi resti-
tuas:probatur per.l.ff.de actio.empt.l. fundi nihil aliud
est §.si ruta et cesa,vel.§.Gallus autem Aquilius. C.de
act.emp.l.ij. ¶ Tertium caput est quia cõpetit ad factũ:
pone,vendo tibi lapides in fundo meo,possum agere vt
tollas eos.ff.de act.empt.l.si is qui lapides.z dicam, ven
didi talem rem in fundo meo, vnde peto vt eam tollas.
Item competit pro contractu incontinenti apposito p
venditore iuxta venditionem,quia videtur esse pars pre
tij.ff.de contrah.empt.l.partem fundi.vnde dicam con-
tra te:vendidi tibi equum, tradidi pro decẽ libr. Paris.
z incontinenti iuxta venditionem cõuenit inter te z me
vt tu ires pro me Romam,vnde peto vt tu vadas,vel si
conuenerit aliquid dandum,petam dari, vt.C. de pact.
11 inter empt.z vend.l.ij.† Item competit ad rem redden-
dam,vbi contractus nullus fuit ipso iure,vbi res vendi
ta tradita est, vel vbi valuit z reducatur ad nullũ:vt vẽ
didi rem talem tibi pro decem, induxisti me per dolum
malum tuum ad vendendum, tradidi tibi cum non te-
nerer credens me teneri,vnde peto vt rem illã mihi red-
das,z ad hoc ago ex vendito,vt.ff.de contrahẽ. empt.l.
sed z Celsus.§.si fundus annua. z idem si fundus sit vẽ-
ditus ex pacto legis commissorie, si intra certum tẽpus
pretium non esset solutum q res esset inempta, vt. ff. de
fideicõmiss.l.si fundus.§.j.z ista quinqz capita ponuntur
tantũ. Dico q imo cõpetit actio ex vendito,z re tradita
tibi,ita similiter equum est vt percipiam vsuras de pre-
tio,z tales vsure permittuntur de iure canonico, vnde
12 dicam sic:† vendidi tibi fundum talem,tradidi,percepi
sti fruct⁹ ex fundo,vel percipere potuisti:vnde peto vsu-
ras pretij,nec iste vsure debentur ex mora,sed ex equita-
te,quia emptor habet fructus rei empte, vel habere po-
test,vt.ff.de act.emp.l. Julianus.§.ex vendito. Itẽ cõpe
tit expensis factis in re vendita, vt si vendo edificia, z
indigebãt refectione,z reficio,recupero expẽsas. Item
in curando seruo vendito. Item si emptor noluit recipe
re rem venditam,quas faciam expensas postea recupe-
ro z in cibaria: vt.ff.de act.emp.l. Julianus.§.preterea,
z.l.si venditor hominis.§.j. Itẽ contractus nullus fuit,
z res tradita est,z redditur deterior: petitur deteriora-
tio,vt dictum est in actione commodati. Item veniunt
fructus z omnes actiones,z idẽ vbi retinuit ab initio,z
redactus est ad non contractum:vt.ff.de cõtrahẽ.emp.
l.sed z Celsus.§.si fundus annua.z de leg.cõmiss.l.si fun
dus.§.j. Et sm ista formatur libellus: Dico contra te,
13 † vendidi tibi seruũ,cecidit in infirmitate sine dolo meo
z culpa, in ipso curando feci expensas in centum solid.
vnde peto centum solid.per actionem ex vendito. Item
in reficienda domo feci expensas vtiles vel necessarias
in domo tibi a me vendita,z centum expendi, vnde pe-
to centum. Item induxisti me per dolum malum tuum
vt ego venderem tibi fundum meum talem,vendidi do
lo inductus,z tradidi credens me teneri in fundum,pe-
to vt rem mihi reddas ratione deteriorationis: al's sm
Joan.petam deteriorationem z estimabo te centũ solid.
Dicam,vendidisti mihi illam deteriorem per dolum vel
per culpam leuem,vnde peto vt rem mihi reddas ratio-
ne deteriorationis:argu.ff.cõmod.l.iij.§.si reddita.ff.de
leg.cõmiss.l.si fundus.§.j. Et hec de actione ex vendito.
¶ Sequitur de act.ex empto que competit emptori:vt
ff.de contrahen.emptio.l.in venditionibus.§.penul. z.l.
14 alioquin.§.j. Item † competit ad interesse,quia res ven
dita non traditur:vt.ff.de act.empt.l.j. Tertio competit
vbi res tradita est:vt.ff.de act.empt.l. Julianus.§.j.z est
differentia vtrum non tradatur, quia tunc tenetur ad
interesse intra rem.l.quanti plurimi fuit res, z ideo non
ad interesse extra rem,scilicet ad illud qd emptor amisit
propter hoc q res non fuit tradita vel vendita: vt.ff.de
act.empt.l.si sterilis.§.cum per venditorẽ.sed vbi vendi-
tor tradit rem vitiosam, ipse tenetur de omni damno
etiam extrinseco. Unde pone, vendidi tibi vitiosum ti-
gnum,vel ouem contagiosam,z tradidi, per vitium ti-
gni tota domus corruit,vel per vitium ouis totum oui-
le infectum est, ego teneor tibi ad estimationem totius
damni z domus z ouilis ratione tigni vel ouis contin-
gẽtis,si est tradita scienter,vt.ff.de act.emp.l. Julianus.
§.si vero sciens. z versic. siue igitur edes. z est ratio,quia
plus delinquit qui vitiose tradidit, q qui non tradidit:
sic intelligitur.ff.de actio.empt.l. Julianus.§.j.z.ij.z.l.si
sterilis.§.cum per venditorem. z sic competit ad inter-
esse vbi res alterius materie venditur pro re alterius,vt
es pro auro,stannum,pro argento. Item si res vendita
non tradatur, in istis tribus competit ad interesse, z est
primum caput, scilicet qd competit ad interesse: sed ca-
put emptionis ex empto est, qr competit ad euictionem
15 vnde † emptor potest petere actione ex empto q em-
ptor sibi caueat de euictione rei tradite z vendite, vt.ff.
de edil.edict.l.qd si nolit.§.quia assidua. ¶ Item tertiũ
caput,vt venditor terminos rei vẽdite designet empto-
ri,vt potest petere emptor:vendidisti mihi fundum, po-
ne Titianum, peto vt designes mihi terminos fundi
vt sciam quantum habeat de longitudine, z quantum
de latitudine, z instrumenta fundi.ff.de act.empt.l. Ti-
tius heres. ¶ Quartum capitulum, vt si venditori res
sit surrepta,vel alio modo amisit sine dolo suo, vel cau-
sa damnabili, q actiones cedere tenet emptori, z man-
datur periculo emptoris si non fuit in mora:si autem sit
in mora,tenetur de hoc, quia emptor quesiuisset si non
esset in mora,vt.ff.de act.emp.l.si ea res.§.j. Item si non
sit in mora venditor, z non possit actiones cedere pro-
pter domini defectum, vel quia vendidit rem alienam,
tenetur ad interesse:vt.ff.de contrahẽ.empt.l.quod sepe.
§.si res vendita. ¶ Item quintum competit pro arris
repetendis. Pone, emptor dedit arras,conuenit inter
eos q discederet ab emptione, q potest fieri nudo pa-
16 cto,vbi arre date sint loco pretij: † pone ergo q arre nõ
dantur loco pretij,licet inter emptorem z venditorem
q venditio rescindatur, quomodo repetet ipse arras
quas dedit,z certe cõpetit actio ex empto, vt.ff.de act.
empt.l.ex empto.§.is qui vina. ¶ Sextum competit ad
redhibendum,pone, credis a me emere virginem, ven-
do eam mulierem, potes agere contra me vt reddam
pretium z recipiam mulierem, z sic competit ad redhi-
bendum: nõ enim competit ad redhibitoriam pretoria,
quia competit pro morbis vel vitijs corporis,sed ista nõ
est vitiata corpore,z ideo non competit redhibitoria, vt
ff.de edil.edic.l.j.§.idem Julianus.versic.ceterum.si ni-
hilominus actum datur actio ex empto, vt in dicto.§.z
ff.de act.emp.l.ex empto.§.si quis virginem. z habet lo-
cum cum emptor ignorat,z venditor scit eum ignorare,
si autem emptor sciat,non decipitur.ff.de act.empt.l.j.z
de edil.edi.l.j.§.illud sciendum. z sic intelligatur. ¶ Se-
ptimum capitulum est, z sm sententiam glos.nam glos.
17 intelligit vbi † venditor vendidit ignoranter aliquid vi-
tiosum,cõpetit emptori quãto minoris ciuilis, que cõpe
tit pro quãto minus res valebat tẽpore vẽditionis, z est
pretoria,z durat anno tantũ:sic not.ff.de act.emp.l. Ju
lianus.z vidi quẽdam scholarẽ,qui intentauit quãto mi
noris durare anno.C.de edil.act.l.ij. Dicit ipse, verum
est quãto minoris pretoria durat anno, sz ciuilis est per-
petua,vt.j.de perpe.z temp.act.in princ.z ego intentaui
ciuilẽ quãto minoris,vnde sum exclusus anno:z induxit
pro se illã gl.ff.de act.emp.l.Julianus. z obtinuit, z tamẽ
ab initio reputabatur fatuus,pter hoc intendebatur.
¶ Item est octauum qd cõpetit pro deceptione: pone

tu vis mihi vẽdere fundum tuum, induco te per dolum vt pro minori des, quia dico ꝙ ibi est herba pestilens, ꝛ sic tu das pro minori inductus per dolum meum, tu potes agere contra me, vt cum ego te deceperim, dem verum pretium, vt.ff. de actio.empt.l. Julianus.§. per con
18 trarium. Item † econtra venditor induxit emptorẽ ad plus emendum propter aliquam conditionem, quam dixit esse in re, ꝛ non erat. Unde tenetur emptori ad deceptionẽ vt prestet emptori quanto plus esset empturus emptor si esset talis qualis venditor eum dixit: vt.ff. de actio.empt.l. Julianus.§. si venditor.ꝛ.§. per contrarium. ꝛ est verum vbi est deceptio hominis ꝛ non rei. Si autẽ sit deceptio rei, quia emptor emit vltra dimidiam iusti pretij: in hoc est dissensio, ꝛ dubitatur. Quidam dicunt dari actionem in factum, alij officium iudicis: vt C. de act.empt.l.ij. ꝛ de testa.ma.l. in contractibus bone fidei. Alij dicunt dari condictionem ex.l.C. de rescindenda vẽdi.l.ij. ¶ Nonum capitulum, quia iuncta actione, licet non permissa euictio, agitur tamen per euictionem actione ex empto: vt.C. de euictioni.l. non dubitabatur. ¶ Decimum capitulum est, quia competit pro eo quod deducitur in pacto incontinenti interposito: vt.ff. de actio.emp.l. tenetur.§.ij. ꝛ de pac. inter empt. ꝛ vend.l.ij. ¶ Formãtur sic libelli in primo capitulo quando venit
19 interesse, quia res non traditur: † Dico contra Titium ꝙ ipse vendidit mihi equum vnum talem pro decẽ libr. Parisien. quas decem libr. sibi solui, vel alij de mandato suo, vel si non solui, has decem libr. offero, vnde peto vt equum mihi vẽditum tradat, vel interesse meum, quod estimo quindecim libr. sic formant quidam, oportet ꝙ pretium sit solutum, al's non possum agere, nisi offerat: vt.ff. de act.empt.l. Julianus.§. offerri. Item ideo dixit, vel alij de mandato suo, quia idem est: quia qui per aliũ recipit solutionem, ꝛ ipse recipit.ff. de vi ꝛ vi arma.l.j.§. deiecisse. Item ideo dixit, peto rem mihi dari, vel interesse: quia interesse loco rei succedit, vt.ff. de act.empt.l.j. Et ideo petit̃ interesse vel res tradi: quia reus obligat̃ alternatiue ad traditionem vel interesse, vel eius est electio, quia electio est debitoris alternatiue: vt.ff. de iur. dotium.l. plerũq; ad finem. sic ꝛ si peterem tradere precise, plus peterem: vt.j̃. eo.§. preterea si quis generaliter.ꝛ.§. huic. Iste libellus, quia non est obligatus ad tradẽdam rem vel interesse sed ad rem tradendam, sed a tempore venit interesse, ꝛ ideo non petit, nisi illud q̃d est in obliga
20 tione: † ideo enim libellus datur sub alternatione, vbi est alternatiua obligatio, vel libellus sit conformis obligationi, nam ₰m obligationis naturam debet libellus formari, ꝛ condemnatio moderari, vt.ff. de nego.gest.l. Pomponius.ij.ꝛ.j̃. eo.§. huic. sed hic non est obligatus alternatiue, sed statim ad rem tradendam, ꝛ cum erit in mora, tenebitur ad interesse. Item actor debet certum quid consequi ex dãnatione rei, ex quo habet certã obligationem.j̃.e.§. curare.C. de sen. que sine certa quãti. per totum. sed ₰m hoc nõ consequeretur certum quid: quia reus potest variare non solum vsq; ad sententiam, sed etiam vsq; quo lis sit contestata, ꝛ etiam in executione facienda, nam nisi peteretur vt traderet, diceret, malo tradere rem, ꝛ sic semper variabit, ꝛ sic notat glo. ꝛ probatur expresse.ff. de verb.obliga.l. eum qui certarum.§.
21 vlti. Si ergo † astringeretur actor ad petẽdum alternatiue, nõ reportaret certam sententiam, q̃d esse nõ debet, ꝛ ideo libellus non valet, ꝛ per hoc Joan. de ble. dicit: Peto vt rem mihi tradas, ꝛ si nõ tradas, peto interesse, ꝛ sic non petam sub alternatione, sed petam illud q̃d est in obligatione, sc; vt rem tradas. Item quia interesse debetur si res non tradatur, petam interesse sub conditione, si venditor rem non tradat: sed iste libellus est dubius, nam sicut dixi, prima actio non potest petere rem ꝛ interesse simul, quia interesse succedit loco rei, vt.ff. de actio.empt.l.j.j. respon. Pone ergo, emptor petit rem, ꝛ si res non tradatur petit interesse. Pone vltra, venditor non tradit, ꝛ sic cõmissa est obligatio ad interesse, ꝛ purificata non inuenitur, ergo rem nõ potest petere, q: iam peteret vtrũq;, ꝛ debet esse contentus vno: vt.ff. de pact.l. ruptũ.§. si pacto. vnde in casu vbi conditio euenit
22 sub qua petitur interesse, petit vtrũq;: nam † hodie non tollitur prima petitio nisi agatur expresse vt tollatur, nã hodie nõ fit nouatio, nisi expresse hic agatur.C. de noua.l. vlt.ã. quib. mo. tol. ob. proditur autẽ.§. est autẽ. sed olim secus erat; nã vbicunq; nõ potest simul petere, ꝛ inuenit̃ simul vtrũq; petere, cum extaret cõditio super interesse videtur ꝙ non sit bonus, sed cõcedo vbi essent duo, que simul possent exigi, ꝛ vnum dependet ex alio ꝙ possunt simul peti, ꝛ locator domus petere ꝛ domũ cõductã, ꝛ si conductor differat, si domũ restituere distuleris, peto te cõdemnari in estimatione illius, vt vna cũ domo estimationem mihi restituas, vt.C. de loca. ꝛ cõduc.l. cõductores. ꝛ ibi notant gl. Item nõ valet libellus Jo. nam ibi potest petere certum quid, vnde op; dicere: mihi debes ex tali causa illud aut illud, vnde peto illud aut illud, vt
23 j̃.e.§. huic. quia † libellus debet proponi ₰m naturã obligationis, vt de neg.gest.l. Põponius.ij. sed vbi actor potest intentare certum quid, al's non admittitur, nisi certum faciat, vnde cum ipse possit certum quid ponere in suo libello, debet ponere certum, al's repelleretur: ꝛ q̃d ipse possit, probatur. Qui potest facere ꝙ possit, posse facere videtur: vt.ff. de regu.iur.l. qui potest. sed actor potest ipsum interpellare ꝛ constituere in mora: nam per interpellationem cõstituitur quis in mora, vt.ff. de verb. oblig.l. stipulatus.ꝛ.l. vlt.§.j. vnde petã rem tradi simpliciter, ꝛ sic dicam: Dico cõtra Titium ꝙ ego emi ab ipso vnum talem equũ, ꝛ designabo, ꝛ solui pretiũ, vel offero q̃d est idem, vt.ff. de act.emp.l. Julianus.§. offerri. vnde dicã emi a Titio talem equũ pro decẽ libr. Parisi. quas sibi solui, vel offero soluere statim, vnde peto ipsum condemnari vt equũ mihi redat, non possum agere p̃cise vt tradat.ff. de oper. no. nuncia.l. stipulatio.§. siue.

Summarium.

1 ¶ Actiones que sint bone fidei, ꝛ que stricti iuris.
2 Actiones quare bone fidei quedam dicantur, cum in omnibus contractibus bona fides exigatur.
3 Usure a tempore more currentes in iudicijs bone fidei, officio iudicis petuntur.
4 Periculum rei estimate date ad vendendum quando sit dantis, ꝛ quando recipientis.
5 Equalitas in cõtractib⁹ bone fidei d; maxime seruari.
6 Actio finium regundorum an sit bone fidei, an vero stricti iuris.
